



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

Opervm Tertvlliani Tomvs Secvndvs, in quo habentur Libri Parænetic siue  
Admonitorij ad Christianos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)



100

Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTULLIANI

CARTHAGINIENSIS

PRESBYTERI OPERVM

TOMVS SECUNDVS.

IN QVO HABENTVR LIBRI PARÆNETICI SIVE  
ADMONITORII AD CHRISTIANOS, ARGUMENTIS  
etiam nouis & Adnotationibus aucti.

De Pœnitentia.	pagina 193.
De Oratione.	Pag. 211.
Ad Martyras.	Pag. 223.
De Patientia.	Pag. 233.
De Spectaculis.	Pag. 250.
De Idololatria.	Pag. 281.
De Habitu muliebri.	Pag. 303.
De Cultu foeminarum.	Pag. 311.
Ad Vxorem liber primus.	Pag. 322.
Ad Vxorem liber secundus.	Pag. 331.
De Corona militis.	Pag. 340.
De Velandis virginibus.	Pag. 365.

TULLIAN,

Adnotationibus  
AETATIBUS

AV

16.

IACOBI PAMELII DE SECUNDI  
TOMI LIBRORVM ORDINE AD  
LECTOREM PRÆFATIO.

**V**ò, pro instituto nostro, etiam huius SECUNDI TOMI Librorum Ordinis ratione reda, primo loco collocati sunt octo numero, quos ante hæresim, immò errorem omnem, conscriptos constat. Quorum quum de quatuor prioribus quis altero prius sit editus, certò dici nequeat; in pari duo, ut potè similiis argumenti distinximus. Priorē sunt, LIBRI DE POENITENTIA & DE ORATIONE, quippè qui Sacramenti Penitentiae & Eucharistie sacrificij quis yslus tum in Africa fuerit, non obscurè significent. Hos sequuntur AD MARTYRAS & DE PATIENTIA LIBRI, initio quintæ persecutionis sib Seuero publicati. Deinde quos DE SPECTACVLIS & DE IDOLOLATRIA lucubravit, quantum adparet, anno circiter XII. Seueri, quum iam indicti essent Ludi sacerdtales octauī; quorum prior, posteriori citatur libro c. XIII. Quum etiam eiusdem de Spectaculis opusculi mentionem faciat LIBER DE HABITV MVLIEBRI, post illum merito subiicitur, atque adeo etiam alter ciusdem prorsus materiae DE CULTV FOEMINARVM. Post quos, quatuor, qui Romæ scripti videntur, à nonuptias in iis dissuadat, nondum tamen omnino damnare videatur, dummodo in Domino, id est, cum Christianis contrahant. Deinde qui etiam libri de Spectaculis Græce conscripti meminit LIBER DE CORONA MILITIS, quod de fuga in persecutione & Paracletō sobrie magis loquatur, quam in eo quem postremum posuimus, DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBRO, quem germanum esse fœtum (quod ipsum de prioribus profitemur) ipse Author hoc Epiphonemate significat, CVM SEPTIMIO TERTULLIANO, cuius hoc opusculum est. Ceterū ad intellectum Authoris hunc Ordinem facere non parum, sat scio, mecum iudicabis, Lector studiose. Vale itaque, siquid profeceris, Deo Opt. Max. vnā mecum gratias agito.



Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI CARTHAGINENSIS  
PRESBYTERI LIBRI PARÆNETICI SEV  
admonitorij, ad Christianos.

ARGUMENTVM LIBRI DE POENITENTIA,  
PER IACOBVM PAMELIVM.

**P**ACE Ecclesiæ adhuc vigente ante persecutionem sub Seuero, quum talentum sibi à Domino conceditum nollet abscondere Tertullianus in terram, sed fructum facere, ipse (ut loquitur sub finem) peccator, ac proinde nulli rei nisi Pœnitentia natus, super illa tacere nolens, hunc Librum de Pœnitentia edidit, paræneticorum quantum appareret primum.

Principio autem eam definitionem Pœnitentia legitimam esse negat, qua definiabant Gentiles, passionem animi quandam, quæ veniat de offensa sententiae prioris, quam etiam in bonis factu suis adhibeant.

Verum tam veram esse Pœnitentiam, quæ malorum sit & delictorum ex meta Dei ad salutem; vi potè quam Deus in semetipso dedicat, resciissa sententia irarum pristinarum, & Iohannes per intinctionem in Pœnitentiam preministravit; cuius Deus acceptator & remunerator, quum bonum factum Deum habeat debitorem sicut & malum.

Pœnitentia proinde deputanda esse delicta, non carnalia modò sine quæ facto, sed et spiritualia, ac quæ animo seu voluntate sunt. Siquidem & caro & spiritus, alia manu eius expressa, alia adflatu eius consummata; ac proinde quodcumque eorum deliquerit, ex pari Dominū offendat. Quidq; quod voluntas usquæ facti origo sit, ut præter ea quæ casui aut necessitatibus ignorantiæ imputantur, non nisi voluntate delinquatur.

Amplexetur itaque peccator Pœnitentiam, ut naufragus aliquius tabula fidei, maximè quum non precipiat tantum Deus, sed etiam præmio ad eam inuitet.

Pœnitentia autem delictorum functus, non se rufus in delicta restituat; quum enim ignorantis, Dominum nulla exceptio tueatur à culpa, cognita despici periculum esse. Neque vero satius Deum habere, si corde & animo suscipiatur, licet actu minus fiat; atque adeò qui salvo metu & fide peccare se dicunt, salua veniam in gehennam deritudinos.

Etsi denique inituris aquam intinctionis seu baptismi omni modo saluum sit beneficium abolitionis delictorum, non tamen ob id Audientes seu Catechumenos Pœnitentiam renuere debere; quod peccator ante veniam destere se debeat, antequam tantam mercedem, perennis scilicet vita, concedat.

Absit autem ut Pœnitentiam secundam post baptismum tabulam ita aliquis interpretetur, quasi eo si bipartit ad delinquendum locus, quia & ad pœnitendum; & nemo idcirco deterior fit, quia Deus melior, totiens delinquendo quotiens ignoscitur.

Quippe qui hanc clementiæ suæ profusionem multis scripturae testimoniis demonstrauerit.

Porro actum Pœnitentia, qui magis Græco vocabulo ἔργον δόγμα, exprimitur, prosternendi & humiliandi hominis disciplinam esse; quæ mandet sacco et cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animalia mortuoribus deiicare, illa que peccauit tristitia ratione mutare; plerumque vero ieiunius preces atere, ingemescere, lacrymari, presbyteris adiuvui, caris Dei ad geniculati, omnibus fratribus legationes deprecationis sua mittere.

Neque vero publicationem sui suffugere, aut de die in diem differri debere, ne velut illi qui in partibus

R. ij

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

UTULLIAN,

Annotationibus  
PAMELI.

A. V.

16.

## Argum.lib.de Pœnitent.

192

verecundioribus corporis contracta vexatione conscientiam medentium vitant, ita cum erubescens sua perant.

XI. Multo minus reformidanda corporis incommoda, quum neque piceat neque pudeat illos, qui ambitu obeunt capessendi magistratus, propter unius anni volaticum gaudium, omnibus etiam contumelias eniti.

XII. Postremò si de Exomologesi retractet aliquis gehennam in corde suo consideret, & pœne magnitudinem imaginetur ignis eterni. Immò & ceruum & hirundinum imitando, medicinam sibi diuinitus attributam in tempore agnoscat, ad instar Regis Babylonij, quem Pœnitentia in regnum restituit.

Ceterum præterquam quod librum hunc cum ceteris iam olim MS. reperit Trithemius, antequam prelo committeretur, disertus verbis eius meminit in hæc verba: B. Pacianus Baucinonensis Episcopus Ad Sympronianum contra Novatianos: Tertullianus (inquit) post hæresim vester est; nam multa inde sumpsisti. Ipsam Epistola sua Epistolam vocat, sicuti veteres, Traictatus omnes, & nominatim quoque B. Cyprianus Librum de lapsis, & ea ipsa quam Catholicus edidit audies confitentem posse Ecclesiam peccata dimittit. Quid & quod lib. de Pœnitent. & Confess. (quem illic etiam Epistolam vocat) & lib. 2. ad eundem Sympronii locis infra citandis (iuxta quod me monuerunt Latinus Latinius & Ioannes Harrisius) ipsa verba Tertulliani transcriptis. Sicuti etiam illud de ceruo & hirundine supra allegatum B. Hieron. in c. 7. Ecclæstas, ac de secunda post nafragium tabula, Epistola ad Eustoch. de Virg. & ad Salinam de Viduæ fructu etiam Ambros. ad virg. laps. Denique B. Cyprian. sub finem l. de Laps. Actum Pœnitentia hinc decepit, eundem etiam ibi in reliquo imitatus. Quæ loca si animaduertissent Erasmus & Rhenanus, nullam habuissent dubitandi causam, quin germanus sit iste Tertullianus factus, maximè quum ipse Rhenanus plures hic phrasæ vocesque Tertullianicas (de quibus infra) adnotauerit, quam usquam alibi; quia tamen secunda editione ex Gorziensi cod. & Paterniacensi non paucis in locis emendauit. Certe Tertullianus titulo agnoscunt MS. tres Vaticanani codices, ad quos à me iam postremum emendatus prodit; cum aridido ad eundem Rhenani Adnotationes, & quibusdam nostris.



A Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI DE POENITEN-  
TIA LIBER.

B **P**OENITENTIAM, <sup>1</sup> hoc genus hominum, quod & ipsi retrò fuimus, cæcī, sine domini lumine, natura tenuis, norunt, passio- C A P . I .  
nē animi quandam esse, quæ veniat de offensa sententia prioris. Ceterū à ratione eius tantū absunt, quantum ab ipso rationis auctore: quippe res Dei ratio. Quia Deus omnium cō- R A T I O .  
ditor, nihil non ratione prouidit, dispositus, ordinavit, nihil nō ratione tractari intelligique voluit. Igitur ignorantes quicque Deū, rem quoque eius ignorēt necesse est; quia nullus omnino thesauros extraneis patet. Itaq; vniuersam vitæ conuerterentur sine gubernaculo rationis transfretantes, imminentem seculo procellam vitare non norunt. Quād autē in pœnitentiæ actu irrationabiliter deuersentur, vel uno isto satis erit expedire, cum illā etiam in bonis factis suis adhibent. Pœnitent fidei, amoris, simplicitatis, patientia, misericordia, <sup>4</sup> prout quid in ingratiā cecidit, Semetipsos exercent, quia benefecerint, cāmque maximè pœnitentiæ speciem quæ optimis operibus irrogatur, in corde figurant: meminisse curantes ne quid boni rursus præstent, contra pœnitentiā malorum leuius incubant. Denique facilius per eandem delinquunt, quād per eandem recte faciunt. [ <sup>5</sup> Quod si Dei ac per hoc rationis quoque compotes agerent, merita primō pœnitentiæ expenderent, nec vñquam eam ad augmentum peruersæ emendationis adhiberent; modum denique pœnitendi temperarent, quia & delinquendi tenerent, <sup>6</sup> timentes Dominum scilicet. Sed vbi metus nullus, emendatio proinde nulla, vbi emendatio nulla, pœnitentia necessariòvana; quia caret fru-  
ctu suo, cui eam Deus servit, id est, hominis salutis. Nam Deus post tot ac tāta delicta huma-  
næ temeritatis à principe generis Adam aufspicata, post condemnatum hominem cum se- Gen. 3.  
culi dote, post eiectum paradiso, mortique subiectum, quum rufus <sup>7</sup> ad suam misericordiā maturauisset, iam inde in semetipso <sup>8</sup> pœnitentiam dedicauit, rescissa sententia irarum pri-  
stinarū ignoscere pactus operi & imagini suę. Itaque & populu sibi congregauit, & multis Ibidem 8.  
bonitatis suę largitionibus fuit, & ingratissimum totiens expertus, ad pœnitentiā sem- Ep. 9.  
per horratus est, & prophetando, vniuersorum prophetarum emisit ora: mox gratiam pol-  
licitus, quam in extremitatibus temporum per spiritum suum vniuerso orbi illuminaturus eset, præire intimationem pœnitentiæ iussit, vt quos pergratiam vocaret ad promissionē Ibid. 12.  
semini Abraham destinatam, per pœnitentiā subsignationem antē componeret. Non ta-  
ceret Iohannes: Pœnitentiam initō te dicens; iam enim salus nationibus appropinquabit, Do Matth. 3.  
minus scilicet afferens, secundū Dei promissum. Cui præministrans, pœnitentiam destina-  
bat purgandis mētibus præpositam; vt quiquid error vetus inquinasset, quicquid in cor-  
de hominis ignoranta contaminasset, id pœnitentia verrens & radens, & foras abiiciens,  
mundam peccoris domum superuenturo spiritui sancto pareret, quo se ille cum cœlestibus  
bonis libens inferat. Horum bonorum vnu est titulus, salus hominis, eriminum pristino-  
rum abolitione præmissa. Hæc pœnitentiæ causa: hæc opera negotium diuinæ misericor-  
diæ curans: quod homini proficit, Deo seruit. Ceterū ratio eius quam cognito Domino  
discimus, certam formā tenet, ne bonis vñquam factis cogitatīve, quasi violentia aliqua,  
manus iniciatur. Deus enim reprobationem bonorum ratam nō habens, ut potè suorum;  
quorum quū auctor & defensor sit, necesse est proinde & acceptator. Si acceptator, etiam R. iiij

UTULLIAN,  
notat onibus  
MELLI.  
AV  
16

# Tertulliani de

194

remunerator. Viderit ergo ingratia hominū, si etiam bonis factis pœnitētiā cogit. Viderit D & gratia, si captatio eius ad beneficiandum incitamento est. Terrēna, mortalis vtraque. Quantulum enim compendij, si grato beneficeris? vel dispendij, si ingrato? Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malū; quia iudex omnis remunerator est causa. At cum iudex Deus iustitiae charissimæ sibi exigendæ tuendæque præsideat, & in eam, omnē summa disciplina sua sanciat, dubitandum est, sicut in vniuersis actibus nostris, ita in pœnitentia quoque causa iustitiam Deo præstandam esse? quod quidem ita impleri licebit, si peccatis solūmodo adhibetur. Porro peccatum, nisi malum factum dici non meretur, nec quisquam benefaciendo delinquit, quod si non delinquit,<sup>13</sup> cur pœnitentiam inaudit delinquentium priuatum cur malitia officium bonitati sua imponit? Ita evenit, vt cū aliquid vbi non oportet, adhibetur, illuc vbi oportet, negligatur. [11] Quorum ergo pœnitentia iusta & debita videatur, id est, que delicto deputanda sint, locus quidem expostular denotare, sed otiosum videri potest. Domino enim cognito, vtrō spiritus à suo auctore respectus, emergit ad notitiam veritatis, & admissus ad dominica præcepta, ex ipsis statim eruditur; id peccato deputandum, à quo Deus arceat. Quoniam cū Deum grande quid boni constet esse, vtique bono nisi malum non displiceret, quod inter contraria filii nulla amicitia est. Perstringere tamen non pigebit, delictorum quædam esse carnalia, id est, corporalia, quædam vero spiritualia. Nam cū ex hac duplicitis substanzia congregatio confitetur homo sit, non aliudē delinquit, quām vnde constat. Sed non eo inter se differunt, quod corpus & spiritus duo sunt: alioqui eo magis paria sunt, quia duorum efficiunt: ne quis pro diuersitate materiarum peccata eorum discernat, vt alterum eius expressa, alia adflatu eius consummata. Cū ergo ex pari ad Dominum pertinat, quodcumque corū deliquerit, ex pari Dominum offendit. An tu discernas actus carnis & spiritus? quorum & in vita, & in morte, & in resurrectione, tantum communionis aque aut deliquerint, aut innocenter egerint. Hoc eo pœmiserimus, vt nō minorem alteri qui vtiue parti, si quid deliquerit, pœnitentia, necessitatē intelligamus impendere. Communitas reatus amborum est, communis & iudex, Deus scilicet: communis igitur & penitentia medela. Exinde spiritualia & corporalia nominantur, quod delictum omne, aut ager, aut cogitur: Ut corporale sit quod in factō est, quia factum, vt corpus & videntur, aut contingit haber: Spiritale vero, quod in animo est, quia spiritus neque videtur, neque te- netur. Per quod ostenditur, non facti solum, verum & voluntatis delicta vitanda, pœnitentia purganda esse. Neque enim si medio critas humana factis solum iudicatur, voluntatis latēbris par non est; idcirco crimina eius etiam sub Deo negligamus, Deus in omnia sufficit. Nihil à conspectu eius remotum, vnde omnino delinquitur. Quoniam ignorat, nec omittit, quominus in iudicium decernat. Dissimulat & prævaricator per spicacitatem suæ non est. Quid? quod voluntas facti origo est?<sup>13</sup> Viderint enim, si qua causæ aut necessitatē, aut ignorantia imputantur, quibus exceptis, iam nō nisi voluntate delinquitur. Cū ergo facti origo est, non tanto potior ad pœnam est, quanto principali intercipit. Ipsa enim sibi imputatur, nec excusari poterit per illam perficiendi infiditatem, operata quod siuum fuerat. Denique Dominus, quemadmodum se adiecit, non cum solum definit, qui cominus in alienū matrimonium cecidifet, verum etiam illum, qui aspectus concupiscentia contaminasset: adeo quod prohibetur administrare, satis periculose animus sibi repräsentat, & temere per voluntatem expungit effatum. Cuius voluntatis cū vis tanta sit, cur non, solatium sui saturans, pro facto confessione pronuncias. Nam si bonum concupisceres, perficere gestis; porro sicut malum non perficis, nec concupiscere debueras. Quāque te constitueris, criminis affringeris, quia aut malum volueris, aut bonum non adimpleueris. [14] Omnibus ergo deliciis, fr̄carne, seu spiritu, seu facto, seu voluntate commissis,<sup>15</sup> qui pœnam per iudicium defaluit, idem & veniam per pœnitentiam spopondit, dicens ad populum:<sup>16</sup> Penitere, & defaluum faciam te. Et iterum: Viuo, inquit, Dominus, &<sup>17</sup> Pœnitentiam malo quam

Gen. 2.

Ioan. 5.

Matth. 5.

111.

Ezech. 18.

A mortem. Ergo poenitentia vita est, quum preponitur morti. Eam tu peccator, mei similis (imò me minor;<sup>18</sup> ego enim præstantiam in delictis meam agnosco) ita inuade, ita amplexare,<sup>19</sup> vt naufragus alicuius tabulae fidem. Hæc te peccatorum fluctibus mersum perlaubabit, & in portum diuinæ clementiæ<sup>20</sup> protelabit. Rape occasionem inopinata fœlicitatis: vt ille tu, nihil quondam penes Deum, nisi stilla stilulæ, & areæ puluis, & vase-  
lum figuli; arbor exinde fias illa quæ penes aquas seritur, &<sup>21</sup> in foliis perennat, & tem-  
pore suo fructus agit; quæ non ignem, non securum videbit. Poeniteat errorum reperta ve-  
ritate, poeniteat amasse quæ Deus non amat; quando ne nos quidem ipsi, seruulis nostris  
ea quibus offendimus, non odisse permittimus. Obsequij enim ratio in similitudine ani-  
morum constituta est. De bono poenitentia enumerando, diffusa & per hoc magno elo-  
quio committenda materia est. Nos verò pro nostris angustiis vnum inculcamus, bonum  
aque optimum esse quod Deus præcipit. Audaciam exiftimo de bono diuinæ præcepit  
disputare. Neque enim quia bonum est, idcirco auscultare debemus, sed quia Deus præ-  
cepit. Ad exhibitionem obsequij, prior est maiestas diuinæ potestatis. Prior est auctoritas imperantis, quam utilitas seruientis. Bonum est poenitere, an non? Quid reuoluis,  
Deus præcipit. At enim ille non præcipit tantum, sed etiam hortatur. Inuitat præmio salu-  
lum; iurans, etiam: Viuo, dicens, cupit credibi. O beatos nos, quorum causa Deus

*Isa. 40.  
D. an. 2.  
Psal. 1.  
Hier. 19.  
Matth. 3.*

*Ezech. 33.*  
iurat. O miserrimos, si nec iuranti Domino credimus. Quod igitur Deus tantoperè com-  
mendat, quod etiam humano more sub deieratione testatur, summa utique grauitate &  
B aggredi & custodire debemus; vt in ascensione diuinæ gratiæ permanentes, in fructu quoque eius & emolumento proinde perseverare possimus. [22] Hoc enim dico, poenitentiam quæ per Dei gratiam ostensa & indicta nobis, in gratiam nos Domino reuocat, semel cognitam atque susceptam, nunquam posthac iteratione delicti resignari oportere. Iam quidem<sup>23</sup> nullum ignorantia prætextū tibi patrocinatur; quod Domino agnito præceptisque eius admisissi, denique poenitentia delictorum functus, rursus te in delicta restitus. Ita, in quantum ignorantia segregaris, intantum contumaciae adglutinaris. Nam si idcirco te delinquisse poenituerat, quia Dominum cœperas timere; cur quod metus gra-  
tia gessisti, rescindere maluisti, nisi quia metuere desiisti? Neque enim timorem alia res quam contumacia subuerit.<sup>24</sup> Cum etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tueatur à pena (quia Deum in aperto constitutum, & vel ex ipsis coelestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet) quanto cognitum despici periculum est? Despicit porro qui bonorum ac malorum intellectum ab illo consecutus, quod intelligit fugiendum, quodque iam fugit, refumens, intellectu suo, id est, Dei dono contumeliam facit: re-  
spuit datorem, cum datum deserit; negat beneficium, quem beneficium non honorat. Quemadmodum ei potest placere, cuius munus sibi displicet? Ita in Dominum non mo-  
do contumax, sed etiam ingratus appetet. Ceterum non leuiter in Dominum peccat, qui quum æmulo eius diabolo poenitentia renunciasset, & hoc nomine illum Domino subiecerit, rursus eundem regressu suo erigit, & exultationem eius seipsum facit;<sup>25</sup> vt

C denuo Malus, recuperata præda sua aduersus Dominum, gaudeat. Nonne, quod dicere quoque periculum est, sed ad ædificationem proferendum est, diabolum Domino pre-  
ponit? Comparisonem enim videtur egisse, qui utrumque cognoverit; & iudicato pro-  
nunciasse, cum meliore cuius se rursus esse maluerit.<sup>26</sup> Ita, qui per delictorum poenitentiam instituerat Domino satisfacere, diabolo per aliam poenitentiam poenitentiam sa-  
tisfaciet; eritque tanto magis perosus Deo, quanto æmulo eius acceptus.<sup>27</sup> Sed aiunt quidam: Satis Deum habere, si corde & animo suspiciatur, licet actu minus fiat. Itaque, si faluo metu & fide peccare, hoc est, salua castitate, matrimonia violare; salua pietate, parenti venenum temperare. Sic ergo & ipsi, salua venia, in gehennam detrudentur; dum faluo metu peccant. Primum exemplum peruersitatis; quia timent, delinquunt; opinor non delinquerent, si non timerent. Igitur qui Deum nolit offendum, nec reuocatur omni-  
nino, si timor offendendi patrocinium est. Sed ista ingenia de semine hypocitarum pul-  
lulare consuerunt, quorum iniudia cum diabolo amicitia est, quorum poenitentia nun-  
quam fidelis. [28] Quicquid ergo mediocritas nostra ad poenitentiam semel capessit, non  
dam & perpetuò continentiam surgerere conata est, omnes quidem deditos Domino  
spectat, vt omnis salutis in promerido Deo petiores; sed præcipue nouitios ipsis im-  
minet; qui, cum maximè incipiunt diuinis sermonibus aures rigare, quique catuli infantia  
adhuc recentis, nec perfectis luminibus incerta reptant; & dicunt quidem pristinis renun-

R. iiiij

v.

v. l.

ULLIAN,  
Amotati onibus  
MELLI,

A. V.  
J. 6.

## Tertulliani de

196

ciare, & pœnitentiam assumunt, sed<sup>30</sup> includere eam negligunt. Interpellat enim illos ad defiderandum ex pristinis aliquid, ipse finis desiderandi: velut poma, cùm iam in acom  
adulantur. Omne præterea cunctationis & tergiuersationis erga pœnitentiam vitium,  
<sup>31</sup> præsumptio intinctionis importat. Certi enim indubitate venia delictorum, medium  
tempus interim furantur, &<sup>32</sup> commeatum sibi faciunt delinquendi, quàm eruditio  
non delinquendi. Quàm porro ineptum; quàm pœnitentiam non adimplere, & veniam  
delictorum sustinere: hoc est, pretium non exhibere, ad mercem manum emittere. Hoc  
enim pretio Dominus<sup>33</sup> veniam addicere instituit; hac pœnitentia compensatione re  
dimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant, prius nummum quo paciscun  
probationem prius inire; tantam nobis mercedem, perennis scilicet vita, concessurum.  
Sed differamus tantisper pœnitentia veritatem.<sup>34</sup> Tunc opinor emēdatos liquebit, cùm  
absoluimus. Nullo pačo. Sed cum pendentie venia, poena prospicitur: cùm adhuc liberai  
nō meremur, vt possimus mereri: cùm Deus cōminatur, non cùm ignoscit. Quid enim ser  
uus,<sup>35</sup> postea quām libertate mutatus est, fulta sua & fugas sibi imputat? Quid miles, po  
quam castris suis emissus, pro notis suis fatigat? Peccator ante veniam deflere se debet, qua  
tempus pœnitentia, idem quod periculi & timoris. Neque ego renuo, diuinum benef  
cium, id est,<sup>36</sup> abolitionem delictorum, initius aquam omni modo saluum esse; sed vt  
eo peruenire contingat, elaborandum est. Quid enim tibi tam infidax pœnitentia viro, i  
asperginem vnam cuiuslibet aquæ commodabit? Furto quidem aggredi, & propositum  
huius rei ascuerationib⁹ tuis circumduci facile est. Sed Deus Thetauro suo prouidebat,  
nec finit obrepere indigos. Quid denique ait? Nihil occultum quod non reuelabatur.  
Quantuscunque tenebras factis tuis superstruxeris, Deus lumen est. Quidam autem si  
opinantur, quasi Deus necesse habeat præstare etiam indignis, quod sponpondit, & libe  
ralitatem eius faciunt seruitum. Quid si necessitate nobis,<sup>37</sup> symbolum mortis indal  
get, ergo inuitus facit. Quid enim permittit permansurum, id quod tribuerit inuitus? non  
enī multi postea excidunt? non à multis donum illud aufertur? Hi sunt scilicet, qui ob  
repunt; qui pœnitentia fidem aggressi, super arenas domum ruituram collocant. Nemo  
ergo sibi aduletur, quia<sup>38</sup> inter Auditorum tyrocinia deputatur, quasi eo etiam nunc lib  
delinquere liceat. Domini simul cognoueris, timeas simul inspexeris, reuerearis. Ceterum  
quid te cognouisse interest, cùm iisdem incubas quibus retrò ignarus? Quid autē te à per  
fecto Dei seruo separar? An aliis est intinctis Christus, aliis Audientibus? Num tyes ali  
vel merces; alia formido iudicij alia necessitas pœnitentia?<sup>39</sup> Lauacrum illud obsigna  
et fidei; quæ fides à pœnitentia fide incipitur & commendatur. Non ideo abluimur, ve  
prima Audientis intinctio est, metus integer. Exinde quoad Dominum senseris, fides le  
necessitate, non sponte innocentiam induimus. Quid ergo in bonitate præcellens<sup>40</sup> cui non  
delinquere desinamus; sed quia desiimus, quoniam iam corde loti sumus. Hæc erit  
na conscientia semel pœnitentiam amplexata. Ceterum si ab aquis peccare desistimus  
necessitate, non sponte innocentiam induimus. Quid ergo in honestate præcellens<sup>41</sup> cui non  
farto manus auertamus, nisi claustrorum duritia repugnet; nec oculos à stupri concep  
scentis refrenemus, nisi à custodibus corporū obstructi: si nemo Domino deditus delin  
quere desinet, nisi intinctione alligatus. Quid si qui ita senserit, nescio an intinctus delin  
gis contristetur, quod peccare deferit, quam latetur quod euaserit. Itaque Audientes  
optare intinctionem, non præsumere, oportet. Qui enim optat, honorat; qui predi  
mit, superbit. In illo verecundia, in isto petulantia appetit. Ille fatigat, hic negligit. Ille  
mereri cupit, at hic vt debitum sibi repromittit. Ille sumit, hic inuadit. Quem censes de  
gniorum, nisi emendatiorem? quem emendatiorem, nisi timidiorem, & idcirco vera pa  
tientia futurum? Timuit enim adhuc delinquere, securus scilicet, timere non potuit: sic nec pœnitentiam  
implevit, quia instrumento pœnitentia, id est, metu caruit. Præsumptio inuerecundia  
portio est, inflat petitorum, despicit datorem. Itaque decipit nonnunquam. Ante enim  
quām debeatur repromitterit, quo semper is qui est præstator, offenditur. [41] Huc  
que Christe Domine, de pœnitentia disciplina feruis tuis dicere vel audire contingit,  
quousque etiam delinquere non oportet Audientibus; vel nihil iam de pœnitentia  
nouerint, nihil eius requirant. Piget secundæ, imò iam ultimæ speci subtexere me  
tionem.

LUC. 8.

VII.

A tione; ne retractantes de residuo auxilio poenitendi, spaciū adhuc delinquendi demōstrare videamur. Absit ut aliquis ita interpretetur, quasi eo sibi etiam nūc pateat ad delinquendum, quia pater ad poenitendum; & redundantia clementia cœlestis, libidinem faciat humanae temeritatis. Nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est, totiens delinquendo, quotiens ignoscitur. Ceterum finem vtique euadendi habebit, cūm offendendi non habebit. Euafimus semel, haec tenus periculosis nosmetipſos inferamus, etſi iterum euafuri videmur. Plerique naufragio liberati exinde<sup>42</sup> repudium & nauī & mari dicunt; & Dei beneficium, salutem suam scilicet, memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam; nolunt iterum diuinæ misericordiae oneri esse; <sup>43</sup> formidant videri inculcare, quod consecuti sunt; bona certè sollicitudine iterum experiri vitant, quod se mel didicerunt timere. Ita modus temeritatis, testatio est timoris. Timor autem hominis, Dei honor est. Sed enim peruicacissimus hostis ille, nunquam malitia sua otium facit. Atquin tunc maximè fecit, cūm hominem plenè sentit liberatum; tunc plurimum acceditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiscat neceſſe est, venia peccatorum permitta, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retrò ſuæ erasos. Doleat, quod ipsum & angelos eius, Christi seruus ille peccator iudicaturus est. Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet, si quā possit aut oculos concupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſecularibus irretire, aut fidem terrena potestatis formidine cuertere; aut à via certa<sup>44</sup> peruersis traditionibus detorquere: non iſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur ve-  
B nca eius prouidens Deus, clausa licet ignoscientia ianua, & <sup>45</sup> intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permisit patere. Collocauit in vestibulo poenitentiam ſecundam, quæ pulſantibus patefaciat; ſed iam ſemel, quia iam ſecundo; ſed amplius nunquam, quia proxime fruſtra. Non enim & hoc ſemel fatis eſt. Habes quod iam non merebaris; amifisti enim quod accepertas. Si tibi indulgentia Domini accommodat ynde reſtituas quod amiſtas; iterato beneficio gratus eſto, neq; ampliato: maius eſt enim reſtituere, quā dare; quoniam miferius eſt perdidifle, quā omnino non accepiffe. Verū non statim ſuccindens ac ſubruendus eſt animus desperatione, ſi ſecunda quæ poenitentia debitor fuerit; pigeat ſanè peccare rurſus, ſed rurſus poenitere nō pigeat; pigeat iterum perclitari, ſed non iterum liberari. Neminem pudeat.<sup>46</sup> Iterata valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in Dominum extiteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaueris. Offendisti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentem. [Id ſi<sup>47</sup> dubitas, VII.  
euolue quæ ſpiritus ecclſis dicat; Desertam dilectionem Ephesiſ impudat; Stuprum & Apoc. 1.2.  
idolothytorum eſum Thyatirenis exprobat; Sardos non plenorū operum incusat; 3.  
Pergamenos docentes peruersa reprehendit; Laodicenos fidentes diuitiis obiurgat: &  
tamen omnes ad poenitentiam commonet, ſub comminationibus quidem. Non commi-  
natur autem non poenitenti, ſi non ignoscet poenitenti. Dubium, ſi non & alibi hanc  
clementia ſue profuſionem demonſtrat. Non<sup>48</sup> ait, qui ceciderit, reſurget, & qui a- Hier. 8.  
uerſatus fuerit, conuerteret? Ille eſt ſcilicet, ille eſt<sup>49</sup> qui mifericordiam manuſt quām ofee 6. C  
C ſacrificium, <sup>50</sup> Lætantur cœli, & qui illi angeli, poenitentia hominis. Heus tu peccator Matth. 9.  
bono animo ſis, vides vbi de tuo reditu gaudeatur. Quid illa ſimilitudinum Dominicarum argumenta nobis volunt? Quod mulier drachmam perdidit, & requirit, & repperit, & amicas ad gaudium inuitat; nonne reſtituti peccatoris exemplum eſt? Errat & vna paſtora ouicula, ſed grex vna carior non erat, vna illa conquiritur, vna pro omnibus defiderat, & tandem inuenitur, & humeris paſtoris ipſius refertur; multum enim errando laborauerat. Illum etiam mitiſſimum patrem non tacebo; qui prodigum filium reuocat, &<sup>51</sup> poſt in opiam poenitentem libens fuſcipit, immolat vitulum præopimum, conuiuo gaudium ſuum exornat. Quidni? filium enim inuenierat quem amiferat, cariorem ſcenferat quem lucrificerat. Quis ille nobis intelligentius pater? Deus ſcilicet. Tam pater nemo; tam plus nemo. Is ergo te filium ſuum, etiſi accepturn ab eo prodegeris, etiſi nudiſs redieris, recipiet, quia rediſti: magis que de regreſu tuo quām de alterius sobrietate lætabitur. Sed ſi poeniteat ex animo, ſi famem tuam cum ſaturitate mercenariorum pa-  
ternorum compares, ſi porcos immundum relinquis pecus, ſi patrem repetas vel offendum: Deliqui, dicens, pater, nec dignus ego iam vocari tuus. Tantum reuelat confefſio delictorum, quantum diſſimulatio exaggerat. Confefſio enim ſatisfactionis conſi- lium eſt, diſſimulatio contumacia. [52] Huius igitur poenitentia ſecundæ & vnius, quanto in arto negotium eſt, tanto operosior probatio eſt; vt non ſola cōſcientia præfera-

ULLIAN,  
Amatoſib⁹  
AMELI.

A V  
J6

tur, sed aliquo etiam actu administretur. Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur & frequentatur,<sup>53</sup> exomologesis est,<sup>54</sup> qua delictum Domino nostrum confitemur: non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione penitentia nascitur, penitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis prostermendi & humiliandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordia illicet. De<sup>55</sup> ipso quoque habitu atque virtu mandat,<sup>56</sup> facio & cineri incubare, corpus fardibus obscurare,<sup>57</sup> animū mœroribus deiicere, illa quæ peccauit tristi tractatione mutare: ceterum, patrum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa: plerunque vero ieiunis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad Domini Deum tuum,<sup>58</sup> presbyteris aduoluti, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. Hæc omnia exomologesis, vt penitentiam commendet, vt de peccati timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipsa pronuncians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna supplicia non dicam frustretur, sed extinguat. Cum igitur prouoluit hominem, magis relevat: cum squalidu facit, magis muniris tibi, intantum tibi Deus, crede, parcer. [59] Plerisque tamen hoc opus vt publicationem sui aut suffugere, aut de die in diem differre, præsumo, pudoris magis memores quam salutis: velut illi, qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescencia sua pereunt. Intolerandum scilicet pudori, Domino offenso, satisfacere, saluti prodatae reformati. Nam tu verecundia bonus, ad delinquendum expandens frontem, ad deprecandum vero subducens. Ego rubor locum non facio, cum plus de detimento eius acquirio, cum ipso hominem quodammodo exhortatur: Ne me respexeris dicens, pro te mihi melius est perire. Certè periculum eius tunc si forte onerosum est, cum penes insultatores in risu quoq; consistit, vbi de alterius ruina alter attollitur, vbi prostrato superceduntur. Ceterum inter fratres atque confratres, vbi communis species, metus, gaudium, dolor, passio (quia communis spiritus de communi Domino & patre) quid tuos aliud quam te opinaris? <sup>60</sup> Quid cõfertes casum condoleat vniuersum, & ad remedium conlaboret, necesse est. In uno & altero Ecclesiæ, Ecclesia vero Christus. Ergo cum te ad fratum genua protendis, Christum contrarias, Christum exoras. Atque illi cum super te lacrymas agunt, Christus patitur, Christus subducimus, proinde & Deum ex labimur. Adeóne existimatio hominum & Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere,<sup>61</sup> quam palam absoluiri? Miserum est sic ad exomologesin peruenire. Malo enim ad miseriam peruenit: sed vbi penitentia & pulueris alicuius mordacitate cruciari. Tamen quæ per insuauitatem medetur, & emolumento curationis offensam sui excusat, & presentem iniuriam superuentur viliterat: gratia commandant. [62] Quid si præter pudorem quem potiorem putant, etiam in commoda corporis reformident, quod in lotos, quod fardulentis, quod extra levitatem oportet deuersari, in asperitudine facci, & horrore cineris, & oris de ieiunio vanitas. Num ergo in<sup>63</sup> Coccino, &<sup>64</sup> Tyrio pro delictis supplicare nos concedet? Cedo acutis crinibus distinguendis, & puluerem dentibus eliminandis, & bisulcum aliquid ferri vel ari vnguis repastimandis:<sup>65</sup> si quid fieri nitoris, si quid coacti ruboris, in labia aut genas vrgeat: præterea exquirito balneas latiores hortulanii maritimive secessus: adiutoria que quis interrogat, cur animæ largiaris: Deliqui dico in Deum, & perclitor in arcum perire: itaque nunc pendeo, & maceror, & excrucior, vt Deum reconciliem inquit delinquendo laesi.<sup>66</sup> Sed enim illos qui ambitu obiunt capeffendi magistratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantum, verum & contumeliis omnibus eniti in causa votorum suorum. Quas non ignorabilitates vestrum affectant? quæ non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant? ad omnem occurrum maioris cuiusque personæ decrescentes, nullis conuiuiis celebres, nullis commissationibus congreges, sed exules à libertatis & letitiae felicitate idque toru<sup>67</sup> proprii vienii anni volaticum gaudium. Nos quod<sup>68</sup> securum virgarumve petitio sustinet, impo-

A riculo æternitatis tolerare dubitamus? & castigationem vixius atque cultus offendit. Domo præstare cessabimus, quæ Gentiles nemine omnino læso sibi irrogant? Hi sunt de quibus scriptura commemorat: Væ illis qui delicta sua velut procerro fune necunt. [7] Si de exomologesi retractas, gehennam in corde considera, quam tibi exomologesis extinguet: & poenæ prius magnitudinem imaginare, vt de remedij ademptione non dubites. Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, quum 72 fumariola quædam eius tales flammarum iactus suscitent, ut proximæ vrbes aut iam nullæ extent, aut idem sibi de die sperent. Dissilunt superbissimi montes 73 ignis intrinsecus facta. Et quod nobis iudicij perpetuitatem probat, cum dissiliant, cum deuorent, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc supplicia interim montium non iudicij minantis exemplaria deputabit? quis scintillas tales non magni alicuius & inestimabilis foci missilia quædam & exercitoria iacula consentieret? Igitur cum scias aduersus gehennam post prima illa intinctoris Dominicæ monumenta, esse adhuc in exomologesi secunda subsidia, cur salutem tuam deferis? Cur cætas aggredi, quod scias mederi tibi? Mutu quidem animæ & irrationalis, medicinas sibi diuinitas attributas in tempore agnoscunt. 74 Cervus sagitta transfixus ut ferrum & irreuocabiles moras eius de vulnere expellat, scit sibi dictam meendum. Hirundo si excæauerit pullos, 75 nouit illos oculare rursus de sua chelobina. Peccator restituendo sibi 76 institutam à Domino exomologesin sciens, præteribit illam, quæ Babylonum regem in regna restituit? Diu enim Pœnitentiam Domino imolarat, sepræmni squalore exomologesin operatus, 77 vnguium aquilinum in morem efforatione, & capilli incuria horrorem leoninum preferente. Prò malæ tractationis! Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat. Contrà autem Ægyptius Imperator, Exod. 14. qui populum Dei aliquando afflictum diu Domino suo denegatum persecutus, in prælium irruit, post tot documenta plagarum, discidio maris, quod soli populo periuum libebat, reuolutis fluctibus perit. Pœnitentiam enim & ministerium eius exomologesin abiecerat. Quid ego vltra de 78 istis duobus humanæ salutis quasi Pharis, stili potius negotium quam officium conscientiæ meæ curans? Peccator enim omnium notarum cum sim, nec ulli rei nisi pœnitentia natus, non facile possum super illa tacere, quam ipse quoque & stirpis humanæ & offensæ in Dominum princeps 79 Adam, exomologesin restitutus in paradisum suum, non taceret.

### ADNOTATIONES IACOBI RAMELII IN LIBRVM DE POENITENTIA.

I. DE POENITENTIA.] Scripterunt de Pœnitentia aduersus Montanum hunc librum Terullianus; contra Nonatianum, verò B. Cyprian. Epistola ad Antonianum, ac libros de Lapsi & ad Nonatianum, item Pacani lib. & duas Epistolas ad Sympronianum, ac de Panit. & confessio Paræt. ad Pœnitentiam, & B. Ambros. lib. 2. de Panit. Chrysost. homilias 10. & sermonem de Panit. Ephrem lib. & serm. de Panit. Fulgentius lib. 2. de remissione peccatorum ad Euthymium, Gregorius Nyssenus Orationem de Pœnitentia, Basilius hom. enam postremam Variarum. Denique insignem etiam librum de panit. medicina B. Augusti. quem eti alibi id niger germanum esse illius, confitetur Erasmus, ubi loco ultimo cum edidit inter Homil. 50. Qui omnes ad liberas intellectus faciunt. Et si autem in genere agat de Pœnitentia sub iustitia ferre ad cap. 8. usque, certè postmodum agit de Pœnitentia publica, quam Exomologesin vocat. Atque adeo fallitur Rhenanus in argumento, dum errorem non ipsi modo, sed & permultis veteribus adscribit, immo & ipsi B. Augusti. de unica post Baptismum Pœnitentia. Fator equidem has sententias: semel cognitum atque suscepimus;

secundæ, immo iam ultimæ spes; sed iam semel, quia iam secundò, sed amplius numquam, quia proximè frustæ; Item: secunda & vnius Pœnitentiae. Verum loqui eum de publica Pœnitentia & infra patebit cap. 10. & iam nuper adiugimus Adnot. nostris in B. Cyprian. lib. de Lapsi. num. 99. Atque semel dumtaxat uniuersaque permissem pœnitentiam publicam testantur disertis verbis Orig. homil. 15. in 25. cap. Leuit. ac BB. Ambros. lib. 2. de Panit. cap. 10. & Augustini. epist. 54. ad Macedonium Presidem. Qui etiam causa illius statui addita, nibilominime desperandum adhuc de illis negat, in hac verbo: Quamvis (inquit similiter assertio Macedonij respondens) cautæ & salubriter prouisam sit, ut loco illius biuillime pœnitentia semel in Ecclesiæ concedatur, ne medicina vilo minus utilis esset agro, que tanto magis vilo est, quanto minus contempribilis fuerit, que tamen audeat Deo dicere: Quare hunc homini, qui post pœnitentiam primam rursum se laqueis iniquitatibus obstringit, dahuic iterum parci?

Aliquis certe non Origenes modo, Ambrosius & Augustinus frequentem pœnitentiam agnoscunt etiam in culpa mortali (ut verbis Origenis utar) que in sermo-

FULLIAN,  
Annotationibus  
RAMELLI,

A.V.  
16.

## Adnotat. in lib.

200

nis vel morum virtus conficit, sed & ipse Tertullianus hisce verbis 8. cap. que & Pacianus transcripsit: Nemo idcirco deterior sit, quia Deus melior est; totiens delinquendo, quotiens ignoscitur. Porro indigebat quidem Anidota Rhenani illa in codem Argumento adoratio (qua, vix ipse diuinauit, multum fal- latur) dum Confessionem secretam ex publica illa originem sumpsiisse existimat. Verum tam late contrarium dicimus dictis Adnotat. nostris in lib. B. Cyprian. de Laps. num. 98. & 99. quod nempe publica paenitentia confessionem priuatam coniunctam habuerit, ut faret actum agere: quare illuc Lectorem remittimus. Itaque hoc loco sufficiente haec ipsa Rhenani verba: Confessionem secretam rem (inquit Admonit. de Tertull. dogmatis) antiquissimam, qua hodie conscientiam nostram sacerdoti detectimus, usque ad circumstantiarum omnium minutias, saluberrimam esse nemo potest inficiari, si morositatem & scrupulositatem nimiam auferas. Quid enim per Deum immortalē, utilius habere posse Ecclesiā ad continentiam disciplinam, quid commodius quam priuatam istam confessionem ad populum in necessariis erudiendum; ubi horule spatio plus proficit laicus quam triduana concione. Nam dum & suggestio declamat sacerdos, per pacui diligenter auctoriant, multi aliorum cogitando distractibuntur, quidam iuxta prouerb. vxi & ceteris, vel propter obtusitatem ingenii, vel ob materie sublimitatem, cuius non sunt capaces, etiam curiose auscultent, non tamen percipiunt quod dicuntur. At hic cum rei ipsius, tum sacerdotis reverentia adtentum reddat hominem. Et doctrina quam illic cum petente communicat, ad eius capitum adtempatur. Quod si in ludis litterariis fratribus preceptor scholasticus praelegit, nisi illud idem pauperos ex eis exigat, & ut reddant cogat: haud aliter quantumcumque publico concessionibus instituatur populus, nisi isto pacto examinetur, longe minus proficiunt auditores. Itaque quod D. Cyprianus Discipline encimum pronuntiat, mihi liber accommodare confessionem, ut dicam eam, retinaculum fidei, ducem itineris salutis, somitem ac nutrimentum bone indolis, magistrorum virtutis. Enumeruo non probauerim quod tanta res innubibus quibuslibet committitur, necessitatē semper excipio. Quin potius moribus & atate graui Theologos ad hoc officium in singulis Ecclesiis paulo celebrioribus, quam hodie tanti sunt redditus & obuentiones, deputari debet; id quod Lutetia Parisiorum fieri vidimus aliquando apud Nostrā Domīnū (sic enim vulgo vocant) in aede nunc Archiepiscopalē, ubi statim rei diuine horis, sexen quidam venerabilis, Paenitentiarius ipsi nominant, semper preso erat. Quod autem apud illum deinde sequitur de libro Paenitentiāli, quem ut sacerdotes probē calleant, severē iubent suis Legibus, Pipinius, Carolus Magnus, Ludovicus & Lotharius, &c pertinet, ut scirent presbyteri quam debeat infligere paenitentiam publicam pro delictorum qualitate. Quod ex verbis Venerab. Bede, quae deinceps allegat, manifestum est. Per idem tempus (inquit ille in Chronicis) id est sub Dagoberto rege, Theodorus Archiepiscopus & Abbas Adriani descessit à Vitelliano Papa missi sunt in Britanniam, plurimāque Ecclesiās Anglorum doctrina Ecclesiastica fruge facundarunt. E quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium iudicia, quantis scilicet annis pro unoquoque peccato quis paenitere debeat, mirabili & discreta ratione describit. Neque enim aliquot an-

norum paenitentia aliis quam publicè paenitentiis umquam fuit instituta. Eodem pertinent, quorum parum etiam meminit Rhenanus, similes multisque antiquiores BB. Basilius Cesariensis & Petri Alexandrinus, aliorumque Grecorum, qui apud Balsamonem exp̄ant Canones. Item Betani, seu patris eiusdem Bede, Irabani & aliorum veterum in simili argomento lucubratus, quo paenitentia existat MS. in antiquis Bibliothecis, non indigne (vel ipso Rhenano teste) quo legantur, praesertim ab eis qui sunt curiosi vetustatis indagatores. E quibus nunc extat excusus liber Paenitentialis Bede, operum eius Tom. 8. & penes me MS. habentur plures Irabani eiusdem argumenti, at nominatim tres illi, quos Amynius citat Rhenanus, & commendat, ubi de eis videtur agit Tertullianus, quorum primus de Paenitentiā & paenitentib[us], criminib[us], atque iudicis, secundus de accusatorib[us] ac testibus, tertius de scandalorum ordinib[us], quos desperisse iniuria temporum & hominum ille conqueritur preter Confessionem Iohann. quam in meis MS. cod. quum desideraretur, ex illi abiciendane censui. Eiusdem sunt argumenta etiam Constitutiones aliquot tunc ab eodem desiderata, nunc autem edita, Concilij Moguntini sub eodem Irabani, iustis ex eodem quem ille vidit codice, quia etiam non integra, quales nec ego reperire possem. Neque inter confirmant illi Rhenani opinionem, tamquam publici illi paenitentia primum successit secreta confessio, quod hodie sacerdotizque potius contraria nostram, quod adnece haec fuerit illi sollemni. Praterquam enim quid omnes illi (vel ipso Rhenano teste) non Deo salutis & sacerdoti confessionem fieri iubent, quippe quoniam qui non potuisse pro peccatorum modulo paenitentia publicam imponere, etiam secreto fieri solitam faciāt Rhenanus, & ipsum Nectarii factum quid dicit, & coniunct, nempe de abrogato Paenitentiali proprio, non autem (uti ille falso interpretatur) de ampta confessione, quemadmodum pulcherrime dedicat bello ad hoc unum conscripto Iohannes Hasselius, in quoque apud B. Cypriani citatus. Quod ipse Rhenanus animaduertisset, si ague priora atque posteria in medium eius historia verba protulisset, ut ne quid desideret Lettor[um] sic habent. Ab illa tempore (inquit Socrates Ecclesiast. hist. lib. 5. cap. 19.) Nouatiani se ab Ecclesia secesserant, Ecclesiārum Episcopi Canoni (nempe Paenitentiali) adiunxerant, sed singulis Ecclesiis presbyter quidam praefuerunt, ut qui post Baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad interim designato (secretorum tenace, ut addit Zet. lib. 7. cap. 16.) peccata sua confiterentur. Episcopi vero (addit postea) qui iam presunt, quoniam ad hincquinque tempore statim hoc tenerent infinitum, tam temporis Nectarij immutarunt, propter eisdem modi facinus, quod tum forte fortuna in Ecclesia dimissum est. Mulier quædam nobilis ad presbyterianum Paenitentiariū accedit, peccata quæ post Baptismum deficerat particulariter (vide hic etiam particularium confessionem) confiteratur. Presbyter mulier mandat dat ut ieiuniis & precibus se dederet. Mulier detinuit eam ob causam in templo mortuata (vbi aperitum erum Zozomenus) se à Diacono confiteratam prodidit. Ob quod facinus hoc modo patefactum, Diaconus ad Ecclesiā cincto, tumultus populi concitatus est. Non indignabantur, non solum de commissō faciente, ut rūmetiam quod inde grauis nota Ecclesiā iugulat.

Itaque Eudemon quidam Ecclesiæ Alexandrinae presbyterus, Episcopo Neclario consilium dedit, presbyterum pœnitentiarum tolleret. Namquam interim ipsi illi Zorenus & Socrates adrostantur, quod antea minora fuerint perpetrata peccata, tum ab verecundiam, tum ob severitatem eorum qui iudicis erant constituti, quippe qui peccata sibi priuatum confessio populo publicare fuerint soliti, & sic cogere ad publicam pœnitentiam; que, sublato pœnitentiali presbitero, eadem opera fuisse sublata ostendetur. Atque hoc est (inquit Rhenanus) Admon. de Tertull. dogmatis, sub finem sue editionis, ubi suam sententiam mutat) quod nonnum caput Agathensis Concilij præcipit, & refertur etiam a Gratiano dist. 50. Est autem tale. In capite Quadragesima omnes publicè pœnitentes, qui publicam suscipiunt aut susciperant pœnitentiam, ante fore Ecclesiæ representant Episcopo ciuitatis, facio induiti, nudis pedibus, vulnib[us] in terram profractis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent Decani, id est, Archipresbyteri, presbiteri paracuram, & presbyter pœnitentium, qui eorum conuersationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpæ pœnitentiam per prefatos gradus iniungant. Post hæc Episcopus in Ecclesiæ eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentia Psalmos in terram prostratus, cum lacrimis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens oratione, iuxta quod Canones iubent, manus eis imponat, aquam super eos benedictam spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eos denunciet, quod si eum Adam proiectus est de paradiſo, ita & ipse ab Eccl[esi]a pro peccatis suis abiuntur. Post hac iubeat ministris, ut eos extra ianuas Ecclesiæ expellant. Clerus vero prosequitur eos cum Reſponsorio: In sudore vulnus tu uesteris, &c. ut uidentes sanctam Ecclesiæ profanioribus suis tremefactam atque commotam, non parui pendant pœnitentiam. In sacra autem Domini cantraliam ab eorum Decanis & presbyteris Ecclesiæ limib[us] represententur. Hæc Denominatio Decretum Agathensis Concilij retulimus. Porro de secreta ista confessione ne longe saluberrima, que hodie Ecclesiæ uititur, Decretum Vormaciensis Concilij reperi in hunc modum: Si quis pro aliquo criminali peccato ad nos pœnitentiam aturn vel suceptoribus accesserit, oportet nos imprimiti re veritatem ad liquidum interrogando discutere. inde si fidem reitam & Christianam credulitatem s[ecundu]m deliter premitur, id est: Pater noster, &c. Credo in Deum, quam statim coram nobis memoriter canere compellatur. Et si persona est qui non intelligat, neque eam illam bene memoriter teneat, exponemus illi prout tunc necesse est; & ut melius statuto die redat, precipientis. Præterea studijs perseruantur, an diuersis erroribus sit implicitus; sicut quidam increduli, lapides, lucos, arbores, & huiusmodi vanitatis relicta Ecclesiæ venerantur, & vanissimamphantasma desceptionis illusionem in sonnis obseruant. Inquirendum etiam ab eo, si velit pro Christi amore omnem iracundiam dimittere illi cui inimicus est. Aut si habet qui aliquid adversus eum, unde reconciliari debet, sicut Dominus in Euangelio docet: Si ergo offers manus tuam ad altare, &c. Et alibi ait: Sic & patet mea facit vobis, si non remiseritis, &c. Et ideo in oratione quotidie dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et de aliis virtutibus ei Deus dederit posse, deinceps

se emendaturum promiserit, tunc cum omni deuotione ante absidem suscipi debet ad pœnitentiam. Atque talem quidem est Vormaciense Decretum. Quod vero in capite Quadragesima fieri confessio debet, aliud Decretum reperi, cuius Synodi sit necio, nam titulus carebat, estque huiusmodi: Presbiteri admonere debent plebem sibi subiectam, ut omnes qui se sentit mortifero peccati vulnere sauciatis, feria quarta ante Quadragesimam, cum omni festinatione recurvat ad viuificatricem matrem Ecclesiam; ubi quod male commisit, cum omni humilitate & contritione cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia pœnitentia, secundum modum canonis autoritatibus presixum. Non solum autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo, quicunque se recognoscit immaculatam Christi tunicam, quam in Baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire; cum puritate mentis omnes transgressiones, omnia peccata, quibus Dei offensam se incurriti meminit, humiliter confiteatur, & quicquid a sacerdote fuerit iniunctum, ac si ab ipso omnipotens Dei ore esset prolatum, ita diligenter adtentat, & cautissimi obseruat. Consentit cum hoc quod in Pœnitentiariorum Romano legitur in hunc modum: Hebdomada priori ante ieiunium Quadragesime, presbiteri plebeium ad se conuocent populum, & discordantes canonica auctoritate reconcilient, & omnia iurgia sedent. Et tunc primum confitentibus peccata dent pœnitentiam, ita ut antequam caput ieiunij veniat, omnes confessi pœnitentiam acceptam habeant, ut liberiueri dicere possint: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Huc usque ex Pœnitentiariorum. Ceterum non solum apud Tertullianum, sed etiam apud eos qui multi seculis post vixerunt, sit mentio de Exomologesi, id est acta pœnitentia, quam confessio crimini necessario precedebat, sine publicè fieri de publicis flagitiis, sine priuatione de priuatis. De Exomologesi complures etiam elegantissimi sermones existant Cesar[ius] illius Arelaten[sis], inter quos eminet ille, cuius initium, Quotidicumque, &c. Quis ipse Ioannes Chrysostomus, quanguam pluribus locis suam de exomologesi & pœnitentia sententiam indicat, vix tamen alibi id vel magis ingenio vel apertius restatur, quam in sermone cui titulus est: Τελικαρνοίδης ἐξομολογήσεως, quem ego nuper inter alia eius opera nondum versi reperi, ubi sic scribit de exomologesi: Νωρὶ δὲ οὐτέ αὐάγην παρόρθον μαρτυρῶν ἐξομολογήσασθαι παρὰ τοῖς λογοτοῦσι γενέθω τὸ πεπλημμέλημένα ηὔτε τοῖς αὐμάρτυρον ἔτετο δικαιούντεο δέος οὐτεποτέ μῆνος ἐξομολογήσεων. H[ab]it paulo post: Εγενέται ἀμαρτυροντος δικαιούσιον, καὶ σὺ αὐτος δικαιοῦσις ὡμαρτυρός. Porro tametsi in collectaneis quibusdam Graecis multa compererim de exomologesi & pœnitentia, partim ex Veteribus Basilio, Chrysostomo, Maximóque, partim ex Iunioribus, Nilo, Climace, Isaaco, & Thalasio monachis desumpta; placuerunt tamen in primis quae nuper ex codice quida vetustiori excerpti, libro de Medicina pœnitentia, qui Augustino inscribitur, & aliunde etiam, per studiosum quemquam subiecta. Nam à Gratiano variis locis variis titulis citantur, ad quem librum Lectorem, ne hic prolixiores simus, remittimus. Atque confessionem secretam & antea & postea in visu fuisse, immò etiam sub praecapo, satius communistravimus dict. Adnot. nostris ad B. Cypri de Lapis, & infra cap. 9. respondemus ad argumenta, que ex Patribus hic in argumento adserit Rhenanus,

ULLIAN,  
in statu onibus  
MELLI.

A.V.  
16

## Adnotat. in lib.

202

de confessione soli Deo facienda, & consilio dumentat a sacerdotibus petendo. Idque ad verba illa cap. 9. Exomologesis est, &c. adiuvoli presbyteris, caris Dei ad geniculare, & quae edem pertinent: Cum igitur prouoluit hominem, magis relevat; cum accusat, excusat; cum condemnat, absolvit. & illud cap. 10. Videlicet siquid humanæ notitiae subduxerimus, proinde & Deum celebamus. An melius damnatum latere, quam palam absoluī? Quis pro nostra sententia facere quis dubiter?

CAP. I.

2. Pœnitentiam, hoc genus hominum, &c.] Caput hoc primum in scriptis: Quid de bonis factis non sit pœnitentia. Atqui, ut adnotat Rhenanus, Gentiles hic intelligit, iuxta quod & in Apolog. dixit: & de vestris fuius. Sicut autem hic: naturaliter, sic & alibi aduers. Marc. dicit: scilicet animalibus falos.

3. quippe res Dei ratio, &c.] De ratione Dei (inquit Rhenan.) quid videlicet omnia qua Deus facit, sine naturalia, habes in superioribus libris separamerò. Vt aduers. Marc. lib. 2. Bonitas Dei & ratio eius, huic quoque instituto patrocinantur, in omnibus conspirantes apud Deum nostrum. Nec ratio enim sine bonitate ratio est, nec bonitas sine ratione bonitas. Item: & hoc bonum sine dubio & rationale. Legimus autem ex MS. 2. nihil que non. Metaphoram vero esse adnotavit Rhenan. à nauigante sumptu, ubi legitur: fine gubernaculo rationis transfertantes. Ego vero legi paulop̄st: deuerterunt, pro: diuerterunt, tum quod infra legatur, tum quod phrasis sit Tertullianica, de qua latius lib. aduers. Valentini.

4. prout quid in ingratiam cecidit.] Nos (inquit Rhenan.) attendo quod alibi etiam ingratia vocabula vñatur pro ingratitudine, sc̄issimus, prout quid in ingratiam cecidit. Sic infra in hoc ipso libro: videbit ergo ingratia hominum, si etiam bonis factis pœnitentiam cogit. Viderit & gratia, si captatio eius ad benefacendum incitamento est. Vbi vides ingratiam opponi gratia. Qui etiam reponit recte: pœnitentia speciem, pro: patientia spectem, ex Gorlensi cod. quantumvis legant: patientia MS. 3. cod. nequecum hinc illa patientia mentio. Eadem etiam acceptum debemus: contra pœnitentiam malorum, pro: patientia malum. Incubandi autem verbo (inquit) & in praed. & in sequ. vñatur, de quo videat Lector ad lib. de Patientia Adnotaciones nostras.

CAP. II.

5. Quid si Dei, &c.] Titulum capituli huic dedimus: De vera delictorum pœnitentia. Atqui adnotandum hic illud: merita pœnitentia. Item: Si acceptator, etiam remunerator, denique: Bonum factum Deum habet debitorem, sicut & malum; quia iudex omnis remunerator est causa. Item illud cap. 6. mercedem perennis vita, ac: vt possimus mereri; idque contra negantes operum bonorum merita, de quo loco communis latius libris ad Mart. & de Patientia. Hic sufficiat illud Paciani locum hunc imitanus ad Sympronianum contra Nouatianos: Pœnitentium venia, meritum consitens.

6. timentes Dominum scilicet.] Pertinet hoc ad primam Pœnitentia partem, quæ est contritus, cuius

initium timor Domini, sc̄uti infra Author cap. 5. dicit dñs verbis, & B. August. lib. de Pœnitent. medi, contra quam sentiunt infirmi adiutare sarij, dicentes, ut Laurentius, optimam pœnitentiam esse nouam vitam, neque illa contritione opus esse, aut (sc̄uti etiam sacerdos) nisi seruili quodam timore qui metum incautat. Certe illa necessario conuincitur vel ex illo Iſai. 26. secundum 70. A timore tuo Domine concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis.

7. ad suam misericordiam maturauisſet.] Haec est (inquit Rhenan.) matura ſe recipiſſet & in tempore. Sic Cyprianus gratiam maturantem eleganter ad Donatum dixit: Accipe (inquit) quid sentiunt atqueā dicitur, nec per moras temporis longe agnitione colliguntur, sed compendio gratia maturantis habiſſur.

8. pœnitentiam dedicauit.] Dedicandi verbū (eodem Rhenano teste) libenter vñtur Tertullianus, de nosis rebus loquens, ut aduers. Marc. lib. 1. vt imp̄rio eius diuinā bonitas in terris dedicaret, lib. de Carn. resurrectione: De materia potius subiacenti volunt ab illo vñuerſitatem dedicant. Cyprianus de Aurelio: Interim (inquit) vñb̄ haec exp̄icatur est pacem, dum dedicat lēt̄ōrem. Vide & Adnotat. nostras in B. Cypr. Epist. 33. num. 9.

9. prætere intinctionem pœnitentia.] Intinctionem vocat Baptismum (inquit Rhenan.) ut infra. Erga pœnitentiam vitium, presumptio intinctionis importat. Item: Hac enim prima audiens intinctionē est, metus integer. Sie aduers. Præx. Et nouissime mandans ut tingerent in partem & filium & spiritum sanctum, non in vñnum. Nam non semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tingimur. Ita loquitur & Cyprianus. Expone (inquit Rhenan.) prætere pœnitentia, hoc procedere pœnitentiam. Qui ex Gorlensi cod. cōfigurant componeret, pro: anteponere, & iis: Dominus scilicet afterens, subaudit: salutem. Et item significantius quod legitur: pœnitentia vñtē & radens, quād quod habet 1. editio & MS. auerteret & tradens; item placet: foris, quod habent eandem, magis quād: foris, quod MS. Atqui opera (inquit rēcte Rhenan.) pr̄ labore, Legimus denique cum Latino & MS. ne bonis vñquam factis, pro: ne nobis.

10. cui pœnitentiam inuidat delinquentium pœnitutum.] Sic distinximus iuxta Latinū mās, & qui inuidat (ut Rhenan.) verbum usurpatum (in Tertulliano ad Vxorem lib. 2. De cibo, de pecunia) inuidare, desiderare, in mente habere? & in lib. infra: Eam tu peccator, mei similiſ ita inuidat.

CAP. III.

11. Quorum ergo pœnitentiam iusta, &c.] Haec capitis inscriptio haec est ex verbis ipsi Author. Quod etiam carnalium delictorum pœnitentia iusta sit, qui hanc materiam latīnum trahit, ne quod forte in cālūmiam veritatis quod pœnitit. Peccatum, nisi malum factum, dici non meretur. Legimus autem paulop̄st cum MS. peccata corum dicentes, pro: earum, nam de corpore & spiritu loquitur.

12. alia manu eius expresa, alia adiutoria consummata.] Alludit ad illud Gen. 1. secundum 70. Formauit Deus hominem, pulseret accipere determinata; & adflauit in faciem eius spiritus vita. Pœnitentem videretur quod carne formata paraphrasis adiutoria;

manu Dei, ad errorem eius, quo corporeum Deum portauit, ac quod de spiritu dicit adflato spiritu Dei, ad eius opinionem alteram paradoxam, quod anime omnes ex prima illa traducuntur; de quibus latius inter errores in usbris Prolegomenis.

13. Viderint enim siqua casui, &c.] Simile est istud illi quod alicubi habet B. Augustinus, peccatum adeo debere esse voluntarium, ut nisi voluntarium, peccatum non sit. Recepit autem dicit: Viderint, tamquam definire nolens, an sciebat casus & necessitas, ita & ignorantia a peccato excusat, nam hoc edem libro contrarium sustinet de ignorantia cap. 5. Arguit adnotat rursus phrases Tertullianicas Rhenanus: quanto principalis, tum hic, tum antea, & mox: quemadmodum, pro: Quomodo, interrogatus; qui etiam ex Goricensi collatione primus legit: adulterum eum, pro: ad ultimum reum, &: cur non, solarium futurans, pro facto cedat, ex conjectura quemadmodum placet, pro: ut non eis, sine interrogatione.

CAP. III.

14. Omnibus ergo delictis, &c.] Aliud nihil hoc capite tractatur, quam Ad pœnitentiam ex scripturis adhortatio, quod imitatur Cyprian. lib. 3. Testim. cap. 114. hoc titulus: Dum in carne est quis, ex mortali facere debet. Quom autem prius diximus, non facti solum, sed & voluntarii delicta pœnitentia purganda esse, & hic repetat: Omnibus delictis seu carne, seu spiritu, seu facto, seu voluntate commissis; faciunt hi loci pro particuliari pœnitentia, atque adeo & confessione omnium & singularium peccatorum graviorum: Quo pertinet etiam locus B. Cypriani lib. de Lapsis: Vides Deus corde & peccata singularium, & iudicaturus est non tantum de facta, sed & de verbis & de cogitationibus nostris, &c. Quanto itaque fide maiores & timore meliores sunt, &c. qui quoniam de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & similes confitentes. Similiter Origenes lib. 3. in cap. 16. Lenit. Pronuntiet, inquit, peccatum quod peccauit, etiam de cogitationis secretis. Et expressius B. Clorist. homil. 46. ad pop. Antiochenum: Dic tua per sepe peccata. At homil. 9. in Epist. ad Hebr. Se dicat, peccator sum, non astem ad peccatorum species defensas, dicens quia hoc & hoc peccavi, numquam, &c. D. vero August. etiam circumstantias considerandas monit. lib. de Vera & falsa pœnitentia cap. 14. Considerare, inquit, qualiterum criminis, in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate persone, & quali hoc fecerit tentatione, & de ipsis vitiis multiplici executione. Non male ergo & B. Thomas Aquinas similia dicit, quantumvis repugnet Rhenanus in huius libri argumento.

15. qui pœnam per iudicium destinavit.] De sinare hic proprie accipitur, pro: deputare, cuius & alteram significationem habet infra lib. aduers. Valentini.

16. Pœnitere, & saluum faciam te.] Hanc scripturam hoc modo citatam nusquam reperire posui, sed cum loco apud B. Cyprian. epist. 28. & lib. de Lapsis hanc: Cum conuerſus genueris, tunc saluaberis, & fies ibi fueris. Similiter B. Hieron. epist. ad Sabinian. & Ruficum, & B. Augustin. de Pœnitent. medicin. quemadmodum adnotauimus illic adnotat. nosfris ad priorem locum num. 2. & ad posteriorum num. 110. Afferentes etiam illuc, locum hunc desumptum ex E-

Zebiele, partim 18. partim 33. cap. similiter Cœsarius Arel. lib. 50. de Letan. & Ambros. in Psal. 37. Pacianus vero ad Sympron. contra Novat. Iste illud ipsum adscribit, alludens fortasse ad illud cap. 43. Dicta prior iniquitates tuas, ut iustificeris. Hanc autem lectionem nosquam quidem reperi, sed magis accedit ad illud Ezechiel. 18. Conseruatum, & vivens. Atqui Pœnitere, pro pœnitentiam age, noua vox est, scutum etiam apud vulgatum interpretem Pœnitentem, Marc. 1. & Act. 3.

17. & pœnitentiam malo quam mortem.] Etiam hoc paucioribus verbis contraxit Author. nam Ezechiel. 33. pluribus idipsum habetur. Imitati sunt autem illum B. Pacianus ubi supra, & B. Cyprian, dicto lib. 3. Testim. cum lib. de Boni patient. legit: Nolo mortem morientis, quantum ut conseruat & vivat. Et lib. ad Novatian. Nolo mortem peccatoris, sed desidero ut avertatur a via sua pessima, & vivat.

18. ego enim præstantiam in delictis meis agnosco.] Similiter sub finem: peccator enim omnium notarum quum sim, unde videtur nondum presbyter fusse cum hunc libram scriberet, & eodem tempore scriptus liber de Baptismo, ubi sub finem: Tertulliani, inquit, peccatoris memineritis. Atqui adnotat Rhenanus præstantiam hic in malum partem accipi.

19. ut naufragus alicuius tabulae fidem.] Ambrosius (inquit Rhenan.) ad Virginem lapsam: Sed tu que iam ingressa es agnonem pœnitentie, infeste misera forister, inbere tamquam naufragus tabulae. Hieronymus ad Demetriadem de Pœnitentia loquens: Illa, inquit, quasi secunda post naufragium misericordia tabula, quod ipsum repetit in cap. 3. Esiae. Ambo sunt hunc locum imitati. Quibus adiace Paciani verba infra citata cap. 8. ubi de his latius etiam Author. Legimus autem ex 2. MS. perlauabit, pro eo quod erat: proleuabit, maxime cum 3. codex legit: perlauabit.

20. protelabit.] Hoc est (ut interpretatur Rhenan.) ad portum usque quamlibet distante producere. Adnot. Marc. lib. 4. dicit: Nec quinque circiter, sed sexcenta millia hominum protelauit, pro eo quod est, vitam eorum exhibito vixit produxit sustentauit.

21. & in foliis perennat.] Perennat (inquit Rhenan.) pro perenniter durat. Alter dicit Suetonius, non perennavit, pro eo quod est, non vixit anno integrum. Audit autem ad verba Psalmi primi. Adsoletauerat idem ad lib. de Resurr. carn. ubi legitur: dentes incorruptos perennare. Mirum vero quod 3. MS. legit: securem, pro: securum; qui etiam legit: pro hoc, ubi est: per hoc, sed priorem lectionem utique retinuimus.

CAP. V.

22. Hoc enim dico, &c.] Titulum huic capituli impossimus: De peccato post pœnitentiam non irendo, & iis qui fallo meo & fide peccare decidunt. Meminerit autem Lectorem de pœnitentia publica loqui, ut initio diximus.

23. nullum ignorantia prætextum.] Quemadmodum adnotat Rhenan, usurpar prætextum neuro generi, sicut in Valentianis: Sed enim, inquit, sub prætexto dilectionis in patrem, emulatio superabat. & infra lib. de Cult. sicut, prætexta necessitatis.

S. ij

TULLIAN,  
adnotatis omnibus  
GÆLI,

A. V.  
J. 6

## Adnotat.in lib.

204

24. Cūm etiam ignorantes Dominum nulla exceptio tuncatur à culpa.] Facit locus iste contra nosos istos Euangelicos, qui ab Apostolorum tempore maiore nostris in ignorantia perpetua vixisse dicunt, & tamē à culpa excusatos. In primis autem pro sententia Tertiorum faciunt frequentissima sacrificia, immolari iussa pro peccatis ignorantie, Leuit. 4. & 5. ac Num. 15 de quibus & Hebr. 9. Deinde & in novo Testamento Act. 2. B. Petrus ad illos, quos sciebat per ignorantiam peccasse: Penitentium, inquit, & convertimini, ut delectantur peccata vestra. Hinc Patrum omnium conformis est sententia, quod ignorantia, quam crassam moderni Theologi vocant, neminem à culpa excusat, qualis illa haud dubie fuisset, si verum illi dicerent.

25. vt denuo Malus.] Rēst̄ ad marginem adnotauit Rhenan. Malus diabolus, tum hic, tum ib. de Patient, non semel. Similiter Patres quidam interpretantur illud Orat. Dominic: Sed libera nos à malo. ad quod alludere videtur Autor.

26. Ita, qui per delictorum penitentiam struerat Domino satisfacere.] Similiter Autor infra sub finem cap. 7. Habes cui satisfacias. cap. 8. Confessio satisfactionis consilii est. & cap. 9. Sed quatenus satisfactione confessione disponitur, confessione penitentia; Deus mitigatur. & cap. 10. Dominus offensio satisfacere. Loci adnotatu certe dignissima satisfactione peccatorum, qua tertia est penitentia pars, quam hic agnitam à Tertulliano Magdenburgenses Centuriatores negare non audent, sed viri calumniantur, à Montanius. Verum redarguit eos loco in arg. supra citato B. Pacianus, qui ante heresim conscripsum hunc librum afferit. Deinde B. Cyprianus Tertulliani errores nisquam fecutus, certe in hoc loquendi genere ipsum imitatur frequentissime Episcopis, nempe 8. 9. 10. 11. 12. 26. 27. 40. 52. 55. 59. 64. 65. & 69. item libris de Lapsi, de Fstate Ecclesie, ac de Oper. & elemosynis, quibus locis non semel satisfactionis etiam necessitate invitet. Nec absimiliter B. Pacianus Paron. ad Pan. ac Epist. ad Sympron. ac lib. aduers. Nouation. & post eis BB. Bafilius Orat. i. de ieiunio, Ambros. ad Virg. lass. cap. 8. & in Psalm. 37. August. Enchirid. cap. 70. & hom. 50. cap. 11. ac 15. Leo item Papa Epist. 91. Quin quod locum illum Matth. 3. Facite fructus dignos penitentiae, de satisfactione interpretantur Chrys. & Hieron. in Comment. ac Basili. Reg. breviorum cap. 288. Quo pertinet etiam quod supra cap. 2. dixit Autor: Bonum factū Deum habet debitorem, sicuti & malū, quia iudex omnis remunerator est causa. Et pulcherrima illa c. sequi comparatio inter emptorem & venditorem, precium & mercem, ac Deum & penitentem, veniam & penitentiam. Denique illud Epiphonema B. Cyprian. lib. de Laps. Quis sic, inquit, Deo satisfecrit, &c. non eam solam Dei veniam meretur, sed coronam. Neque vero hæc satisfactione peccatorum quicquam repugnat satisfactioni Christi. Quia (Basilio teste dicit. Reg. bres. qu. 2.) Deus, pro remissione peccatorum nostrorum demissò unigenito suo, quantum in se est, ea iam antea omnibus condonauit. Quoniam autem misericordiam & iudicium sanctus vir canit, & testatur Deum misericordem esse & iustum, necesse est ut quæ à Propheticis & Apóstolis de Penitentia dicta sunt, ea à nobis praefertur.

27. Sed aiunt quidam, &c.] Adnotatu dignissima etiam iste locus aduers. nouam quorundam herejem (à qua nec Calvinisti abhorrent) qui sibi sufficiere arbitran-

tes, si corde & animo suam religionem retineant, quamvis Catholicon contrarie sibi religionis exercitus ac mysteriis se immiscant, immo & communiciet. Sed illa (inquit Autor) ingenia de semine hypocitarum pululare confuerunt.

C A P. V I.

28. Quicquid ergo mediocritas nostra, &c.] Inscriptimus hoc caput: Quod etiam Audientes seu Catechumeni penitentiam agere debeant. Id ipsum autem incalcat Author infra lib. de Baptismo, August. epist. 48. & 118. ac homil. 39. & 50. & latius de Vilit. penitent. libro, Chrysost. in illud predictum Matth. 3. Facite fructus dignos penitentie, & illis antiqui Origenes homil. 2. in Leuit. addita interim multo fuisse grauiorem & luctuosorem arum, qui post Baptismum peccarunt, penitentiam. Legimus autem ex MS. omnis salutis, pro: omnes

29. nouitiolis istis.] Catechumenos intelligunt alnotauit Rhen. & simili appellatione vocari. Nouitiis fratres initio sua conversionis non male diuinauit, sed autem pulcherrima Metaphora, qua eos vocat catulos infantia recentis, qui neicum perfectis luminibus inculta receptant (vbi Hellenisim⁹ est) alludunt (vbi ille adnotauit) ad proverbiū: Canis fetus manu pars catulos.

30. sed includere eam negligunt.] Traditio (inquit ille) à rebus, quas si non inclusas, statim amittas.

31. præsumptio intinctionis.] Intinctionem Latine exprefit: Author, quod Graeci Bartholomæus vocant, scuti & paulopōst: intinctos, pro: Baptiz. Vide supra num. 9.

32. & commicatum sibi faciunt delinquendi.] Commeatus (inquit Rhen.) est venia quoniam datur, ut possit ad tempus absente à casinis, vel negotiorum vel valeritudinis causa. Adnotauimus post mel. Cyprianus in Epist. quadam Ad martyres & confessores: Hac (inquit) Letior accepto post gloriam conatu, in Ecclesia laude florete. Idem de Mortalitate: Quoniam quidam de collegis & confederatis militiam infirmitate defessus, & de appropinquo morte sollicitus, commeatus sibi prearetur. Vnde eam eadem voce B. Cypr. Epist. 34. vbi vide Adnotauistras num. 2. Accipitur etiam illud: quād eruditus nō, pro: potius quam. Item mercede singulari nō, pro: merces.

33. veniam addicere instituit.] Addicere (inquit idem) venditoris est, verum lures.

34. Tunc opinor emendatos licebit. ] Quis (adnotauit idem Rhenan.) & hic licebit, dictum pro liquebit, fallente fortasse pronuntiatione. Nam hoc de Carne Christi, indicaamus in veteri exemplari lib. cuius scriptum prolixius, à liquo: Quamquam hanc iam & de nomine hominis, de statu qualitate & de sensu tractationis, & de exitu pallioris remanam constitisse. Ita, ni fallor, hor loca licebit, pro liquebit postum. Infia habes: discidio maris, quod populo peruum licebat.

35. postquam libertate mutatus est, ] Meus (inquit idem) libertate; Tertullianum est. Sit & id de Regnū carn. Oro te, si famulum tuum liberem donaueris. Notarum vero nomine, ignarus intelligit, & non ita multo posse circumduci ejus pat, pro: fallacis obtegi. Legimus autem ex MS. quæ temp

tempus pœnitentiae idem, pro id est.

36. abolitionem delictorum omni modo initur aquam, &c.] Quod baptismus omni modo abolutione sit delictorum, habet etiam B. Cyprian. dum ab omni face contagionis antiqua, lassaci vitalis sanctificatione purgari nos dicit, lib. de Disc. & hab. vng. & Epif. 2. ad Donatum vocat baptismum, mortem criminum. Vbi latius contra Lutheranos hanc esse & aliorum veterum sententiam comprobamus Adnot. nostr. n. 8. & 14. & infra aliquid dicimus lib. de Baptismo. Eudem pertinet quod dicit: cum hominem fent plenè liberatum, & tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis eratos.

37. asperginem vnam, &c.] Videtur alludere ad baptismum qui per afferessionem fiebat, quem etiam recente B. Cyprianus indicat Epif. 76. ad Magnum, ubi videt Lector Adnot. nostr. n. 44. Et si autem in qualibet aqua celebrari possit baptismus in necessitate, aquam tamē prius conseruari portare non semel idem B. Cyprian. docet, & nominatim etiam in concil. Carthag. Sedarius Episcopus: Aqua (inquit) aacerdotis prece in Ecclesia sanctificata, abluit delicta.

38. symbolum mortis.] Baptisma intelligi recte adnotant Latinus in eorum Christo cōmorimur (Apostolo teste) & confessio.

39. inter Auditorum tyrocinia.] Eleganter dicit probre adnotans Rhenan. Nam Auditores, & ut mox appellantur Audientes (quos ea etas vocabat Catechumenos) nihil aliud erant quam tyrones fideli Christiani. Similiter B. Cyp. Epif. 13. & 24. de quo vide Adnot. nostr. priori loco n. 4. & posteriori n. 7 quibus adderetur Rhenano, quod sicut Audientium doctorem Optatum Cyp. sic Demetrius Episcopus Origenem Adamantium constitutum Magistrum Catechumenorum apud Alexandriam. Quo officio primus post Apostolos apud Alexandriam Panthenus, secundus per ordinem Clemens, tertius sanctus efl. Origenes Clementis discipulus. Author Busob. Ed. hist. l. 6. c. 5. Legimus autem cum MS. 3. Quid autem te à perfecto Dei verbo separat, pro: Dei seruo.

40. Lauacrum illud obsignatio est fidei.] Econtra infra si mendosi non sint codices lib. de Baptismo: Fides (inquit) obsignatio baptisimi, & baptisimus vestimentum fidei. de quo ibi latius. Legimus autem mox cum Latino: an cui displicet, pro: aut. & qui pro eo quod exaudiunt legunt, à custodibus corporum obstricti (qua paraphrasi intelligi Eunuchus, qui etiamnum apud Italos & Hispanos matronas custodiunt) legunt MS. 2. abstracti, & unus abstracti, sed illud placet.

C A P . V I I .

41. Huc vsque Christi Domine, &c.] Prospopœia hac ad Christum, initium esto huic capitis, cuius titulus: De secunda post baptismum penitentia. Quod imitantur BB. Pacianus epif. 1. ad Sympron. vbi de penitentia tractare incipit, & August. hom. 27. qui dicit paginorum fuisse eam oblationem quam proponit, quasi patet ad delinquendum locus, quia patet ad penitendum. Ironia autem videtur illud: Euafimus semel, haec tenus periculosis (seu quod malum, periculis) nofmetiplos inferamus.

42. repudium & nau & mari dicunt.] Nam (inquit Rhen.) ut est apud Publum Mimo graphum: Improbis Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit. Venustus vero sermo, cum inquit: Repudium & nau & mari dicere, translatio fampsia ab his qui v-

xori libellum repudiū mittunt, similiter infra lib. de Hab. mul. cap. 4. repudium cali dicit.

43. Formidant videri inculcare.] Alter hic: inculcare accipit, quam supra c. 4. cum diceret: Nos verò pro nostris angustiis vnum inculcamus. Ibi enim proprie, hic verò pro: conculcare, aut proculare. Similiter dicit etiam Pacianus advers. Nouarian. ad Sympron. Vides non inculcari à nobis sententiam Domini, sed probari. Est autem phrasis Tertullianica, qua & lib. de Patientia dicit: tentationes inculcat: ino & Cyprianica, quemadmodum adnotauimus lib. ad Demetrianum. 3.

44. peruerſis traditionibus.] MS. tres: conditionibus. Illud tamen magis places, ut agat contra Montanistas, qui peruerſis traditionibus suis de nulla post baptismum penitentia, à via certa fideles derorabant. Eo autem quod addit peruerſis, patet non omnes ab Auctore Traditiones impugnari. Verum de his latius infra lib. de Cor. militis, vbi multas Ecclesiæ Traditiones probat.

45. intimationis sera obstructa.] Pute: nam baptismum iterari non licet. Verum de hoc latius lib. de Baptismo contra Anabaptistas. Atqui non multo post, ubi legitur: pigeat iterum periclitari, sed non iterum liberari, Pacianus ubi supra, qui verba precedencia & hac imitatur, sic legit: pudeat periclitari, sed non pudeat liberari; nos tamen illud cum MS. retinuum.

46. Iteratæ valetudinis iteranda medicina est.] Adnotant Latinus: valetudinem pro morbo accipi.

C A P . V I I I .

47. Id si dubitas, euolute quæ spiritus Ecclesiæ dicar, &c.] Caput hoc tunc insignissimum: Quid ad veniam propensus sit Deus. Imitatur autem & hunc locum Pacianus, tum ad verbum dicta epif. 1. ad Sympron. tum etiam Parenesi de Penitentia. & parvum contra Nouarian. ad eandem Sympron. qui ubique scripturam eandem Apocalypses citat, & prouide postremo loco castigandus, sicuti alibi & vere legit: age penitentiam, pro quo quid est: patientiam. Item priori supradictato loco debet legi: Pergamenos docentes peruerla, pro: diuersa. Et econtra cum Paciano legitur: Sardos, pro: Sardios, quem illud Græc & Latinè legatur.

48. Non ait, qui cedererit, resurget, &c.] B. Pacianus 2. prioribus locis iam dictis legit: Nonne. B. Cyprianus: Numquid, lib. Testimon. 3.c. 114. & id ipsum significat Hebreo & Græca vox apud Hieremiam. Sed meminerit Lector Tertull. usurpare solere: Nō, pro: Nonne. Sic infra Eshoret. castit. Tom. 5. Non illud dicendum erit: Atqui si vera est lectio: auerlus, quod legit hic Author & Pacianus Paren. ad penit. operari ut Actuum paucis accipiat more Tertullianico, pro: auerlus, quod altero loco legunt Pacianus & B. Cyprian. et editione Latine omnes: nam Græcè est δέ τοτε Φαρ. Quod ipsum Cypriano non infrequens esse adnotauimus ad lib. 1. Testim. advers. Iudeos n. 15.

49. qui misericordiam manuult quam sacrificium.] Sic ex 3. MS. pro: sacrificia, nā illua & Osee 6. & Matth. 9. in omnibus editionibus legitur.

50. Lætantur cali, &c.] Hunc quoque Luc. 16. locum latiss. Autorem imitatus prosequitur B. Pacianus, tum Parenesi ad penitent. tum epif. 1. ad Sympron. qui priori loco legit: vides vbi de tuo reditu gaudeatur, quare & hic adiecit reditu.

S iii

TULLIAN,  
Annotationibus  
CIVILIBUS

A. V.  
46

## Adnotat. in lib.

206

§1. post inopiam. ] Latius Pacianus ad Sympron.  
post prodaña omnia bona, & cum meretricibus & fornicariis negotata; quod paucioribus Euangelista (ut etiam adnotauit Rhenan.) dicitur hoc tertius de cito tristitia  
nam luxur. comes solet esse inopia. MS. autem cod. 3. legunt hic: vitulum præoptimum, sed magis cor-  
spondet contextui: præopimum. Legimus autem iterum  
cum 3. MS. Tantum reueat confessio delictorum,  
pro eo quod substituerat Rhen. delictum.

C A P. IX.

§2. Huius igitur penitentia secundæ, &c.] Caput hoc perractat De penitentia actu publico,  
quod ipsum ad verbum imitantur & B. Cyprian. sub si-  
num lib. de Laps. & B. Pacianus Parvæsi ad penit. seu  
libro de Penit. & confess.

§3. Exomologesis est, &c.] Hoc diligenter (in-  
quit Rhenan.) obseruandum quod hic dicit, Exomolo-  
gesin actum esse, quo penitentia administratur,  
& ministerium penitentie, quemadmodum infra  
docebit. Id quod recte intellectum, multum conferet ad ca-  
piendam mentem veterum Ecclesiæ scriptorum. Hinc il-  
lud Cypriani epist. ad Antonianum: Apud inferos  
dum confessio non est, nec exomologesis illuc fieri pos-  
tef. E sicimus autem ex eiusdem sanctissimi martyris  
scriptis hunc olim in Ecclesiæ seruatum ordinem, ut pri-  
mum fieret confessio criminum apud sacerdotes Dei: tunc  
sequebatur penitentia, que & processerat. Penitentiam  
excipiebat exomologesis, quam subsequebatur imposi-  
tio manus Episcopi aut cleri. Hac facta, dabatur Eucha-  
ristia sic reconciliata. Atque hoc est quod Cyprian epist.

14. tertij libri (iuxta nouam editionem n. x.) dicit: Non  
dum penitentia facta, nondum exomologesi finita  
(ubi vides apertam distinctionem) nondum manus eis ab  
Episcopo aut clero imposta, Eucharistia illis datur. Et  
præcedit: Quum in minoribus peccatis agant peccatores  
penitentiam iusto tempore, & secundum disciplina ordinem ad exomologesin veniant, & per manus im-  
positionem Episcopi aut cleri in communicatione acci-  
piant. Hac illuc. Ergo exomologesis actus ipse penitentie  
fuit illuc coniunctus. Idem epist. 16. lib. 3. (juxta  
nouam editionem n. xii.) Nam quum in minoribus (inquit)  
delictis que non in Deum committuntur, penitentia ag-  
atur iusto tempore, & exomologesis fiat, inspecta vi-  
ta eius qui agit penitentiam, nec ad communicationem quis  
venire posse, nisi prius illi ab Episcopo aut clero manus  
fuerit imposta. Et reliqua. Itē in sermone (scilicet prius libro)  
de Laps. Denique, inquit, quanto & fide maiore & ti-  
more meliore sunt, qui quamvis nullo sacrifici aut libelli  
facinore constringi, quoniam tamen de hoc cogitauerint,  
hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter  
confitentur; exomologesin conscientia faciunt, ani-  
mi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvi licet  
& modicis vulneribus exquirunt. Enimvero liquere po-  
test ex citatis Cypriani locis, occultorum scelerum exo-  
mologesin etiam fuisse secretam, quam etiamnum re-  
tinet Ecclesia, dum sacerdos pro modo delicti, certum ie-  
nium, eleemosynam, aut precatores confitenti iniun-  
git. Vnde & in Ecclesiæ presertim Occidentis antiqui-  
tas confessionis secreta stabilatur, que disciplina Eccle-  
siastice columnæ est, si anxietatem demas, & restitus li-  
bertatem. Amissa autem disciplina, corrunt omnia ne-  
cessæ est. Habemus de disciplina Romana Ecclesia valde  
insignem epistolam presbyterorum & diaconorum urbis  
Roma, ad Cyprianum, cuius initium: Quamquam bene  
sibi conscius anima. l. 2. que nunc est, n. 31. Recte quidem

meo iudicio, quemadmodum latius Adnot. nostrum in 8.  
Cyprianum l. de Laps. num. 99. ubi etiam interim ad-  
notauit subinde aliter exomologesin accipi, & proprie-  
pro omni confessione penitentiali. Bene autem habet quod  
etiam Rhenan. hic facetur primum in Actu sollemni  
penitentie confessionem apud sacerdotes Dei etiam feci-  
fieri solitam, idque post penitentiam que processerat, quā  
nos contritionem vocamus, de qua mox latius, ut non sit  
neesse pluribus eius opinionem conuellere, de qua supra  
num. 1. nisi eatenus, quatenus ēentre videtur sacerdotis se-  
lum in consilium adhiberi, de quo c. sequi. latine, remi-  
tentes interim Lectorem ad meas Adnot. n. 98. in lib. 2.  
Cyp. de Laps. hoc uno hic addito, quod discribit verbo  
confessionem secretū peccatoris agnoscat lib. de baptismo,  
infra in hac verba: Impressuros baptismi orationibus  
crebris, ieiuniis & genitulationibus, & penitentia  
purgilio orare oportet, & cum confessione omni  
retrō delictorum, &c. Nobis gratulandum est, si  
non publicè confitemur iniquitates aut turpe-  
dines nostras.

§4. qua delictum Domino nostrum confite-  
mur.] Pertinet hoc ad primam confessionem, que Do-  
minus antequam sacerdotes accedamus, dum conservatur po-  
catis commissari verum hanc nō solam sufficere ex sequen-  
tibus manifestis est, quā ut pluribus sit opus, itaque  
dem modo intelligendi sunt loci B. Chrysostomi in argumen-  
tati, quos perpera adducit Rhenanus, ut probet sibi Do-  
minum confitendum (cui tamen hic contradicit, probans enim  
sacerdotem, ut modo dictum, eam fieri solitam) neque  
ipsius addit vocem: sibi. & ubi dicit: Non dico ut confi-  
tearis conseruo tuus, addit: ut exprebret. Deinde de tem-  
pore sublata erat, patet ex his verbis: Nec apud alios sibi  
ut te prodas in publico, & similia. Et vero contra  
locos Chrysostomi partim in Cyp. adnotatum, pene  
sequens capite, quibus expressum dicit, & maximis  
de sacerdoti, etiam sacerdotibus cōfitemendum. De An-  
no (quamquam ille locum non adferat) eadem est ratio.  
Bedam denique & Hesychium etiam de publicis penit-  
tia loqui manifestum est, que eorum estate soli huius  
& schismatis instigebatur, non alii, quantumvis  
ut peccatoribus. Fuerit est hic de re Aug. locum  
49. Nemo sibi dicat: Occulte ago penitentiam, quod si  
ago, in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quod si  
ritus, &c.

§5. De ipso quoque habitu atque vietu ma-  
dat, &c.] Debet hic (inquit Rhen.) verbum mandu-  
quod nos reposuimus ex Gor. 1. collatione. De ipso quo  
habitu atque vietu mandat, facio & cimeti-  
cubare, subienda Exomologesis. Nam cum exomolo-  
gesis actus penitentie, & disciplina hominibus  
militificandi, conuerlationem intingens mili-  
cordia illucem; exponit, quidnam sit illud, an quia  
comuersatio, que Dei misericordiam & Ecclesiæ aliae  
inuitetque.

§6. Sacco & cineri incubare, &c.] Raymondi  
habet (inquit idem) verbum incubare, ut pasci ant  
Cum iisdem incubas quibus retrō ignatuella ho-  
de Patiens: Quod si hic patientia incubabatur  
ronimus ad Demetriadē: Meliusque est hic facere, pan-  
repositis opibus incubare. Porro similia exomolo-  
gesis opera describit nobis Cyprianus in sermone (scilicet  
de Lapsis: Orare, inquit, oportet impensis, & inter  
diem luctu transfigere, vigiliis noctes ac flebibus dor-  
tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, for-

in solo, adhuc cineri, in cilicio voluntari & fodi-  
bile post indumentum Christi perditum nullum iam volle-  
re vestitum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operi-  
bus incumbe quibus peccata purgantur, elemosynis fre-  
quentier infestare quibus a morte anima liberantur. Atqui  
nisi pene verbis Pacianus loco mox citato: Cilicio corpus  
involvere, cineri incubare, ieiunia sera meditari, perdi-  
tam vitam sordida ueste lugere.

57. animum maceroribus deicere, &c. Id ipsum  
maxatius dixit: ingemiscere, lacrymari, & mugire  
dies nocte que ad Dominum Deum tuum. Similiter  
& Pacianus: Flere in confessu Ecclesie & lugere. & B.  
Cyp. preter verba paulo ante citata eodem de Lasi. Penitentia  
criminis vero doloribus exprimentes, Dei misericordiam  
deprecemini. Illi se anima prostrant, illi mortificata  
satisficiunt. Reuertimini, inquit, ad me ex toto corde vestro, si-  
milique & ieiunio & fletu & planctu. Iram eius irritu  
& offendisse ieiunii fletibus & planctibus, sicut admo-  
ne ipsa placens. Que omnia quam sicut de peccata com-  
missa, cui dubium hac ad Contritionem pertinere, primam  
panente partem, maxime quam addat. Auctor animum  
detinere, & proinde non solum exteriori habitu  
sed ex animo velit ista fieri? Certè præterquam quod funda-  
mentum sit huius doctrine illud Psalm. 50. Cor contri-  
tum & humiliatum Deus non despiciens; manifeste dolorem  
illius ob commissa peccata ad penitentiam necessarium  
esse docent Patres omnium seculorum, cum in Comment.  
eius loci, tum etiam alibi, plerumque etiam videntes contri-  
tionis voce aut compunctionis, & ad eam rem comprobando  
disputis Psalm. 37. 55. ac 118. Hierem. 31. Iocel. 2.  
1. Corinth. 2. & 2. Corinth. 7. Nominatum vero BB. Basili.  
bini in Martyr. Iulianam, ac Regul. breu. qu. 22. & 288.  
Chrysost. homil. 5. de Poenit. ac 34. in 12. ad Hebreos, &  
46. ad popul. Antioch. item Parenthesis ad Theodor. Ma-  
nach. ac lib. duobus de compunct. cord. Ephrem similibus  
eadem titulo libris duobus. Ambros. in Psalm. 37. & conc.  
17. in Psalm. 118. Aug. Enchirid. c. 65. ac form. 1. 2. 3. de  
Nat. Domini, ac de nat. boni contra Manich. c. vlt. Theodo-  
reus demque Epis. dis. decret. de Poenitentia. Eodem etiā  
peritior adnotavit illusfr. Eusebius similique Cardinals  
seculari. S. Anselm. Hysius Confession. Polonicae c. 46. il-  
lud Autoris infra lib. 2. adie. Marc. Nam & in Graeco  
sono nemp̄ uer. τετραζα. Penitentie nomen, non ex  
delicti confessione, sed ex animi demutatio cō-  
positum est. Quae autem (inquit ille) potest esse animi  
demutatio, ubicae qua prius plauerunt, non displicere?

58. presbyteris aduloui, caris Dei adgenicula-  
ti. Si hinc locum restituimus ex 3. MS. Vaticanus codicibus,  
qui confrater legunt: caris Dei, pro eo quod excusi ha-  
bitus aris Dei; qua adeo lectio Rhen. colligebat suis  
adulatori, & ego similiter in Latvico Latinorum mes-  
ad aras sine ad altare Dei adgeniculationes iam tum us-  
tatas fulloverion quod hinc loco non conueniat, remitti-  
mus eius rei tractatum ad illum lib. de Orat. si ad aram  
Dei steteris. Hic enim re penitentia examinatus, legi non po-  
testaris Dei. nam Penitentes ne ad Pastophoria quidem  
virorum aut mulierum, multominus intra septa cleri, aut  
ad aras usque venire permittebantur, sed ante fines Eccle-  
sie illis locus assignabatur, sicut patet ex iis que supra de  
publice penitentia ritibus ex Rhenano descriptissimus. Qui-  
bus adiungere licet illud, quod in argomento huius libri ha-  
bet idem Rhenanus. Ex tripartita, inquit, historial que ha-  
bet id ex 20. (omino loco supradictato) veterem Penitentium  
ritus libet referre, quando coferet id ad Tertullianum in-  
telligentum, quamquam non nihil diversum sissem posse.

Sunt autem haec verba: Stant enim rei, & velut in Lam-  
inationibus constituti. Dum enim sacra celebratio fuerit  
adimplata, illi communionem non percipientes, cum gemi-  
tu & lamentatione semetipso in terram prostrantur. Ad  
quos concurrent Episcopus, & ipse cum lacrymis & gemi-  
tu spirituali prostrantur, & omnis Ecclesie plebs fletibus  
inundatur. Post hoc autem prius surgit Episcopus, & ele-  
uat iacentes a terra. Tunc competenter pro penitentibus  
facta oratione, dimittit omnes. At illi afflictionibus sponte  
vacantes aut ieiunis, ab abstinentia lauaci, aut suspen-  
sione ciborum, aut rebus aliis que iubentur, expectant com-  
munionis tempus, quod decretit Episcopus. Constituto vero  
tempore, velut quoddam debitum exsoluentes, afflictione  
peccatorum curati cum populo communione participantur.  
Hanc illius historia verba retulimus. Hic mos adhuc  
observatur in quibusdam Ecclesiis in die Dominicæ canæ,  
hanc dubie natu illa exomologesis, id est, acta penitentie,  
cuius Tertullianus meminit; immo fieri potest, ut ab  
illis etate quasi per manus in hac usque tempora sit tra-  
ditus, paucis ceremoniis adiectus. Exomologesis Fabiola  
D. Hieronymus his verbis describit: Quis (inquit) hoc cre-  
deret, ut post mortem secundi vires, in semet reuersa (quo  
tempore solent vidua negligentes, iugo servitutis excusso  
agere se liberius, adire balnearia, volitare per plateas, vulnus  
circumferre meretriciis) accum induseret, & errore  
cecerat, ut tota urbe spectante Romana ante diem Pas-  
che in basilica quondam Laterani, qui Cesariano truncus  
est gladio, staret in ordine penitentium, Episcopo, pre-  
byteris, & omni populo collacrymantibus, postquam crinem,  
oritur, & squalidas manus, sordida colla submittit  
et: Quae peccata fletu iste non purget? Quas inueteratas  
maculas haclamenta non abluant? Hac Hieronymus. Et  
vero quod aduolui, seu prouolui, seu prostrari presbyte-  
ris, & caris Dei adgeniculari soleant confitentes, iam  
ab Apostolicis temporibus patet, ex Epistola 2. Dionysij  
Areopagitæ ad Demophilum. Epif. 8. vbi illum increpat,  
quod sacerdotem ad sacerdotio genua præcedentem calce ab-  
recisset. Eodem pertinet quod B. August. dist. homil. 49.  
contra eos agit, qui erubescabant genu fletere sub benedi-  
ctione Dei, ita illuc abolitionem nuncupans, eo quod sa-  
cerdos ab aliis, benedictione quadam utatur, uti infra  
latius sequitur. Atque ante & hic voces sunt Tertul-  
lianice: expungit, & frustratur.

## C A P. x.

59. Plerisque tamen hoc opus, &c. Inscriptissimus  
hoc caput De iis quos pudor à Poenitentia deter-  
ret. Imitatur autem etiam hic Tertullianum pene ad ver-  
bum Pacianus Parenthesis ad Poenit. Prudentes, inquit, agri  
medicos non verentur, ne in occultis quidem corporum par-  
tibus etiam securatos, &c. Similiter vulnerum apertioni  
confessionem comparare soleant alij Veteres, & nomina-  
tim Origenes & Ambrosius locis infra citatis, Basili. Reg.  
Bres. qu. 229. & Chrysost. hom. ad populum Antioch. Quum autem qui curari cupit sua vulnera, necesse sit ut  
omnia & singula medico seu chirurgo patefaciat, certe fa-  
cit & ipsa comparatio pro particuliari peccatorum confes-  
sione, de qua supra initio cap. 4. Est etiam Tertullianicum:  
saluti prodaœ, præ: profligate, & Næ, Grecum ad-  
firmandi aduerbiū. Item: offensam fui.

60. Quid confortes casuum tuorum, &c. Ego  
cum hunc sic expressi: B. Pacianus: Confortes casuum  
vestrorum timere nolite. Nullum corpus membrorum su-  
rum vexatione letatur, immo pariter dolet, & ad remedio  
collaborat. In uno & altero Ecclesia est, Ecclesia vero Chri-  
stus. Atque adeo qui fratribus peccata sua non facit, Ec-

TULLIAN,  
in statuibus  
MELLI.

A V.  
46

clisia lacrymis adiutus, Christi precibus absolvitur.

61. Grande planè emolumentum, &c.] Ironiam esse rectè adnotauit Latinus: nam id patet ex eo quod sequitur, videlicet (quod usurpat pro scilicet) impetratur, &c.

62. quam palam absoluī. ] Quandoquidem quia pœno solo absoluētur, non posset dicitur palam absoluī, facit istud magnopere ad absolutionem Pœnitentis in Ecclesiā per sacerdotes. De qua sic pulchri B. Cyprianus de Laps. Confiteantur singulis que sō delictū suū, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admissi confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est. Et expressius epist. 52. ad Anton. contra Novatianos. Per sacerdotes eius pacem posse concedi. Itē epist. 54. ad Cornel. Quando permisit ipse qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in celis ligata esset, sicut autem possent illic quæ hic in Ecclesiā soluerentur. Neque vero alter illam scripturam Marth. 18. & diam similem Ioh. 20. interpretantur (præter eos quos adnotauimus ad epist. iam dictam § 2. n. 86. & ad epist. 54. n. 17.) B. Cyril. in c. 12. Ioh. tractat. 56. Leo Papa epist. 91. August. de verbis Domini ser. 11. ac de Cœlit. Dei. 1. 20. c. 19. Hier. Comment. in 16. c. Matth. Ambros. in Psal. 38. & l. de Pœnit. 2. c. 2. Chrysostom. 5. de verbis Isaiae. Vidi Dominū. Basil. confit. Monast. c. 23. & epist. 3. ad Amphil. c. 73. Athanas. denique sermon. in illud: Profecti in pagum. Ex quibus omnibus pater non solum consilijs gratia adiuri solitos sacerdotes à Pœnitentibus, sed potius absolutionis gratia, cuius vel ipsam formam expressit Ambros. l. de Spiritu sancto. 1. 19. Non in suo inquietus, sed in Patris & Filij & spiritus sancti nomine sacerdotes peccata dimittente. Quo permitte adeo etiam illud quod supra ex August. adduximus, ubi Benedictione Dei appellat hic sacramentum. Pleisque etiam Veterum interpretantur sic illud Ioh. II. de Lazar. ubi Apostolis Christus dixit: Soluite eum, & sinitate abire. Denique quod ipsi sacerdotes peccata remittant, express. verbi præterea reperire est apud Chrysost. lib. tribus de sacerdoti. & Origenem hom. 2. in Psalm. 37. & hom. 2. in Levit. B. autem Pacianus epist. 1. ad Sympron. etiam argumentum aduersariorum nostrorum respodet in hac verba. Solus hoc inquietus, Deus poterit. Sed & quod per sacerdotes suos facit, ipsius potest est. Nam quid est illud quod Apostolus dicit: Quæ ligaueritis in terris, &c. Cur hoc si ligare aut soluere hominibus non licet. At tantum hoc solum Apostolis licet? Ergo & baptizare solum licet, & spiritum sanctum dare solum, & solum gentium peccata purgare, quia totum hoc non alius quam Apostolus imperatum est, &c. Denique & Episcopos Apostoli nominantur, sicut de Epaphroditio Paulus edidicit: Fratrem & commilitonem, inquit, meum, vestrum autem Apostolum. Si ergo & laucri & christinatis potestas maiorum longe charismatum ad Episcopos inde descendit, & ligandi quoque ius adfert & soluendi. Quod & si nos id ob nostra peccata temerarie vindicamus, Deus tam illud ut sacerdotum & Apostolorum cathedralm tenetibus non negabit. Cui similia habet etiam Anastasius Nicenius qu. 6. in script. hoc titulo. Sit ne bonum confiteri peccata viris spiritualibus: ubi latiss. tractat quidquid huc pertinet. Quæ verba eo lubenter adduximus, tunc quod raro sit liber, tunc ut eadem opera respondeatur similibus argumentis, que infra iam Montanum adfert. Author mutata priori sententia Catholica, lib. de Pœnitentia T. 5. Arqui paulopost pro eo quod erat: pulueris alicuius mordacitate anxiari, substituimus ex 3. Ms. c. cruciari.

63. Quid si præter pudorem, &c.] Agit e. istud: De iis qui corporis incommodis deterrentur à Pœnitentia. In quo eidem imitatur tum B. Cyprian. sub finem lib. de Laps. Lamentari eum putamus ex toto corde, &c. Item B. Pacianus dicta Paræns ad penit. Quid diuatio (inquit) Paræns? Vbi est vestra carnis interitus? An quod in ipsa pœnitentia, & reliqua virtusque loca omittentes, ne forte prolixiores simus. Sunt autem iterum hic Tertullianæ voces & phrasæ: deuerlari; oris de cœlio vanitatem.

64. in coccino.] Per coccinum (inquit Rhenanus)

intelligit vestem cocco infestam. Martialis: Coccina formosæ donas & lunthina mocha. Coccum vulgo granum vocant, Latine redentes Grecum τὸ κόκκος vocabulum, Apud Hieronymum ad Fabulan de ueste sacerdotali, Coccus igni & aetheri depa-

tur. 65. & Tyrio.] Tyrium (inquit idem) appellat vestimentum ex purpura Tyria constans. Ouidium:

Siuæ erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.

Qui etiam adnotat. Cedo hic accipi pro: da, aut date.

66. Siquid ficti nitoris, &c.] Ad hanc faciem inquit Rhen. mulieres cervusa vntantur, coactum vero nuborem purpuris efficiunt; vñsim autem explicit datus B. Pacianus: Siquid (inquit) ferruginei puluera in superfluo fulgurant, aut ficti nitoris in genas rutilat, aut coadi hab. multibrie.

67. defacato seneccutum vini. ] Similiter B. Petrianius: Et exquisitus vīnum & defacato seneccutum. Veteres enim vñnum defacarēt, & liquidum rebderent, minisque nocens fractis viribus, ante quam biberent, solo transmittabant, vñ ante me adnotauit Turnus Adver. l. 11. c. 28.

68. Sed enim illos qui ambitu obeunt capendi magistratus, &c.] Obire (inquit Rhen.) obire pro obambulare, quod Cicero obire comitia dixit. Multe autem & labores eorum qui Consulatum urbis Romæ alios magistratus quondam ambiebant graphicè ludpinguntur. Sed candem rem elegansime describit Opt. ad Donatum: Qui amictu clarore conspicuum fulgerit, videtur in purpura, quibus hoc sordibus emit et judicet quos arrogantium fastis prius non pertulit quæ sapientes fore matutinæ salutis, salutis, toro objecit, quæ tumultum contulit, vestigia stuparis clientium cuneis ante præcederet, obnoxia non homini, sed potestatis relata. Aliqui per vocem decrecantes significare gestum sese demittunt in reverentiam alterius, iuxta quid idem adnotat. & voc congreges vñctur, propriæ schemæ quæc in vocibus celebres & exiles.

69. propter vñus anni volaticum gaudium] Nam Consulatus (inquit idem Rhenanus) erat magistratus annuis. Item alia quedam functiones annua. Optimus Eam nunc magistratus, & Consules sive Proconsules annua dignatus insignibus, & duodecim fascibus gloriantur. Est vero antiquæ vox volaticum, pro incertis annis Cicerone usitata l. 3. ad Attic. & de Amst. 4.

70. securum virgarumve.] Secures & virges preferabantur Consulibus in publicam prodeinibus, quæ uno fascium nomine comprehendit dicta Epiph. ad Donatum B. Cyprianus.

# Argum. in lib. de Oratione.

209

titulum dedimus: Quod omnia haec metus gehenna eterna superare debeat! Imitatur etiam hunc locum B. Pacianus ijsdem penè verbis ubi supra, ex quo & MS. z. coram ex: exomologesis extinguit, pr:extinguit. Ex censura item loan. Haec si legimus: adoptione, pr: adoptione.

72. quin fumariola quædam. ] Alludit (inquit) Rhen. ad Vesuvium Campanie motum. Quid autem deinde adiungit, aperteus expont. de Pallio, quoniam inquit, Ex huiusmodi nubilo & Tuscia Vulfinios præfatos deuata, quo magis de montibus suis Campania speret crepta Pompeios. Vbi vero quæ figura Graeca vñtar: nam oppidorum nomina sunt. In altero loco etiæ spectret, pro timeat posuit sicut & hic sperat, pro timeat. Ide narrat in Apologetico his verbis: Sed nec Tuscia iam tunc atque Campania de Christianis querebatur, quoniam Vulfinios de celo, Pompeios de suo motete profudit ignis. Similiter Pacianus: Atuant indefessi flammarum globis Aethna & Ianiculus (sic enim legit.) & Vesuvium Campanie.

73. ignis intrinsecus facta. ] Figura (vti adnotauit Rhen.) Graeca, hoc est secundum eas partes que facta sunt, sine facta ignis, ut ipse loquitur, per genitum.

74. Ceruus sagitta transfixus, &c. Imitantur ijsdem penè verbis & hunc locum B. Pacianus, ubi supra, & Hieronym. in c. 7. Ecclesiastæ verius Capri, seu portus Capri, illi tribuant, quod Author Ceruo tribuit, Cui confessus Plini, lib. 8. in hac verbi (vti etiam Rhen. citat.) Dictaminum herban extrahendis sagittis cerui demonstrare, percussi eo telo, pastisque eius herba erecta. Aut Plini l. 8. c. 27. Mentionem eius herba facit Virgil. lib. Scenid. 12.

Tum Venus indigno nati concussa dolore Dictaminum genitrix Cretæ carpit ab Ida, Puberis caulin foliis & flore comantem Purpureo. Non illa feris incognita caprit Gramina, quum tergo volucres hæcere sagittæ. Irreucabiles moras vero interpretatur idem Rhen. difficulter renuocabiles: nam ferrum teli facile eximi non posse.

75. nouit illos oculare rursus, &c.] Hic habes (inquit Rhenan.) oculare, cuius contrarium exoculare triuus verbum, De Chelidoniam Plinius: Chelidoniam, inquit, visi saluberrimam birundines monstravero, vexatis pullorum oculis illa medentes. Vtitur autem eadem voce & Pacianus & Hieronymus.

76. institutum a Domino Exomologesin sciens.] Recepit etiæ hic Rhenanus adnotat, Traditum a Domino & institutum istum præsentia alicum & ministerium, qui adeo quoniam etiam confessionem vel ipso teste (vti supradiximus cap. 9.) coniunctam habuerit, necesse est ut et illam a Domino institutam credamus, maxime illis verbis praedicatis c. 10. Quorum retinueritis peccata, &c. atque adeo male rursum hic adnotat secretam confessionem ex publica exortam. Bene interim habet, quid nolit abrogari, sed emendari adhibitus sacerdotibus (iuxta B. Cyprian.) etate & fide integræ, sacra lectione instrutiss.

77. vnguine aquilinum in morem efferatione, & capilli incuria horrorem leoninum præferente.] Ita hunc locum castigassimus ex Paciano, qui eniā imitatus ad verbum fecit sic habet: Leonum in illo subas impæza cesaries, & barbarum horrorem exuperat, & longe incurvis vnguis manus horrentes aquilas mentuntur. Antea erat vnguine leoninum in motem, & horrorem aquilinum. Verum fugnatis etiam ipsa aquila & leonis effigies, quorum ille vnguis, pie vero capillis horret. Ex MS. autem tribus legitimus, vti vere legendum est. Pro. pro: Proh. Item: difidio marii, pro: difidio, quam etiam lectionem comprobauimus in Cyprian. Adnotat, nofris ad epist. 44. n. 4.

78. de sis duobus humanæ salutis quasi Pharis. ] Alludit ad turrim Pharon, que in insula Pharo inter orbis miracula quibus comparat Reges duos Nabuchodonosor & Pharonem: quo fit ut legamus cum MS. cod. duabus, pro: duabus) à Plini, lib. 36. cap. 13. & Strabone lib. 17. reconfetur.

79. Adā exomologesi restitutus in Paradisum. ] Hoc contra Tatianum hereticum, cuius erat heresis, Adā salutem consequi non posuisse, vti patet ex l. de Prescript. adu. heres. infra T. 3. ubi de hoc latiss.

## ARGUMENTVM IACOBI PAMELI IN LIBRVM DE ORATIONE.

 RATIONEM Dominicam explicaturus Tertullianus, eadem opera Orationibus sacrificiorum quomodo interesse debeamus explicat.

Principio, tum ab auctore Christo, qui eam Discipulis noui Testamenti determinauit, commendat, tum etiam quod ea Breviariū quoddam totius Euangelij disciplina comprehendatur.

Prefat uncula autem illa: Pater noster qui in celis es, Deum orari docet, & fidem com-

mendari.

Petitionem primam hoc continere, vt sanctificetur in nobis nomen Domini.

Secundam, vt fiat voluntas Dei per omnia in nobis tam spiritu quam carne, & vt salui simus & in celis & in terris.

Tertiam, ut aduciat nobis regnum Dei, & cum illo regnemus.

Quartam, tum ut terrenis quoque nostris necessitatibus prouideat Deus, tum vt corpori

II.

III.

III.

IV.

V.

VI.

- Domini, quòd illis verbis: *Hoc est corpus meum, in pane censetur, communicemus.*
- VII. *Quintam esse Exomologesin delicti, & veniae petitionem, ut euadamus iudicium exactionis ad soluendum noniss. quadrantem.*
- VIII. *Sextam, ut non de remittendis tantum, sed & de auertendis delictis supplicaremus, petendo ne nos induci patiatur in tentationem, sed ut indicat interpretans clausula, nos euehat à malo.*
- IX. *Porro addit, ex eo quod dixit Dominus: Perite & accipietis, etiam ius nobis esse superstruendi & alias petitiones, quas, sub finem, sacrificiorum Orationes nuncupat, nos Collectus Missarum dicimus.*
- X. *Ista tamen ut preceptorum Dei memores, non prius ad Dei altare accedamus, quàm omni & ira & animi confusione vacui: neque enim agnoscit poterit à spiritu sancto spiritus inquinatus.*
- XI. *Alioquin rationi non esse consonum, manibus ablutis, spiritu verò sordente, oratione obire, (improbans quibusdam usitatum morem lauandi totius corporis) quas, inquit, non ad sollimus tantum, sed etiam expandimus Dominicana passione modulantes.*
- XII. *Deinde & alia quædam denotat, quæ non religio, sed superstitioni deputanda sunt; vel eo coercenda, quòd gentilibus adæquent; uti sunt depositis penulis orationem facere, & adjignata oratione assidendi mos: siquidem irreuerens sit assidere sub conspectu Dei viui, angelo adhuc orationis astante.*
- XIII. *Atqui & cum modestia & humilitate adorandum, manibus temperatè ac probè elatis, nec vultu in audaciam erecto, neque clariore voce, ne proximis obstrepamus.*
- XIV. *Denique eos item reprehendit, qui ieunantes, preterquam sub Pascha, habita oratione cum fratribus osculum subtrahunt; quale enim sacrificium, à quo sine pace receditur. Item illos qui stationem seu ieunium solvi putabant accepto corpore Domini: accepto enim corpore Domini & referuato, virumque saluum esse, & participationem sacrificij, & executionis officij.*
- Ceterum meminit huius libri S. Hilarius in Matth. can. 5. *De Orationis autem sacramenti necessitate commentādi (ita lego pro: commendandi) Cyprianus vir sanctæ memoriae liberavit; quamquam & Tertullianus huic volumen aptiss. scripsit; sed consequens error hominis detraxit scriptis probabilibus auctoritatem. Quæ eius verba adduximus, ut agnoscat vel ipso adtestante Lector, quòd ante hæresin Liber hic conscriptus sit, ut ne quis quod facere solent Magdenburgenses) quæ hic de sacrificio & corpore Domini tam luculentem expressit, ad errorem Montanistarum referat. Intelligit autem Librum S. Cypriani de Oratione Dominicæ, in quo ad verbum ferè, uti solet, hunc imitatur, & verba etiam quædam ex ultimo capite, de quibus infra, transcripsit Hrabanus noster lib. de fnsit cler. 2. c. 3. Quorum duorum testimonia, et si vel sola sufficere debeant, certè non modò Ioan. Gagnau, qui primus in editione Parisiensis edidit, sed & Lælandus MS. hunc librum vidisse testatur, atque adeò ad MS. Anglicanum exemplar Gelenius castigauit. Ego, quum quodam præfessum, nullum nancisci potuerim, saltē Adnotationibus, quæ ad confirmationem Christiani sacrificij faciunt, illustravi.*

A Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI DE' ORA-  
TIONE LIBER.

Et <sup>2</sup> spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio, sermo rationis, & ratio sermo- C A P. I.  
nis & spiritus. Vtrumque Iesu Christus Dominus noster nouis discipu- Matt. 6.  
lis noui Testamenti nouam orationis formam determinauit. Oportet & Luc. II.  
bat enim in hac quoque specie nouum vinum nouis vtribus recondi, & Matth. 9.  
nouam plagulam nouo allui vestimento. <sup>3</sup> Ceterum quicquid retro fue-  
rat, aut demutatum est, vt circuncisio: aut suppletum, vt reliqua lex: aut  
impletum, vt prophetia: aut perfectum, vt fides ipsa. Omnia de carnali-  
bus in spiritualia renouauit noua. Dei gratia superducto Euangeli expunctore totius re-  
tro vetustatis. In quo & Dei spiritus, & Dei sermo, & Dei ratio approbatus est Dominus  
noster Iesu Christus: Spiritus quo valuit, sermo quo docuit, ratio quo venit. Sic oratio à  
Christo constituta ex tribus constituta est. Ex sermone, quo enunciatur: ex spiritu, quo tā-  
tum potest: ex ratione, qua docetur: Docuerat & Ioannes discipulos suos adorare. sed om-  
nia Iohannis Christo præstruebantur, donec ipso aucto (sicut idem Ioannes prænunciabat, Ioan. 3.  
illum augeri oportere, se verò deminui) totum præministri opus cum ipso spirito transiret  
ad Dominum. Ideò nec extat in qua verba docuerit Ioannes adorare, quod terrena cœ-  
lestibus cesserint. Qui de terra est, inquit, terrena fatur; & qui de cœlis adest, qua vidit, ea  
loquitur. Et quid non celeste, quod Domini Christi est? vt hac quoque orandi disciplina.  
Consideremus itaque benedicti cœlestem eius sophiam, in primis de præcepto secrete Matth. 6.  
adorandi: quo & fidem hominis exigebat, vt Dei omnipotēs & confectum & auditū sub-  
iectis & in abditis etiam adesse considereret: & modestum fidei desiderabat, vt quem ubi-  
que audire & videre fideret, ei soli religionem suam offerret. Sequenti sophia in sequenti  
præcepto proinde pertineat ad fidem & modestiam fidei, si non agmine verborum ad-  
cendum putemus ad Dominum, quem vtrò suis prospicere certi sumus. Et tamen breui-  
tas ista, quod ad tertium sophia gradum faciat, magnæ ac beatæ interpretationis substan-  
tiæ fulta est: quantumque substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim  
propria tantum orationis officia complexa est, venerationem Dei, aut hominis petitionem,  
sed omnem penè sermonem Domini, omnem commemorationem disciplinæ, vt reuera-  
in oratione breuiarium totius Euangelij comprehendatur. [4] Incipit à testimonio Dei C A P. II.  
& merito fidei, quum dicimus, Pater qui in cœlis es. Nam & Deum oramus, & fidem com-  
mendamus, cuius meritum est hæc appellatio. Scriptum est, Qui in eum crediderint, de Ioan. 1.  
Cdit eis potestatem vt filij Dei vocentur. Quanquam <sup>5</sup> frequentissime Dominus patrem Matt. 6. 7.  
nobis pronunciat Deum. Immò & præcepit, ne quem in terris patrem vocemus, nisi quē 10. 16. 21.  
habemus in cœlis. Itaque sic adorantes etiam præceptum obimus. Felices qui patrem a- Matth. 23.  
gnoscunt. Hoc est quod Israëli exprobatur, quod cœlum ac terram spiritus contestatur,  
<sup>6</sup> Filios dicens genui, & illi me non agnouerunt. Dicendo autem patrem, Deum quoque Isaï. 1.  
cognominamus. Appellatio ista & pietatis & potestatis est. Item in patre filius inuo-  
catur. Ego enim, inquit, & pater vnum sumus. <sup>7</sup> Ne mater quidem Ecclesia præteri- Ioan. 10.  
tur. Siquidem in filio & patre mater recognoscitur, de qua constat & patris & filii no-  
men. Vno igitur genere aut vocabulo & Deum cum suis honoramus, & præceptim me-  
minus, & oblitos patris denotamus. [8] Nomen Dei patris nemini proditum fue- CAP. III.  
rat: etiam qui de ipso interrogauerat Moyses, aliud quidem nomen audierat. Nobis re- Gen. 32.  
velatum est in filio. <sup>9</sup> Iam enim filius nouum patris nomen est. Et aperte, Nomen tuum Exod. 3.  
manifestauit hominibus. id ergo vt sanctificetur postulamus. Non quod deceat homines Matth. 11.  
benè Deo optare, quasi sit & aliud de quo ei possit optari, aut labore nisi optemus. Plane 10an. 17.  
benedici Deum omni loco ac tempore condecet ob debitam semper memoriam benefi- Psal. 34.  
ciorum eius ab omni homine. Sed & hoc benedictionis vice fungitur. Ceterum quando  
non sanctum & sanctificatum est per semetipsum nomen Dei, cum ceteros sanctificet ex  
semetipso: Cuiilla angelorum circumstantia non cessat dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus. Isaï. 6. &  
Proinde igitur & nos <sup>10</sup> angelorum si meruerimus candidati iam hinc cœlestem illam in Apoc. 4.

ULLIAN,

metati onibus  
MELL.

AV

16

# Tertulliani de

212

Deum vocem, & officium futuræ claritatis ediscimus. Hoc quātum ad gloriam Dei. Alioquin quantum ad nostram petitionem, cū dicimus, Sanctificetur nomen tuum, id petimus ut sanctificetur in nobis, qui in illo sumus: simul & in ceteris quos adhuc gratia Dei expectat, vt & huic præcepto parcamus,<sup>11</sup> orādo pro omnibus, etiam pro inimicis nostris.

*Matth. 5.* Id ēque suspenſa enunciatione non dicentes, Sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.

*Cap. IIII.* [12] Secundum hanc formam subiungimus;<sup>13</sup> *Fiat voluntas tua in celis & in terra,* non quōd aliquis obſtitat quo minus voluntas Dei fiat, & ei ſuccēſsum voluntatis ſua oreamus, ſed in omnibus petimus fieri voluntatem eius.<sup>14</sup> Ex interpretatione enim figurata carnis & ſpiritus nos ſumus celum & terra. Quanquam etiā ſimpliſciter intelligendum eſt: idem tamē eſt ſenſus petitionis, vt in nobis fiat voluntas Dei in terris, vt<sup>15</sup> poſſit ſcilicet fieri & in celis. Quid autem Deus vult quām incedere nos ſecundum ſuam disciplinam? Petimus ergo ſubtantiam & facultatem voluntatis ſuę ſubmiſtret nobis, vt falui ſumus & in celis & in terris, quia ſumma eſt voluntatis eius ſalus eorum quos adoptauit. Eſt<sup>16</sup> illa Dei voluntas, quam Dominus adminiſtrauit prædicando, operando, iuſtinendo. Sic enim ipſe pronunciauit, non ſuam, ſed patris facere ſe voluntatē: fine dubio quā faciebat, ea crant voluntas patris, ad quā nunc nos velut ad exemplaria prouocamus, vt & prædicemus, & operemur, & iuſtineamus ad mortem vſque. Quā vt implere poſſimus, opus eſt Dei volūtate. Itē dientes, *Fiat voluntas tua,* vel eo nobis benē optamus, quōd nihil fit mali in Dei voluntate, etiam ſi quid pro meritis cuiusque fecus inrogatur. Iam hoc dicto ad sufficiētiā ſuinetipſos p̄emonemus. Dominus quoque cū ſubtantia paſſionis infirmitatem recordatus, niſi quōd mea non, ſed tua fiat voluntas. Ipſe erat voluntas & potestas patris, & tamen ad demonstrationem ſuffertenſia debita voluntati ſe patris tradidit. [18] *Veniu-*

*Ioan. 6.* quoque *regnum tuum,* ad id pertinet quōd & fiat voluntas tua, in nobis ſcilicet. Nam Deus quando non regnat, in cuius manu cor omnium regnum eſt? Sed quicquid nobis optūlantem &<sup>19</sup> ad nostram ſupeſionem pertinet regni dominici repræfentatio,<sup>20</sup> quo ueniat oramus, ad conſummationem ſeculi tendat, optamus maturius regnare, & nō diuſi ſeruire. Etiam ſi prefinitum in oratione non eſſet, de poſtulando regni aduentu, yltri in viſu animaꝝ martyrum ſub altari: *Quonam vſque nō vlcifceris, Domine, ſanguinem no-*

*Apocal. 6.* leriter veniat Domine regnum tuum. Votum Christianorum, confuſo nationum, exu- C. A. P. VI. tatio angelorū, propter quod conſiliatur, immō potius propter quod oramus. [22] Sed quā eleganter diuina ſapientia ordinem orationis inſtruxit: vt poſt cœleſtia, id eſt po- Dei nomen, Dei voluntatem, & Dei regnum terrenis quoque neceſſitatibus petitioni lo- cum faceret: nam & edixerat Dominus: *Quārite prius regnum, & tunc vobis etiam ha- adiūcentur. Quanquam Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie,* ſpiritualiter potius intel- gamus. Christus enim panis noſter eſt, quia vita Christus, & vita panis. Ego ſum, inquit, geni- vita. Et paulo ſupra: Panis eſt fermo Dei viui, qui deſcendit de celis.<sup>23</sup> Tum quād & corpus eius in pane censetur. Hoc eſt corpus meum. Itaq; perendo panem quotidiam, perpetuitatem poſtularum in Christo, & in diuiditatem a corpore eius. Sed & quia cam- liter admittitur iſta vox, non ſine religione potest fieri & ſpiritualis disciplinæ. Panem enim peti mandat,<sup>24</sup> quod ſolum fidelibus neceſſarium eſt: cetera enim nationes requiunt. In Matth. 6. & exemplis inculcat, & parabolis retractat, cū dicit, Numquid panem filii pater aufer, Matth. 15. & canibus tradit? Item, Nūquid filio panem poſcenti lapidem tradit? Oſtentat enim quid Matth. 7. à patre filij exspectent. Sed & nocturnus ille pulsator, panem pulsabat. Meritò autem adie- Lue. II. cit: Da nobis hodie, vt qui p̄amiferat; Nolite de craftino cogitare quid edatis. Cuī rei pa- Matth. 6. rabolam quoque accommodauit illius hominis, qui prouenientibus fructibus amplia- Lue. 12. nem horreorum & longæ ſecuritatis ſpatia cogitauit, is ipsa nocte moritur. [25] Confe- C. A. P. VII. quens erat, vt obſeruata Dei liberalitate, etiam clementiam eius precaremur. Quid am- alimenta proderunt, ſi illis reputamur reuera quasi taurus ad viſitiam?<sup>26</sup> Sciebat Domi- nus ſe ſolum ſine delicto eſc. Docet itaque, *per amum<sup>27</sup> dimitti nobis debita noſtra.* Exomo- Ezech. 33. logiſis eſt petitio venie, quia qui petit veniam, delictum conſitetur. Sic & poenitentia de- moſtratur acceptabilis Deo, quia yult eam quām mortem peccatoris.<sup>28</sup> Debitum autem

A in scripturis delicti figura est, quod perinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitia exactionis, nisi donetur exactio, sicut illi seruo dominus debitum remisit. Huc Matth. 18, enim spectat exemplum parabolæ totius. Nam & quod id seruos à domino liberatus, non perinde parcit debitori suo, ac propterea delatus penes dominum tortori delegatur ad soluendum<sup>19</sup> nouissimum quadrantem, id est modicum usque delicti, eò competit, quod Matth. 5,

remittere nos quoq; profitemur debitoribus nostris. Iam & alibi ex hac specie orationis: Remittite, inquit, &<sup>20</sup> remittetur vobis. Et cum interrogasset Petrus, si septies remittendū LUC. 6. effet fratri: Immō, inquit, septuages septies, ut legē in melius reformat, quod in Genesi Math. 18. de Cain septies, de Lamech autē septuages septies ultio reputata est. [21] Adiecit ad plenitudinem tam expedita orationis, vt non de remittendis tantū, sed etiam de auerten- Gen. 4. dis in totū delictis supplicaremus, Ne nos inducas in temptationem, id est, ne nos patiaris induci, ab eo utique qui téstat. Ceterū absit ut Dominus tentare videatur, quasi aut ignoret fidē r. Thess. 3. cuiusque, aut deiicere sit consentiēs. Diaboli est & infirmitas & malitia. Nam & Abraham Jacob. 1. non tentandæ fidei gratia sacrificare de filio iussérat, sed probādæ, vt per eū facheret exēpli Gen. 22. precepto suo, quo mox præcepturus erat, neque pignora Deo chariora habenda. Ipse à Diabolo tentatus præsidem & artificem tentationis demonstrauit. Hunc locum posterio- Matth. 4. ribus confirmat: Orate dicens, ne tentemini. Adeò tentati sunt Dominum deferendo, qui Ibid. 26. somno potius indulserant quam orationi. Eò respondet clausula interpretans quid sit, Ne

B nos deducas in temptationem. Hoc est enim,<sup>22</sup> Sed euche nos à malo. [23] Compēdiis paucorum verborum, quot attinguntur edicta Prophetarum, Evangeliorum, Apostolorum, sermones Domini, parabolæ, exempla, præcepta, quot simul expunguntur officia Dei, honor in patre, fides, testimonium in nomine, oblatio obsequij in voluntate, commemoratio spei in regno, petitio vite in pane, exomologesis debitorum in deprecatione, sollicitudo tētationum in postulatione tutelæ. Quid mirum? Deus solus docere potuit, vt se vellet orari. Ab<sup>23</sup> ipso igitur ordinata religio orationis, & de spiritu ipsius iam tunc cum ex ore diuino ferretur, animata suo priuilegio ascendit in cœlum commendans patri quæ filius docuit. Quoniam tamen Dominus prospector humanarum necessitatum scorfum post traditam orandi disciplinam, Petere, inquit, & accipietis, & sunt quæ petantur pro circumstantia cu- 10an. 16. iusque, præmissa legitima & ordinaria oratione quasi fundamento, accidentium ius est de- fideriorum, ius est superfruendi extrinsecus petitiones. [24] Cum memoria tamen præ- C A P . X . ceptorū, ne quantū à præceptis, tātū ab auribus Dei longē simus. Memoria præceptorum viam orationibus sternit ad cœlum, quorum præcipuum est: Ne prius ascendamus ad Dei altare, quām si<sup>25</sup> quid discordia vel offensæ cū fratribus cōtraxerimus, resoluamus. Quid est enim ad pacem. Dei accedere sine pace ad remissionem debitorum cum retentione?

Quomodo placabit patrem iratus in fratrem,<sup>26</sup> cū omnis ira ab initio interdicta sit nobis. Nam & Ioseph dimittens fratres suos ad perdendum patrem, Et ne, inquit, ira Isra- Gen. 4. eliciet monuit. Alias enim via cognominatur disciplina nostra. Tūne in Gen. 45. via orationis constituti ad patrem cum ira incedamus. Exinde aperte Dominus amplians Psal. 18. legem, iram in fratrem homicidio superponit, ne verbo quidem malo permittit expungi, Mart. 5. etiam si irascendum est, non ultra solis receptum, vt Apostolus admonet. Quām autem te- Ephes. 4.

metarū est aut diem sine oratione transfigere, dum cœlas fratri satisfacere, aut orationem perseuerante iracundia perdere. Nec ab ira solūmodò, sed omni omnino confusione animi libera debet esse orationis intentio, de tali spiritu emissa, qualis est spiritus ad quem mittitur.<sup>27</sup> Neque enim agnosci poterit à spiritu sancto spiritus inquinatus, aut tristis à le- Sap. 1. to, aut impeditus à libero. Nemo aduersarium recipit, nemo nisi comparem suum admittit. [28] Ceterū quæ ratio est manibus quidem ablutis, spiritu vero lordenote orationem C A P . X I . obire, quando & ipfis manibus spiritales munditiae sint necessariae, vt à falso, à cæde, à læ- uitia, à beneficio, ab idolatria, ceterisque maculis quæ spiritu conceptæ manuum opera transfiguntur, puræ alleuentur. Ha sunt veræ munditiae, non quas plerique superstitione curat, ad omnem orationem etiam cum lauacro totius corporis aquam sumentes. Id cū scrupuloso percontarer & rationem requirerem, compéri commemorationem esse in Domini ditionem. Nos Dominum adoramus, nō dedimus, imo & aduersari debemus debitoris exemplo, nec propterea manus ablueremus, nisi quod conuersationis humanae in- quinamentum conscientiae causa lauemus. Ceterū satis mundæ sunt manus, quas cum toto corpore in Christo femel lauimus. Omnibus licet membris lauet quotidie Israël, nū- 1ai. 1. quam tamen mundus est. Certè manus eius semper immundæ sanguine Prophatarum &

ULLIAN,

metati anibus

AMELI.

A V

J 6

ipius Domini cruentatæ in æternum. Et ideò<sup>41</sup> conscientia patrum hæreditarij rei nec  
attollere eas ad Dominum audent, ne exclamet aliquis Esaias, ne exhorreat Christus. Nos

verò non attollimus tantum, sed etiam expandimus, & dominica passione modulantes, &  
orantes confitemur Christo. [42] Sed quoniam vnum aliquod attigimus vacuæ obserua-

CAP.XII. tionis, non pigebit cetera quoque denotare, quibus merito vanitas exprobranda est,<sup>43</sup> si

quidem sine ullius aut Dominicæ aut Apostolici præcepti auctoritate fiunt, huiusmodi

enim nō religioni, sed superstitione deputatur, affectata & coacta & curiosi potius quām ra-

tionalis officij, certè vel<sup>44</sup> è coērcenda quòd gentilibus adæquent. Vt est quorundam<sup>45</sup>

positis penulis orationem facere: sic enim audeant ad idola nationes. Quod vtique si fieri

oporteret, Apostoli qui de habitu orandi docent, comprehendéssent, nisi si qui putant Pau-

lum penulum suum in oratione penes Carpum reliquisse. Deus scilicet non audiat penu-

latos, qui tres sanctos in fornace Babylonij regis orantes<sup>46</sup> cum farabaris & tyaris suis ex-

audiuit. Item quòd adsignata oratione<sup>47</sup> assidendi mos est quibusdā, non perspicio ratio-

nem, nisi si<sup>48</sup> Hermas ille, cuius scriptura ferè Pastor inscribitur, transfacta oratione non

super lectum assedisset, verò aliud quid fecisset, id quoque ad obseruationem vindicar-

mus. Vtique non. Simpliciter enim & nūc positum, Cùm adorassim & assidessim super le-

ctum, ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinæ. Alioquin nusquam erit adorandum

nisi vbi fuerit lectus. Imò contra scripturam fecerit, si quis in cathedra, aut sub sellio federit.

Porrò cùm perinde faciat nationes<sup>49</sup> adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in

nobis, & reprehendi meretur quod apud idola celebratur. Eò apponitur & irreuerētia crīmē,

etiam ipsi nationibus, si quid saperint, intelligendū. Siquidem irreuerens est affidere sub

conspicētū cōtrāque compēctum eius, quem cùm maximē reuerearis ac venereris: quanto

magis sub conspicūtū Dei viui<sup>50</sup> angelo adhuc orationis altante factum istud irreligio suffi-

LUC. I. CAP. XIII. humilitate adorantes magis commendamus Deo preces nostras, ne ipsi quidem manibus

sublimiū elatis, sed temperatè ac probè elatis. Ne vultu quidem in audaciam erecto. Nam

ille publicanus, qui non tantum prece, sed & vultu humiliatus atque deiectus orabat, justifi-

cationi phariseo procacissimo discessit.<sup>51</sup> Sonos etiam vocis subiectos esse oportet, aut

quantis arteriis opus est si pro fono audiamur? Deus autem non vocis, sed cordis auditor

est sicut conspector.<sup>52</sup> Dæmonium oraculi Pythij: Et mutum, inquit, intelligo, & non lo-

quenter exaudio. Dei aures sonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de vête ce-

ti per tantæ bestiæ viscera ab ipsis abyssi per tantam æquoris molem ad coelum potuit? Imò

aduadre? Quid amplius referent isti qui clariū adorāt, nisi quòd proximis nostris f

CAP.XIII. prodendo petitiones suas, quid minus faciunt quām si in publico orient? [53] Alia ī con-

quod est signaculum orationis. Quando autem magis conferenda cum fratribus subtrahunt<sup>54</sup> osculum pacis,

nisi cùm oratione commendabilior ascendit, vt ipsi de nostra operatione participant, quā

auderent de sua pace fratri trāfigere? Quæ oratio cum diuortio sancti osculi integra, quem

Domino officiū facientem impedit pax?<sup>55</sup> Quale sacrificiū est, à quo sine pace recessit?

Quæcumque ratio sit, non erit posterior præcepti obseruatione, quo iubemur ieiunia nostra f

celare. Iam enim de abstinentia osculi agnoscimur ieiunantes. Sed & si qua ratio est ne ta-

men huic præceptor tu sis, potes domi fortè inter quos latere ieiunium in totum non di-

meminisse præcepti: ita & disciplina foris, & confuetudini domi satisfacies. Sic<sup>56</sup> & dicitur

Paschæ quo cōmunis & quasi publica ieiunjæ religio est, merito deponimus osculum, nihil

curantes de osculando quod cum omnibus faciamus.<sup>57</sup> Similiter de stationum diebus,

non putant plerique sacrificiorum orationibus interueniendum, quòd statio soluenda fū

accepto corpore Domini.<sup>58</sup> Ergo deuotum Deo obsequium eucharistia resolutit, an ma-

pore Domini & referato utrumque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officiū.

Si statio de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei sumus) vtique nulla lenti-

tia siue tristitia obueniens castris, stationes militum rescindit. Nam lentiū sollicitius tristi-

ta follicitius administrabit disciplinam.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN  
LIBRVM DE ORATIONE.

I. DE ORATIONE.] Est initio Orationis vix à Tertulliano accipiat in genere, post nihilominus explicacionem Orationis Dominica fore usurpatum oratione mystica, seu sacrificio Christiano, ut illi sint idem Oratio & Sacrificium; quare existimani hinc loco prius conuenire que Rhenanus adnotauit in lib. de Corin. militis, de Sacrificij seu Missa Christiane per ipsam Christianam institutionem, & usum continuo iam inde ab Apostolis ad nostram etatem usque. Quam antiquitatem quoniam nuda ferè ille proposuit, nos etiam Tertullianus testimonio comprobamus, ut non sit difficile him intelligere, qualis tum Missa Africana fuerit, idque verbis quam patet fieri paucioribus, remittente Letorem ad Liturgia nostra Latinorum pag. 161. Sequi, ubi locos ipsos, scilicet se habent, reperire est, & ex suis Patribus similius licet colligere.

Miflam (inquit Rhenan.) Adnotat. in 3. lib. ad Marc. id ipsum paucis repetens ubi supra dixit ea etas pro missione. Vnde Sacrificio id vocabulum accommodatum ex hac occasione. Catechumeni in templo manebant donec Euangelium exposuisset Episcopus, similiter Energenuens, illuminandi, & Paventibus. Tum clamat Leuita (iuxta B. Dionys. Apolog. lib. de Hierarch. Eccles. & Clement. Rom. de conf. Apostol. Tertullianus quoque de prescrips. aduers. heret.) post benedictionem singulorum ab Episcopo factam: Catechumeni (sic de reliquis) excusito in pace. Lib. hac itaque divisione, non usque modo (uti ille) sed & Ambros. pp. 35. & B. Auguſti. ferm. 227. de tempor. Miflat appellationem sacro tribuerunt. Hoc antiquitatis myſtum in Tertullio Lexico legitur. Alij Miflam derivat dimissione populi in fine faci. quum (non hodie dimitur, ut ille, sed iam ab insto) Diaconus pronuntiat. Ita Missa est. Quod alludere adnotauimus B. Cyprian. lib. de Spectac. Actus. nostris num. 7. quem dicit: Qui fideiiam ad spectaculum dimisso, & adhuc gerens lemas, ut adsolet, Eucharistiam. Eadem etiam pertinet quod habet Author Tom. sequel. de Animis. Post tractata sollemnia dimissa plebs. Hinc duplice fuisse Miflam, aliam Catechumenorum, aliam fidelis populi re-adnotauit Claudius de Sancto Prefat. Liturgies Graecorum, cui interim magis placet, ut ab Hebreo voce Mifla derivationem accipiat vox Missa: quam sententiam & nos probabilem adnotauimus dict. Liturg. nostrorum pag. 36. Tertullianus interim (scie & de aliis Patribus cum Graecis quam Latinis adnotauimus in Epif. S. Cyprian. ad Cæcil. num. 49.) alias appellationibus diversis Miflam circumscribit. Apologeticum cap. 39. vocatur coetus Christianorum, communicatio orationis & conuentus & omnis sancti commercij: & plurali numero: cœtus & congregations. ac myteria & diuina eiusdem lib. cap. 6. ac lib. de Corin. missis: antelucani cœtus. Item l. 2. ad Vxorem: nocturne conuocationes, sollemnia, conuiuum Dominicum, &c. De cena, conuentus etiam & sollemnia, ac: Orationes diuinæ, lib. de Anima & de lete. Denique lib. dicto ad vxorem de Monog. & de Cor. militis, ac sic sub finem: oblationis, seu: oblationes, ac de Cœf. oblatione per fæcderotem. Immò vero hoc libro:

sacrificium, sacrificij participatio, sacrificiorum orationes, ac lib. ad Vxorem 2. sacrificia sine scrupulo. Eodem pertinent quæ habet in Apolog. coire in cœtum & congregationem, ut ad Deum precationibus ambiamus orantes. & lib. de Fugacis persecut. Colligere & collectas facere, ac infra hoc libro: Habere orationem cum fratribus, & oratione & operatione participare; ac sacrificiorum orationibus intromiri. Item: Oblationes reddere, offerre, & commemorare per fæcderotem, lib. de Exhort. cast. Per noctem Deum adorare, orare, precati. In Apolog. Et que respectu officia sunt: Episcopi, Presbyteri, Diaconi, libro hoc infra: Adsignare & transfigere Orationem, Dominicum officium facere. In Apolog. Deum inuocare aeternum, Deum verum, Deum viuum. l. de Cor. militis. & de Vel. virg. Offerre & Oblationes facere. Ad Scapulam: sacrificare quomodo præcepit Deus puta prece. lib. de Monogam. corpus Domini initiare, denique impersonaliter de Cœf. s. i. m. Sacrificium offerri, & l. 1. adu. Marc. carmine conscripto: offerri calicem. Que omnia eu latius adduximus contra Magdenburgenses, qui ex Tertulliano sacrificium Ecclesiæ oppugnare nituntur, sed perperam, siquies omnes has eius phrasēs diligenterū perpedar, ut supra etiam adnotauimus in lib. ad Scapulam.

Porr̄ in Ecclesiæ Missa sacrificiū, aut locis ad eam re deputatis fieri consueisse, recte ex illo Hieron. aduers. Iouian. quare non ingreduntur Ecclesiæ, colligit idem Rhenan. ubi supra, immo & ex illo Apostoli l. Cor. 11. An Ecclesiæ Dei cōtemnitis; nam interpretationem veterum tales reperire est & in nostris Liturgiis pag. 55. & sequitur. Negue id solū in die Pascha, seu Cane Domini (uti ille) sed quando per tyrannos licet singularis diebus Dominis, ut latius adnotauimus ad l. B. Cyp. de Opere & Eleemosynis n. 32. Quibus adeo Tertulliani locum l. de Spectaculis: Quale est de Ecclesiæ Dei ad diaboli Ecclesiæ tendere; & illud aduers. Valentianum. Nostra, inquit, columbae domus, simplex etiam in æditis temper & apertis ad lucem; amat enim figuram Spiritus sancti, & Orientem Christi figuram. Alios item similes locos reperire est in Ldn. nostris ad lib. de Idolo. c. 7. n. 29.

Atque etiam ad altare (quod omisit Rhenanus) celebratum sacrificium, ut omittam quæ adduxi testimonia Liturg. nostrorum p. 66. & deinceps, certe etiam Tertullianus agnouit, tum hoc libro c. 11. ne prius (iniquiens) ascendamus ad altare, &c. & 14. c. si ad aram Dei steteris, tum etiam Exhort. cast. quomodo audebit orationem dicere ad altare.

Videtur etiam ad usum luminariorum pertinere illud Apologeticum: post aquam manualem & lumina.

Valorum item factorum usum, calicum & parinarum, antiquum indicat lib. de Pudicitia. Precedunt ipsa picturae calicum vestrorum. Quos ipsos et vitress fuisse ex eo quod sequitur ibidem: At ego pastoris eius picturam haurio, quæ non potest frangi. Cui confitit Zephernius Papa, qui se fribus Damaso, Valafrido & Radulpho, in patenis vitress Missas celebrari

ULLIAN,  
Adnotati onibus  
PAMELI.

A V

J 6

confituit, usque adeo ut verissimum sit quod habet ubi supra Rhenanus: Sed & ratiōrum, quibus in sacrificando viximur, magnam reperio fuisse diversitatem, dū primum digneis, mox utrius, tandem argenteis & aureis locis factis est.

Rursum quid non oporteat per laicum, sed per sacerdotem offerri sacrificia, prater locum illum supradictum Exhort. ad castit. differit verbis id significat Auctor, ubi l. de Prescript. h̄r. de illis conqueritur, & laicis facerdotalia munera iniungunt, & quid aliis illis Episcopus hodie, cras alius, hodie Diaconus qui cras Lector, hodie Presbyter qui cras Laicus. Quo etiam pertinet illud Apolog. Pr̄sident probati quique seniores, & illud lib. de Cor. mil. Eucharistiam, &c. nec nisi de manu pr̄sidentium sumimus. vti recte etiam adnotauit Rhenanus loci addens, & illud ex lib. de Castit. Ecclesiae auctoritatem confituisse differētiam inter ordinem & plebem & honorem per ordinem consensem sanctificatum à Deo. De quo plura lib. de Cor. mil. c. 3. n. 35. & dict. libr. de Prescript. adu. h̄r.

Fallitur autem Rhenanus, dum pro diversitate narrat, quid alij lac vni loco offerabant, alij vnas tantum, quibus plebem communicabant, alij pannum lineum mixto intinctum per totum annum referabant, & in tempore sacrificij cum aliqua parte eius laubabant, & sic offerabant. Quidam denique intinctam Eucharistiam populo dabani, fortassis proper intinctam illam buccellam quam Iude Christus tradidit. Nam ad sacrificii abusum spectat illa, non v̄sum; atque adeo variis Concilii damnata, sc̄iunt alibi dicendi erit locus in Assertione Communione sub altera specie. Et nostis Adnot. in epist. S. Cyp. ad Cacil. n. 2. ostendimus, in calice sanctificando & populo offerendo non posse nos vti nisi vino aqua mixto.

De cantu autem & ante & post sacrificium usitato, prater ea quae reperiit Lector in Liturgicis nostris pag. 71. & frequenter postea, admonuit quidem etiam Rhenanus ex Tertulliano l. 2. ad Vxorem. Verum fallitur, quid nō nisi in mensa communī illum agnoscat, & vel de piorum felicitate, vel impiorum crucifixis dimitat; quum etiam ad Psalmorum & hymnorū cantum referri debere ostenderim illud Auctor: prouocatur aliquid in medium canere, Adnot. nostris in cap. 39. Apolog. num. 520. Certe autem cantum aut lectionem Psalmorum intro sacrificij v̄statum fuisse comincit vel illud Apostoli 1. Cor. 14. Cum conuenitis unusquisque vestrum, Psalmum habet, &c. vti adnotauimus in lib. de Orat. Dominic. B. Cyprian. num. 6. In quorum locum breuitatis ergo postmodum ex Psalmis illis, qui integrē canebantur, versus aliquot (vti etiam Rhenan. adnotauit) canticari coperiunt tempori congruentia ad Introitum, Graduale, Offertorium, & Communionem, vti posteriores sacerdotes nuncupant. Eadem pertinet quod legitur Tom. sequ. lib. de Anima: aut Psalmi canuntur.

Iam vero ad Precationes ex vetustate relatas, quas vulgo Collectus vocant, eo quid populo collecto recitentur, recte adnotauit pertinere illud ex Apolog. Tertull. Oratus pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, & mora finis, de quo vide etiam Adnot. nostris n. 449. & 500. De iisdem est illud Auctor l. de Anima: aut petitiones delegantur.

Legebatur ne (inquit ibidem Rhen.) aliquid ex sacrificiis litteris in congregazione Christianorum: Etiam. Siquidem pergit Tertullianus: Coimus (seu patim, vti ca-

figuiuimus: cogimur) ad litterarum diuinarum cōmemorationem, &c. in quorum locum ibidem latius Adnot. nostris num. 51. ostendimus successisse que hodie cantantur, Epistolam & Euangelium. Percutem eodem huc verba libri supracitati de Anima: prout scripture leguntur.

Ex iis autem que sunt intermedia: Kyrie eleison, &c. Greci addiderunt (uti idem Rhenan. adnotauit) siquidem hi sacra sua à Kyrie eleison solebant auſpian, qui mos adhuc obseruat in feria Paschalibus. Hymnus: Gloria in excelsis, non ab illis, vti opimatur, sed Telephoro Papa est additus, initio sumptu ex Euangela Iuc. 1. nam apud Grecos non repertus, ut videtur in nostris Liturgicis pag. 142. Alleluya ab Ecclesia Hierosolymitana mutuata sumus.

De Sermone ad populum Missa tempore, intelligunt illud Auctor, dicto libro de Anima: aut adlocutiones proferuntur.

Pest. Euangelij lectionem & Concionem (inquit ibi Rhenan.) foris missa Catechumeni Symbolum legatur. Initio quidem Symbolum Apostolicum, ut ex dicta S. Iacobis patet, quod paulatim auctum fuit: quod pertinere videtur quod supra ex Apolog. cap. 39. adduximus: Deum inuocamus, Deum verum, Deum viuum, &c. ex quo prinde etiam sumptum videtur illud symboli Constantinopolitani: Deum verum de Dei nomine, sc̄iunt etiam Apolog. cap. 2. Deum de Deo, lumen & lumine.

Et mos (addit idem) scribat variarium venum oblatum, quas sacerdos benedicbat non tam in priuatione confusum, quā in communione pauperum refuſationem. Quod ex parte verum est de nummis qui offerabantur in arcā: nam hoc pertinet illud Apolog. cap. 39. Modicam quīque stipem menstrua dic, vel cum velle, & si modo velit, & si modo possit apponit; non nemo compellitur. hec quasi deposita pietatis sunt; nam inde dispensatur egenis aleandi, & c. rumam & alia offerri solere ad sacrificium necessaria, immo & quedam solius benedictionis ergo, sicut demonstramus Adnot. nostris ad lib. B. Cypri. Opere & dicto n. 33. Quemadmodum etiam in eis falluntur quid ad eiusmodi oblationes referat illud Tertull. lib. de Culpa min. aut sacrificium offertur, quum ita intelligentem locum prohibeat quod subiungitur: aut verbum Dei praedicatur. Vnde & mos (inquit idem) aquam & oleum benedicendi nobis etiamnum durat, sed extra sacrificium, quinpotius à prima institutione per Alexandrum Papam ante sacrificium.

Deinceps adnotandum ex Rhenano illud quid primo fere loco ponitur, sed hic magis quadrat: Euchariam (inquit) quā quidam bonam gratiam interpretantur. & ego consentire me indicamus Adnot. in B. Cypri. de Lapp. n. 94) videtur Tertull. à gratiarum alcuna dictum putans, quid dicat l. adu. Marc. super alcunam genem alij Deo gratiarum actionibus fungitur. Ita & sacerdos consecratur, Christum imitando, dicit: Gratias agamus Domino Deo nostro, & mez: Vt dignum & iustum est, exequim & salutare, nos habemus semper & vbiique gratias agere. Domine sacerdos omnipotens, aeternus Deus. Per Christum Dominum nostrum. Quibus verbis quidam putant quod & nos verum esse comprobamus. Adnot. in l. B. Cypri. de Orat. Dominic. n. 85.) Apostolos et antiquos doct̄s precepit auspicari confusus, quā nos Missam vocāme, quā premonito populo per praecedentem exhortationem. Sic

# de Oratione.

217

sum corda. Quale illud olim in Romanorum sacrificiis solenne: Hoc age, si modo licet sacrū prophana comparare. Et arbitrantur quidem illi Miſſam (eam nemp̄ qua ſedelium dicebatur) incepſe dicente ſacerdote: Domini nunc yobifcum (cuius etiam meminimus Admetat. noſtris in B. Cyprian. lib. de Exhortat. Mart. num. 32.) & mox: Sursum corda, deinde: Gratias agamus, &c. uti ſupr̄a. Poſt que verba putant illum ſtatim ſubdidit: Qui pridie quām patetur, &c. Nam Canonem: Te igitur, &c. à quodam conſcriptum aīunt, au Scholastico cognome, & indicat D. Gregorius hoc paule ante ſuam etatē factum, & alium habet Ambroſius. Id quod verum arbitror (inquit ille), & recte mea quidem ſententia) quoad priorem illius partem. Nam poſterius invocatōis & benedictōis partes, iſiſſi antiquitatem preſeruant, & admirabilem ſpirant sanctitatem.

Enimvero (inquit idem Rhenan. & recte) Inno-  
cationis in gratiarum actione, ſic enim Euchariftia con-  
ſecrationem vocat, obiter meminit Irenes (loco nemp̄ ab Epiph. citato her. 32.) & in Aenon Aenon, id est in ſecula ſeculorum, in eum qui in Gratiarum adiutoribus eſt, panem & calicem, ab orthodoxis dici-  
trat, id eſt aliud obleruat Ecclesia. Huic ſimile eſt  
illud Tertullian. lib. de Spectaculis: Ecce ore quo Amen in ſanctis protuleris, gladiatori teſtimonium redde: eiſi εἰπορεῖται, alij omnino dicere niſi Deo & Christo. Qui notanter addit illud: in Sanctum, ei quād antiquius poſt verba conſecrationis populus re-  
ſpondebat: Amen; niſi forte illuc in ipſum ſacerdotem flo-  
rachet, nam illud: in ſecula ſeculorum non reperi-  
ſquā populo reſponſum.

Quoniam vero (pergit idem Rhenan.) Pontifex qui-  
dam Romanus (Sixtus 1.) inſtituit ante conſecrationem  
Sanctus Sanctus a populo cantari (ad quod  
ſicut erat Autor hic lib. cap. 3.) fuit opus aliquid  
Reſonationis (quam agnouit etiam B. Cyprian. de nomi-  
ne ſupr̄a) addere, quod quā viam pararet, & ad  
quā responderet canticum illud. In hoc itaque poſt verba  
de Per Chriftum Dominum noſtrum, adiectum  
erat: Per quem maiestatem tuam, & que ſequun-  
ti haſtent ille.

Quibus adiungendum (prater varias periphrases  
Conſecrationis, quas commemorauit in ſepediſtam 63. epift.  
B. Cyprian. ad. Cæcil. num. 39.) quod Tertulliano hac  
in non modo nota ſit vox ſupracitata: gratiarum  
actionis, pro conſecratione, ſed etiam nuncupetur lib.  
2. ad Xorem: Chrifti inuocatio, diuina benedictio,  
& lib. de Padicil. Sacramentum benedictio-  
nis, denique lib. de Ieiunio, conſecratio, in hæc verba:  
Nobis omnis dies etiam vulgata, conſecratio-

Neque vero h̄ic pretermittenda tum fidelium afſtan-  
tum, tum ſacerdoris, que poſt conſecrationem fit Ado-  
ratio. Huic enim pertinere non dubito, quod coties in  
hiſ libro eius ſiat mentio: nos compedi gratia illud ad-  
femus cap. 11. Nos Dominum adoramus. Item ubi  
etiam modice indicat: Arqui cum modeſtia & hu-  
militate adorantes magis commendamus Deo  
preces noſtras, ne iſiſ ſquidem manibus ſubi-  
miſis elatis, ſed temperate & probè elatis. Item  
illud Apologet. ubi ſupr̄a: vt qui meminerint etiam  
per noctem adorandum Deum ſibi eſſe. Denique  
quid habet lib. de idolol. attollere ad Deum patrem  
manus, marces idolorum his manibus adorare.

Geniculari autem in adorando, quod vocat Tertull. cap.  
3. de Coron. milit. de geniculis adorare, adorat Rhei-  
nanus pæntenſis eſſe. Qui flans autem (inquit) adorat,  
tanquam iam veniam conſecutus gratias agit.

Iam vero ſequitur ipſum ſacrificium, quod inter-  
pretatur illis verbis fieri Officiorū Eccleſaſtiorum ſcri-  
ptores, ubi dicitur: Vnde & memorē, &c. offeri-  
mus p̄eclarē majestati rūe, &c. Quo p̄tinent  
quæcumque initio de oblatione & ſacrificio ac Sa-  
crificiorum orationibus, ex hoc Autore adadu-  
m. Item & illud lib. 3. aduer. Marc. ubi prophe-  
tam Malachiam explicat: ſacrificium mundum glo-  
ri ſciliſeret & benedictio & laus & hymni.  
De qua re etiam aliquid diximus in eandem epift.  
B. Cyprian. ad. Cæcil. Quin quod Tertullianus cere-  
moniam, qua ſacerdos offerens ad imitationem Christi in  
cruce vittur, hiſ verbi hic explicat: Nos vero ma-  
nus non tantum attollimus, ſed etiam expandi-  
mus diuina paſſione modulantes. Ad quod etiam  
alludit l. 1. adu. Marc. Ad alienum (inquit) celum alij  
Deo expandi-ur, in aliena terra alij Deo ſterni-  
tur. et l. de ſpect. Illeſ (inquit) manus quas ad laudandum  
Dominum extuleris.

De Sanctorum & defunctorum commemora-  
tione videantur Miffe & Leturgia SS. Iacobi, Clementis  
Romani, Donati, Hippolyti, Basili⁹ & Cl. ſolo-  
mi, aliaque Patrum teſtimonia in naſtri Leturgiis pag.  
77. 78. ac 79. de defunctorum nominatum, ex iſtitutione  
Apoſtolica.

Redeamus ad Rhenanum. Poſt conſecrationem (in-  
quit) dicebatur Oratio Dominicana, quā Chriftus (Au-  
tore Hieronymo lib. 3. adu. Pelag.) docuit ut ea in cor-  
poris illius ſacrificio quotidie vterentur. Ad id allude-  
re etiam videtur Autor inſra c. 9. hiſ verbiſ: p̄emifla  
legitima & ordinaria Oratione quali funda-  
mento, accidentium ius eſt defideriorum, ius eſt  
superſtruendi extrinſicus petitiones.

Hic interſrendum Oſculum pacis, quod Rhenano  
excidit, de quo ante communionē vſitato latē inſra Au-  
tor cap. 14. cuius h̄ic verba hic ſufficiant: Quae oratio  
cum diuortio ſancti Oſculi integrā quem Domi-  
no officium facientem impedit pax? Quale ſacrifi-  
cium eſt, à quo fine pace recedidit?

Addit Rhenanus: Deinde populus communicabat,  
unde adhuc in hunc uſque diem ultimum cantico Com-  
munioniſ nomen maniſt, dum enim communicare po-  
pulus, verbiſ aliquot & Pſalmis Davidis cantabantur.  
Quorum utrumque ex Leturgiis ſcriptoribus notiuſ eſt,  
quam quod probatione indiget. Nos h̄ic diuataxat adfe-  
remus, quod varie videatur Tertullianus etate communi-  
carum: Nonnumquam ſub altera ſpecie, quō p̄tinent  
illa lib. 2. ad Xorem: De cibo, de poculo inuaderet,  
& De cuius manu defiderabit: de cuius poculo  
participabit: Nonnumquam etiam ſub altera ſpecie, quō  
illud ſpectat eiusdem libri: Non ſciet maritus, quid  
ſcretū ante omnem cibum gulfet, & ſi ſciuerit,  
panem non illum credit eſſe qui dicitur. Item illud  
lib. de Monog. Et illi plane dabunt viros & vxores,  
quomodo buccellas, & illud huius lib. vlt. c. quodd.  
ſtatio ſoluenda ſit accepto corpoſe Domini. Item  
accepto corpoſe Domini & refuruato. De qua re  
aliqvid diximus in Epift. Cyprian. ad Cæcil. num. 2. &  
Deo faſiente latini dicti. Assertione Communionis ſub  
altera ſpecie iam nuper à nobis promiſa; ad quem etiam  
Tractatum differimus, qua habet Rhenanus de canna

ULLIAN,  
memori onibus  
MELLI,

A V

16

T iii

seu fistulis argenteis, quibus solent laici haurire sanguinem Domini, & qua de Oblatione intineta adfert ex Concilio Turonenensi.

Hic occasione illius de cibo, de poculo inuadere; & illius accepto corpore Domini & reseruato, obiter facienda est mentio consuetudinis Ecclesie antiquioris, sublate in Concilio Rotomanensi, qua in manus tradebatur Eucharistia, de qua tractamus Adnotat. in lib. B. Cyprian. de Laps. num. 82. & alterius, qua dominum deferebatur, cuius meminit Rhenanus, & nos ibidem n. 92. & in l. de Spec. n. 7. Quae adeo posterior consuerandi corporis Domini consuetudo contra eos facit, qui solum in uisu huic sacramenti corpus Domini agnoscunt, argue adeo consuerari nefas putant. Mitius paulo sentit Rhenanus, qui abusus taxans, usum tamen comprobans, Canone Concilio Turonenensi, qui ex statu apud Burchardum (Vuorimaticensem), non sicut malè habent libri excus, (Borbormagensem) qui sic habet: Vt omnis presbyter habeat pizidem, & uero tanto sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recordatur ad viaticum recessentibus a seculo. Et paulopost: Semperque sit observata sub altari propter murem et nefarios homines. Et de septimo in septimum die semper mutetur, id est, a presbytero illa sumatur. & alia que eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur, ne forte diutius observata, miscida, quod absit, fiat. Quanquam interius adiuve variae antea sententia, dum aut, quod vetustissimus Clemens Pontificis Canon apud eundem Burchardum, prohibeat veterum Eucharistiā ad fernari; quare & illius sensus genuinus a nobis hic explicatus est, differendo confirmatione huic consuetudini usque ad dicti libelli nostri Deofascente editionē. Imprimis autem grauiter hallucinatur ille hoc asserens, quem Magdenburgenses ea potiss. de causa Epist. S. Clementis Romani ad Orthodoxos, reuocant, quod reliquias corporis Dominicī affluuerat. Et certe id priora illa verba a Rhenano citata indicat: Cu timore clericū reliquias corporis Dominicī debet custodire fragmentorum, ne qui patredo in sacrario inueniatur, ne quā negligenter agitur, (quod nescio an sciens ille omisit) portione Corporis Dominicī graui inferatur iniuria. Et si negligenter agendo pro portione corporis Domini nostri Iesu Christi, presbyter minora non curat admissuere officia, & graui anathematē percussa digna humiliations plaga feriatur. Cui simile est illud Constit. Apostol. lib. 8. Postquam omnes communicaverint, inferant Diaconi reliquias que supersunt, in tabernaculo (quod nos appellanū tabernaculum.) Si dixisset Rhenanus Clementem veruisse diu referuari, non esset reprehensione dignus. Nam hoc est quod apud illum subiicitur: Certe tanta in altario holocausta offeratur, quanta populo sufficeret; quod si remanserint, in crastinū non reserventur, sed cum timore & tremore clericorum diligenter consumantur. Qui autē residua corporis Domini (ergo etiam extra usum) que in sacrario relēta sunt, conseruant, non statim ad communē accipiendō cibos conueniant, ne patens sancte portioni cōmiserere cibum, qui per aliquiculū digestus in fecesum funditur. Et tame reliquias non omnes confundi solent, sed quādam relinquunt in sacrario differtis verbis indicat, dum iterum postea repetit: A principio Epistole hunc locum de sacramentis delegati bene intuendum, ubi non murum stercora inter fragmēta Dominicā portionis appearant, neque putrida per negligētiā remaneant (lericorum, & conuenientes pro quo forte legendū communiantes) qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cibā viderint, magis cum fastidio videantur accipere.

Denique post h. ec omnia celebrabatur Agape pauperum, quam distinctam fuisse (contra quā sentit Rhenanus) ab ipso sacrificio, ostendimus sapientē Apol. 39. cap. num. 517.

Hic addendum ex edem Rhenano, solere à ieiunis Eucharistiam sumi, excepto uno anniversario die Canis Domini, quod & postea sublatum apud Christianos. Intelleximus illud in die Canis Domini, ut ad uerum ad Epistolam illam sapientiam B. Cypriani ad Catil. n. 45. etiam ex illo Tertull. supradictato lib. ad Vxorem: quid lecreto ante omnem cibum gustes, quibus adde que hic habet ieiunantibus cap. vlt. pulcre etiam ostendit corpore Domini non solui ieiunium; nam id Statuum nomine intelligit. Quod adeo mirē facit ad astringendam veritatem corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, de qua latius infra cap. 6. & lib. 3. adu. Marc. cut. & multi loci hic citari candem confirmant.

Deinde etiam hic adnotandum, quod c. 9. huius libri docet Auctor & ab ira & ab omni animi confusione animum debere esse liberum: quippe quod confirmatur catholicorū sententia de premitenda confessione ante Eucharistiā: de qua aliquid etiam diximus ad l. de Loff. B. Cypriani n. 64.

Potestrem quod hic adfert ex Concilio Triburensi Rhenani de Missarum numero, latius tractauimus in Epist. B. Cypriani ad Catil. n. 48. Quid vero sententia illa que Eucharistiam mortuis in os inservebant, quod prohibetur Concil. Carth. can. 6. alibi erit dicendi locu. dom. & de Baptismo mortuorum agemus, (videlicet ut aduertimus,) prohibito initia libri de baptismo.

## C. A. P. I.

2. Dei spiritus & Dei sermo, &c.] Caput huius scriptissimum: De orationis Dominicā auctoritate & substantia. Nonē autem & hic & paulopost, Christus Dei spiritus dicitur, quod videtur pertinere ad eum. Verum, qui etiam Spiritum sanctorum illum uocabat, de quo latius in Prolegomenis. Imitatur autem finem huius cap. ad verbum sive Cypr. lib. de Oratione Domini cum expositionem eiusdem. Lego autem: nouis prenominis.

3. Ceterum quidquid retro fuerat, &c.] Palermi distinguit legem nouam a vetere, quod per hanc Circumcisio mutata, Lex suppleta, Propheeta implita, & fides perfecta sit. Atqui paulopost ubi dicit: Ex sermone, quo enunciatur: ex spiritu, quo tantum potest, desideratur haud dubie tertium membrum, ex ratione, quo docetur: quare & in contextu ab dēdūm putatum. Pertinet autem ad phrasim Tertullianum Benedicti, item: modestum fidei breuiarium, pro compendio.

## C. A. P. II.

4. Incipit a testimonio Dei & merito fidei, &c.] Tractat cap. hoc: De interpretatione illius, Pateroster qui in cœlis es. In quo rufus cum imitator B. Cyprian. item & Venantius Fortunatus de Orat. Domini, idem penē verbis, quem dicit: In hac confessione & Deum veneramur, & mandata sequimur, & fidem nostram exponimus, & eos qui patrem in cœlis abnegant, reprobamus.

5. frequentiss. Dominus Patrem nobis promiscuit Deum.] Locū quibus Christus Dominus patre nostrum pronunciauit Deum, sive Matth. 5. 7. 10. 16. & 23. Luc. 12. & Ioan. 8.

6. filios genui. Sive sic legas, sive generali, videtur supra lib. adu. Iud. & lib. 3. adu. Marc. infid. perinde est. Quod autem alibi legit s. Cypr. spreuerunt, facio.

cerunt, hic transfert, non agnouerunt, paraphasiōs.  
7. Nemater quidem Ecclesia præteritur. ] sic  
cum Gagneo, pro eo quod irreperat: Ecclesiā, in editione  
saltēt Lugdunensi, sequi aludere videtur ad hunc locum.  
B. Cyprian, lib. de Vnitate Eccles., quam dicit: Deum  
habere non potest patrem qui Ecclesiā non vult habere  
matrem. Vide similem locum infra l. ad Mart. i. n. 5.

C A P. III.

8. Nomen Dei Patris, &c. ] Istud cap. hoc titulus  
institutus: De sanctificatione Dei nominis in  
nobis. Et vero etiam hoc imitatur B. Cypr. & Venan-  
tius Fortunatus ubi sacerd.

9. Iam enim filius nouum Patris nomen est. ]  
Gagneus habebat: non, sed istud rectius Gelenini ex  
Anglico cod. Explicatur enim quid velis his verbis à B.  
Cypr. Quod nomen ( Filij inquam ) nemo nostrum in  
Oratione auderet attingere, nisi ipse nobis sic permisisset  
erate.

10. angelorum si meruerimus cādidiſ. ] Iterum  
sic lego cum Gagneo, pro eo quod Gelenini substituerat: si  
memimerimus, neque enim hoc ullum sensum habet, &  
illud optimè conuenit: cādidiſ angelorum si merue-  
rimus: quippe qui aliquis ad angelorum honorem, quer-  
vit (cādidiſ apud Romanos Consularium) perimis, per-  
venire non possumus nisi mereamur, quemadmodum recte  
interpretarū Rhenanus illud: candidatus aternitatis,  
ac certificationis candidatus, l. 2. adu. Marc. Simili etiā  
porſa à contrario ſenſu dixit. Aut̄or: candidatus dia-  
boli, lib. de Cor. militis, & candidatus timoris, lib. de  
Fuga in persecut.

11. orando pro omnibus, &c. ] Fortunatus hunc  
locum imitatus paulo clariss. Quia ipsa oratione non con-  
tinet expreſſionem: in nobis sanctificetur nomen tuū,  
meremur (ſic enim lego, pro: videmur) non tantummodo  
pro nobis optare, ſed & pro illis, qui ncedum ad bapti-  
ſi meruere gratiam peruenire, nam in Christi pleniss. ca-  
ritate docemur etiam pro inimicis orare.

C A P. IIII.

12. Secundum hanc formam subiugimus, &c.] Inſpirimus hoc caput, De verbis: Fiat voluntas tua in  
celis & in terra. In quo etiam imitantur hunc B. Cypr.  
& Fortunatus, preterquam quod iuxta ordinem Oratio-  
ne Dominiſe, ſecidam petitionem: Veniat regnum tuū,  
hinc proponat. Aut̄or videtur ea de cauſa ordinem ma-  
tale, quod eodem ferè pertineat quod praecedens, quemadmo-  
dum etiam illis verbis indicat: Secundum hanc for-  
man.

13. Fiat voluntas tua in celis & in terra. ] Etsi co-  
dices omnes Graci & Latini qui hodie exſtant, addant:  
ſicut, quia tamen in contextu nulla illius comparationis  
explicate mentio, retinimus hanc lectionem; quod in B.  
Cypr. non fecimus, quia diſerti verbis ibidem illud: ſicut  
explicat.

14. Ex interpretatione enim figurata, &c. ] Clari-  
sus ſe B. Cypr. Ut in vitroque, id eft, corpte & ſpiritu  
voluntas Dei fiat, oramus.

15. vt poſſit ſcilicet fieri & in celis. ] Quod obſcu-  
re dicit, poteſt ſe explicari, ut dum voluntatem Dei faci-  
mus in terra, eandem & poſtea faciamus in celis.

16. Eſt & illa Dei voluntas, &c. ] Iſtud ſic explicat  
Fortunatus: Fiat voluntas tua, Patris voluntas erat, quod  
ſilus prediſauit, quod paſſus & mortuus eft, & reſurre-  
xit, ſicut ait: Non vent, &c. Ergo orandum eft ut nos ſi-  
militer mereamur dicere (ſic lego, pro: ducre agere, iuſti-  
ficiare, & in ipſo reſurgere, ut poſſimus cum ipſo regnare,

17. Pater, inquit, transfer poculum iſtud. ]  
Latine dixit, quod Græcē eft Lue. 22. τὸ ποτήριον τὸ  
pro quo noſter interpres: calice iſtum. & nili quid, inxta  
quod Latinus adnotauit, pro: πάντα ἀλλα.

C A P. V.

18. Veniat quoque regnum tuum, &c. ] Titulus  
huius cap. De illo: Veniat regnum tuū, In quo etiam  
Auctorem ſequuntur B. Cypr. & Venantius Fortunatus,  
quorum ille iuſdem verbis: Regnum etiam nobis Dei re-  
preſentari petimus, id eft, preſens facere, ſicut & alibi  
diximus.

19. & ad noſtrā ſuſpensionem, &c. ] Suſpen-  
ſionem accipi pro: ſuſpenſa expectione, vel ex eo patet  
quod preceſt: quod ab illo exspectamus. Quod ſe ex-  
preſit Fortunatus, qui omnem ſtem in futuri regni facul-  
tate plantamus.

20. quomodo quidam pertraetur, &c. ] Et hic  
noue pertraetur pro prolongatione accepit, ſicut &  
Plin. pertrahere vitam dixit 1.2. c. 1. Clariss ſic redi-  
dit Fortunatus: Agnosciſtur his verbis eas increpare per-  
fonas, qui ſeculi iſtam vitam diuinus volunt protrahere.

21. Nam vriue vltio illorum à ſeculi fine di-  
greditur. ] Malitū legere ad ſeculi finem; ſed etiam illud  
non diſplicet. Eodem autem modo explicat iſtud Apocal.  
3. Cypr. ut differatur vltio ad conſummatione vſque  
temporum, lib. de Bono patient.

C A P. VI.

22. Sed quām eleganter diuina sapientia, &c. ] Caput hoc trac̄at De petitione: Panem noſtrum  
quotidianum da nobis hodie. In quo etiam illud imi-  
tantur qui ſaprā, quorum uesterque ad quoridianam iſtud  
communionem refert, de qua latius Adnot. noſtris in B.  
Cypr. lib. de Orat. Dominic. n. 48.

23. Tum quod & corpus eius in pane cēſetur:  
Hoc eft corpus meum. ] Librum hīc vel ipſi Magden-  
burgenses adferunt, ut doceant in Sacramento Euchariftia  
corpus & ſanguinem Christi, vere & ſubſtantialiter di-  
ſtribuiſ. Pro quo facit tum locus iſe, & quod mox ſubiungit:  
individuatatem à corpore eius, rum ſub ſinem  
apertiores: accepto corpore Domini, &: Accepto  
corpore Domini & referato. Item illud ex lib. adu.  
Ind. Sic enim Christus reuelauit panem corpus ſuū  
appellans. Et ex lib. 4. adu. Marc. accepit panem  
& diſtribuitum diſcipulis corpus ſuum illum fecit.  
& quod ibidem paulopost ſequitur: Ita & nunc fan-  
guinem ſuum in vino confeſcavit. Ne quis interim  
calumnietur, non ignoro ibidem legi: Hoc eft corpus  
meū, dicendo, id eft figura corporis mei, ſed eius loci  
interpretationem illuc reieciimus, ne hic prelixiōes ſimus.  
Certe id etiam Magdenburgenses à dicta ſententiā ſua non  
auertit, maximē quam legiſſent & alium locum apertio-  
ren lib. de Padiſitia: atque ita exinde opinitate  
Dominici corporis veſcitur, Euchariftia ſcilicet,  
Exiftat etiam omnium apertiss. quem illi non videntur a-  
nimaduertiri lib. de Refur. carn. Cato corpore &  
ſanguine Domini veſcitur, vt & anima de Deo  
ſaginetur. Verum hīc vnuſ reſtat ſcripulum, quod faten-  
tur quidem illi veritatem corporis & ſanguinis Domini  
in diſtributione, verum ſub pane (inquit) & vīnū;  
allegantes ad hoc tum hunc locum quem traſlauit, rum  
in quibus panis ſit mentio, aliquot iam adducta teſti-  
monia. Verum alia illa teſtimonia, ubi panis nulla men-  
tio, tam ſunt aperta, ut non videatur alium ſenſum lo-  
cū illē accipere poſſe, quam in pane cēſetur, hoc eft  
ſub ſpecie panis. Alsoqui enim non dixiſſet, panem

T iiiij

ULLIAN,  
mentati onibus  
MELLI.

A V.

J 6

corpus suum fecit, sed in pane, vel sub pane: item cum dicit: opimittate corporis Domini, addit Eucharistia scilicet, non autem pane. Ceterum quod non maneat communius panis in Eucharistia, aperte indicat l. 2. ad Vxorem: Non sciet matritus, quid fecerit ante omnem cibum gustos, & si sciuerit panem, non illum credit esse qui sumitur. Nec obstat quod addat loco supradicto: panem corpus suum appellans, quia si id intelligas uti debet: panem appellans corpus, non mirum: quia panem corpus suum fecit, ma vero etiam accepias ut illi: corpus appellans panem, interpretantur similem Apostoli locum 1. Cor. 11. ubi panem Eucharistiam vocant SS. Ambr. & Augst. quia initio panis fuit, sicuti in Exodo, virga in serpente mutata adhuc virga vocatur. Deinde loquuntur Patres iuxta more scripturarum, quae res quales apparent, solet appellare: vixi Gen. 18. vii appellantur angelis in specie virorum apparentes, Denique quia panis celestis est, sicuti eum vocat S. Cyp. quoniam pene usque verbus locum hunc interpretatur. Qui si dumtaxat in pane, vel sub pane intellexisset corpus Domini contineri, non dixisset ibidem: Qui corpus eius contingimus, & a Christi corpore separamur, ac: dum quis abstinet separatur a Christi corpore, & iterum: qui corpus eius adtingunt, & Eucharistiam iure communicationis accipiunt, quemadmodum panis ibidem adnotatum est num. 47. 48. 49. & in Epif. cius ad Cœcil. plura, num. 12. Referat etiam loco similes innumeros Lector in nostris Liturgicis Latinorum, qui non solum ad veritatem corporis & sanguinis Domini sed etiam ad Transubstantiationem pertinent: quo pertinere videtur & Authoris illud supracitatum acceptum panem, & corpus suum fecit. Si enim corpus suum fecit, ergo iam non amplius panis est. Expertior est locus serm. De Cœxa Domini inter S. Cyp. opera. Panis iste, quem Dominus discipulis suis porrigit, non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro, &c. Quia vox: mutationis resonatur etiam SS. Gregor. Nyss. Oratione Catechetica, & de Vita Moy. Chrysost. in Liturgia, & hom. de prod. Iudee, Ambr. de iis qui myst. init. cap. 9. ac Damasc. lib. 4. cap. 14. Similiter dixit S. Cypri. Hierof. Catech. mystag. 4. Ebor. pter. & dñsnew eis & ius, quod transmutare recte vertit interpres. Transformationem item transfigurationem, transiit seu conversionem agnoscunt Theophil. in c. 2. 6. Matib. & 14. Mar. Ambr. lib. 4. de fide ad Graecianum cap. 5. Euseb. Emilia, hom. 5. de Pafcha, Isid. lib. 1. de offic. & lib. de sacram. corp. Domini. Fulbertus Epif. ad Deodat. & Algerius de hoc sacramento. Denique Concil. Lateranense sub Innocentio 3. etiam Transubstantiationem agnoscit, sicuti & postea Concil. Florent. tract. de Sacram. & Tridentinum, utrumque qua clarior exprimitur unius substantia in alteram substantiam transmutatio, sicuti iam olim & Trinitatis & Homousi voces in Ecclesiam introduxere Veteres aduersus Arianos. Porro antiqua vox est: indiuiduitas, pro perpetua adhæsione; sic autem hunc locum explicat S. Cyp. ne dum abstinent, & non communicantes, a celesti pane prohibeantur, a Christi corpore separamur.

24. Quod solum fidelibus necessarium est.] Alludit ad illud quod prius dixit: Quærite primum regnum Dei, & reliqua adiacentur vobis. Nam cum Dei sint omnia (inquit S. Cyp.) habenti Deum nihil decrit, si ipse Deus non dedit: quod ipsum latius & expletius & scripturis explicat.

## C A P . VII.

25. Consequens erat.] Huius cap. inscriptio haec nobis postea est: De peccatorum remissione. nec vni minus hic illi duo Tertullianum imitantur.

26. Sciebat Dominus se solū sine delicto esse. Sanè intelligendum locus, sicuti & similes scriptura faci loci, ut aliquid adnotauit S. Augst. ne excludatur beata Virgo Deipara, quam sine omni delicto vixisse ille scribit.

27. dimitti.] Similiter lib. 4. aduers. Mart. Quis mihi delicta dimittet? quod adnotandum pro veteri nostro interprete contra Erasmum, qui contendit debet legi. Remittit: sicuti etiam adnotauimus ad supradictum lib. B. Cyp. de Orat. Domini. num. 16.

28. Exomologesis est petitio venia, &c.] Pro ipsa Confessione delictorum Exomologesis, supra pro toto actu paenitentie accipiebatur, lib. eiusdem argumenti.

29. Debitum autem in scripturis delicti figura est.] Figura hic pro significazione accipitur. Adde autem: in scripturis, quia sic accipitur debitum pro delicto, Matth. 6. & 18. non autem apud scriptores prophetas. Rationem autem etiam reddit Fortunatus, hoc locum explicans: Quia & debentur peccata, & requirendae sunt. Nam sicut debitor a creditore requiritur, aspercatum à Deo in die iudicij necesse est exigitur.

30. nouissimum quadrantem.] Alludit adhuc Matth. 5. De quo latius Adnot. nostris in B. Cyp. Epif. ad Antonianum. num. 59. & in lib. de laude Mat. num. 31. & infra lib. de Anna.

31. & remittetur vobis.] Etiam hic videatur aliud versionem secutus. Nam Grece hodie habetur: οὐδὲν οὐδέποτε, id est, & dimittemini.

## C A P . VIII.

32. Adiecit ad plenitudinem, &c.] Tractat huc capit: De petitione illa: Et ne nos inducas in temptationem, sed libera nos à malo. In qua etiam illud insitatur S. Cyprian. in eo quod omnia hec pro calamitate habeat, qui in verim vel Augst. teste legit: & ut nos patiaris induci, quemadmodum ibi adnotatum est num. 17.

33. Sed euehe nos à malo.] Gagnam: deuota, sed Grece voc. ποτε, magis illud conuenit.

## C A P . IX.

34. Compendiis paucorum verborum, &c.] Inscriptur hoc c. in excusis codicibus: A' varia & aduersariis, sed quoniam multa sequantur in hoc libro, sub aduersariis Orationis Dominicæ, minus covenient. Internum magis placet alter titulus quasi noui capit: Posse nos superadicere & alias Orationes; quem utramque, uti & sequentes, sicuti ex margine in textum irrumpentes, ad marginem reieciimus, & aliam distinctionem quam in excusis erat, sicuti sumus.

35. Ab ipso igitur, &c. de spiritu ipsius ita rancum ex ore diuino, &c.] Quamquam initio, videmus, etiam Christum spiritum Dei dicat, hic certe proficit posuit: Ab ipso, nemp̄ patre, de spiritu ipsius sancto equidem, uti cap. sequ. dicit: & ex ore diuino, Christi. Atque adeo facit hic locus pro Trinitate personarum.

## C A P . X.

36. Cum memoria tamen preceptorum, &c.] Titulum huius capituli ex duorum excusorum codicibus in unum sic contraximus: Orantes ab omni ira & animi confusione vacuos esse debere. Aqu. vel te

hoc contextu: Quorum præcipuum est, ne prius ascendamus ad Dei altare, &c. patet titulum illum intermedium: Ne orans patrem fratrum irascaris, ex margine in textum irrepsisse. Atque latius multo istud prosequitur B. Cypr. explicans illud: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

37. Siquid discordia vel offendit cum fratribus contraxerimus, refoluamus.] Paraphrascas interpretatur illud: si frater tuus habet aliquid aduersum te, vade reconciliari, &c.

38. cùm omnis ira ab initio interdicta sit.] Alludit ad illud Gen. 4. Quare iratus es, &c. sed sub re erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

39. Neque enim agnoscit poterit à spiritu sancto spiritus iniquitatis.] Hic handdable allusit ad illud Sapientia 1. spiritus sanctus discipline effugiet fidem: atque adeo confirmatur euilem libri autoritas. verum de ea latius lib. 3. adu. Marc.

## C A P. XI.

40. Ceterum quæ ratio est, &c.] Hoc caput inscriptum cum hac tenus excusis: De lauatione manuum. In quo non simpliciter illam improbat, sed quod manus abluti, spiritu vero sordente orationem obirent. Item quod eam facere se dicerent tamquam commemorationem in Domini deditiōnē, utpote quom Pilatus Christum dedens Iudeos, manus prius lauerit; neque enim (inquit) Christum deditus, sed adoramus. Alioquin permitit manus abluere, dummodo & conuerteritis humanæ iniquitamentum conscientiae causa lauemus, improbus maxime totius corporis lauacrum ad omnem orationem. Certe in certa Christianorum manualem quam agnoscit Autor Apolog. 39. cap.

41. conscientia Patrum hereditati rei.] Iudeos in circuim cribis, quos reprehendit quid manus non attendant in suis sacrificiis; quippe qui in terram proni orare plausum soleant, saltem in hac sua execratione circa Christi passionem. De more autem Christianorum latius ijs. Autor infra cap. 13.

## C A P. XII.

42. Sed quoniam vnu aliquod attigimus, &c.] Hunc caput optima erit ea inscriptio: De aliis aliquor obsecrationibꝫ superstitiis.

43. siquidem sine vñius aut Dominici aut Apostolici præcepti auctoritate, &c.] Canticum legendus in locis, ne contra Traditiones Ecclesiasticas faciat videatur, quas ita defendit Autor lib. de Cor. milit. ut plausus non sit opus; hoc vero addito, non recipienda quidem obsecrationis sine præcepto aut Dominico aut Apostolico; sed et Traditiones non aliud esse quam Apostolica præcepta, vnu voce ab iis edita, iuxta illud S. August. epist. 118. Siquid vniuersa celebrat Eusebius, ab Apostolis ortum habuisse credendum est.

44. vel eo coërcenda quid Gentilibus adrequent.] Istud contra eos facit, qui omnium penè ceterum Ecclesiasticarum à Gentilismo derivant originem.

45. positus penulis, &c.] Hand absimiliter infra lib. de Cor. milit. grauissimas penulas posuit. hic agit de confutandis ponendi penulas, quoniam adeunt ad idola nationes.

46. cum farabatis & tiatis.] Quum lib. de Resarrect. carn. inf. à Tom. 3. eadem voces ex Daniele citentur, illuc eam traditum distulimus, quoniam & de Sabbara diuid dixerimus supra Tom. 1. lib. de Pallio,

cap. 4. num. 81. Illic etiam aliquid dictum sumus de auctoritate huius historiæ trium puerorum in fornacem misserum.

47. affidendi mos, &c.] Quem impugnet hic modum, non perinde constat, maximè ob verba illa: affignata seu transacta oratione, & illa: cùm adorarem & sedissem, que videtur indicare loqui eum de fine sacrificij; & alii verbis que videtur significare sessionem ipsius sacrificij tempore, quum dicit: irreuerens esse, federe sub conspectu Dei viui, angelo orationis adhuc astante. Abusum itaque peculiarem quandam sive Ecclesiæ significet operari, alibi non visitatum, maxime cùm non impudet: si quis in cathedra aut subcello federit, scutum olim Episcopi & Cantores in Ecclesiæ cathedralibus.

48. Hermas ille, cuius scriptura ferè Pastor inscribitur. ] Confirmat his locis lectionem nostram in Symbolo Rufini inter opera S. Cypr. qua Adnot. nostrorum num. 15. 8. comprobauit, quod Hermas auctor fuerit libri Pastoris, non Hermes: ubi etiam de eius libri auctoritate non satis probata latius. Atque verba illa: Cūm adorarem & sedissem super lectum, desumpta sunt ex proemio lib. 2. Hermas, qui Pastor inscribitur, ubi interim hodie paulò aliter legitur: Cūm orassem domi, & confidissem super lectum. Prior eiusdem liber Ecclæsia inscribitur, posterior Similitudinum, & existat in Orthodoxographia.

49. adoratis sigillaribus suis, &c.] Sigillaria dicebantur parva imagines scilicet libris descrip. & quoniam parva signa, de quibus vera quidam Lector: Quoniam Deos eis sigillaria ipsa censeris; nomen nunc non occurrit. Vtitur autem Ironicè eadem voce singulare numero lib. adu. Valentianum. vt autem (inquit, de factitio iporum Deo, vti Rhenan. illuc adorant, loquens) tantum sigillarium intrinsecus quoque exornant. Atque adoratio ritum, quo vtebantur Gentiles, explicat Plin. nat. hist. lib. 2. 8. cap. 2. In adorando (inquit) dexteram ad osculum referimus, sotiomque corpus circummagnum, quod ad levam fecisse Gallie religiosissi credunt. Illud autem adoratio sigillaribus refendendo, confirmatur ex Plutarcho, qui Numa Pompilio ascribit: vt Deos adoratur seseant, quod & vice Proceribus usurpatur.

50. angelo adhuc orationis altante.] Alludit quidem ad illud Luc. 1. Apparuit illi angelus stans ad dexteram altaris incensi; verum referri potest etiam (vt indefinitè loqui sentiatur) quemadmodum Patres SS. Ambros. Augustinus, & Chrysostomus, dum ex eo loco colligunt sacrificio nostro Christiano interesse angelorum frequentiam. Immo verò hinc confirmatur ea pars Canonis, qua post consecrationem peccatum: supplices terrogamus omnipotem Deum, iube huc perferriri per manus sancti angelii tui in sublime altare tuum, &c. quod pluraliter expressit in sue Missi Canone Ambros. per manus angelorum tuorum, lib. 4. de Sacram. cap. 6.

## C A P. XIII.

51. Atque cum modestia, &c.] Loco trium dinumerum inscriptionis unicus hanc substituimus: De modo adoracionis Christianorum. De quo adeo plura reperiet Lector. Adnot. usq[ue] ad Apolog. hac verba: Illuc in celum suscipientes Christiani, manibus expansis, quia innocui, capite nudo, quia non erubescimus; denique sine monitore, quia ex pectore. item ad similia verba B. Cypr. lib. de Orat. Dominic. num. 6. 7. & 9.

52. Sonos etiā vocis subiectos esse oportet, &c.]

ULLIAN,  
metati anibus  
MELLI.

A V.  
16

## Argumentum lib.

222

*Ad verbum etiam hec transcripsit loco dicto B. Cypr. verum ibidem mentem utriusque indicaamus, loqui eos de oratione fidelium priuata in sacrificio, non autem de oratione publica, quam clara voce pronunciatam, immo & decantatam ibidem ostendimus num. 6. & Apolog. cap. 39. num. 520.*

*53. Daemonium oraculi Pythij, &c.] De Pythij demonis oraculis vide initium lib. de Anima infra Tom. 3. Cur etiam Pythius dictus idem, qui Delphicus, dictimus Adnot. nostris in Apolog. e. 22. num. 351.*

CAP. XLI.

*54. Alia iam consuetudo inualuit, &c.] Inscriptio nem hanc habet cap. istud: De osculo pacis & communione corporis Domini non omittendis à ieunantibus.*

*55. osculum pacis, &c.] Istud obseruatim fuisse iā ab ipsis Apostolorum temporibus manifestius est ex nostris Latinorū & Grecorū Liturgiis, quam ut confirmationis sit opus: quare illuc Lectorem remittimus.*

*56. Quale sacrificium, &c.] Initio huīus capitū plures ad auxilium Tertulliani locos de sacrificio.*

*57. Sic & die Paschæ.] Quum ipso Dominico die Paschæ, immo nec tota Pentecoste ieunium permisum fuerit, oportet ut diem Paschæ, diem passionis Domini hic inter'igat, iuxta quod supra lib. adiu. Iudeos: Pascha enim pax Christi est. ac lib. 4. adiu. Marc. Quo patetur Pascha diem elegit Dominus. Zo enim die communis & publica est ieunij religio, & merito osculum deponimus. cuius postrema ceremonia omisso rationem reddit, qui de diuino scribunt officia (eo quod osculo Christum tradiderit Iudeos.) Si quis velit & ad feriam quintam referre, qua die institutum est sacrificium, oportet ut eo tempore nondum introducta fuerit in Africa consuetudo, qua post canam communicaunt, de qua latius egimus in Epist. B. Cypr. ad Cecil. n. 45. & 48. ubi & generalē Ecclesie contrariam consueitudinem, quod etiam eo die ieunij communicarent fideles, commonestrauimus.*

*58. Similiter de stationum diebus, &c.] Stationes longi alter accipiuntur ab Auctore, tum hic, tum lib. de Cor. milit. & de ieunio adiu. Psichicos, quam à B. Cypriano; ille enim accipit pro cōuentu Ecclesiastico (uti anotauimus ad epist. 41. n. 10.) Auctor vero (quantum re diligenter quam tunc examinatus ex Hrabano nostro nunc tandem deprehendo) pro statu ieuniorum diebus. Eò enim pertinet illud: quod statio soluenda sit. Deinde illud lib. de Cor. milit. Stationes aut alij magis facient quam Christo, aut & Dominico die, quando nec Christo. Nam Dominico die ieunia non permettebantur, quemadmodum illuc dicimus latius. Denique aper-*

*tius lib. de ieunio: Quartæ (inquit) sextæque ferie Stationes. Agnoscent & hanc significationem hoc loca Magdenburgenses sed peculiarem illam appellationem dicunt ieuniorum Montanistarum. Si id verum est, ergo Montanista fuit Hermas. Apostoli Pauli discipulus (qui certe in hoc imitatus est Tertullianus) apud quem lib. 3. cap. 5. interrogat Paschor: Quid est Statio? & respondet iste ieunium. Montanista fuit & S. Ambros. qui etiam stationem nominis explicat Serm. 25. in hac verba: Stationes vocantur (inquit) ieunia, quod stantes & cummiantes in eis inimicos insidiantes repelluntur; ubi quampli quartu disertet de indicio à Christo Quadragesima ieunium, quod resolute (voce Tertullianica vixens) non latus (neque enim hoc genus demoniorum evicere nisi in ieuno & oratione) atque adeo id comparet ad 42. missas filiorum Israël, stationum in ista, confirmans nostra iam dicta sententia, quod quam prius simpliciter ieunantibus, hic de ieuniorum statu diebus Autor liquatur. Sicut etiam iam olim distinguendum putauit Hrabanus noster (minime etiam Montanista) de Iust. cleric. lib. 2. cap. 18. ieunium (inquit) est statio diuinus. Statio autem de militari exemplo, &c. que ad varium sumpt ex hoc ipso loco. Differunt autem quidam (inquit idem Hrabanus) inter ieunium & Stationem. Nam ieunium indifferenter cuiuslibet diei est abstinentia, non per legem, sed secundum propriam voluntatem. Statio, obseruatio statutorum dierum vel temporum plurimum, ut quartæ & sextæ ferie, de qua statione in Euangelio dixit ille: ieuno bis in sabbato; temporum autem, ut ieunium quarti, quinti, septimi & decimi, vel sciam Euangelio dies illi in quibus ablaria est (prosua, & sic obseruatio Quadragesima, que in vniuersitate oratione in iugitate apostolica obsernatur. Neque vero etiam illud pi Magdenburgensibus facit, quod videatur loqua hic de stationibus seu ieunis in que se vesperam producuntur, quia neque S. Hieronymus. epist. ad Marcellum, neque Plastinus, Augustinus, Theodosius, Damascenus, libri de heresib[us], inter errores Montani illam morem recordat, ut potest qui sicut iam ab initio Ecclesie ubique fit & ad suis usque tempora usitatum illum etiam agat Catholicos, quemadmodum ex Paulino patet Nolani, Natalii, Felicis, & Iacobi in fratre T. s. supradicto libro de ieunio. His adde, quod, ut sub finem Argumenti diximus, i. Hilario, ante heresim hic liber scriptus est.*

*59. Ergo deuotum Deo obsequium, &c.] Abnotanda est hec ieunij paraphrasis contra illum obsecratores; de qua etiam latius ubi supra.*

*60. Accepto corpore & reseruato.] Confirmatur hoc loco Referatu corporis Domini, de qualitate huīus libri initio num. I.*

## ARGUMENTVM LIBRI AD MARTYRAS, PER IACOBVM PAMELIVM.

**A** D Martyras in carcere constitutos in ipsis Persecutionis quinta Christianorum sub Seuero initius librum hunc misit Tertullianus, benevolentiam captans ab exemplo idiotarū, quorum dictata etiam perfectiss. gladiatoriis subinde profuerint.

I. Imprimis vero ad pacem & concordiam adhortatur, ut potest quam ipsam quidam in Ecclesia non habentes a Martyribus exorare consuerint.

Dicitur

Deinde ut non eos conseruet, quod segregati sunt à mundo; quippe qui carcer sit gra-  
uor, quique iudicia non Proconsulis, sed Dei sustineat; cuique etiam extra carcerem Chri-  
stianus renunciauit, in quo etiam caro non amittit quae iusta sunt per Agapen fratrum,  
et quod hoc illis carcer praestet, quod eremus Prophesis.

Etsi autem molestus sit, vocatos esse nos ad militiam Dei viui, cum in sacramenti, ba-  
ptismi nempe, verba respondimus. Militum itaque exemplo agonem subeant, in quo Ago-  
nothes Deus, Xystarches Spiritus sanctus, corona aeternitatis brabium, Epistles Christus  
Iesus, qui eos spiritu unxerit, et ad hoc scamma produixerit.

Neque sibi blandiantur, quia caro infirma est. addidit enim Dominus spiritum prom-  
ptum esse debere; qui proinde, timeat licet caro, gladium, crucem, rabiem bestiarum, et  
summam ignium paenam, contraponat sibi, acerbali licet ista, à multis tamen nec viris tan-  
tum, sed et feminis aequo anima accepta, immo et ultro appetita famae et gloriae causa;  
exempli gratia, Lucretiae, Mutij, Heracliti, Empedoclis, Peregrini, Didonis, uxoris  
Hadribalidis, Reguli, Cleopatrae meretricis Atheniensis et Lacedemoniam.

Immò et affectionis morbo à gladiatoriibus omnia saevitiae et cruciatus certamina  
conculcari, qui Christianos confundent in die iudicij, si reformident pati pro veritate infa-  
ludem.

Denique conuertantur ad ipsam conditionis humanae contemplationem, in qua constan-  
ter aedunda sunt, que etiam iniurias accidere solent, incendijs, ferarum, latronum pericula;  
maxime ius ipsis temporibus, quibus hominis (nempe Imperatoris) causa, inopinatos nata-  
libus, dignitatibus et ceteris exitus multi referebant.

Ceterum librum hunc more suo imitatus est B. Cyprianus Epistolis ad Martyras et  
Confessores varios 7. 9. 16. 25. 56. 77. et 81. tum libris de Exhortatione et de Laude  
Martyrij. Immò verba quedam transcriperunt ex v. capite, et B. Cypr. Epist. 2. ad  
Donatum, et S. Hieronymus Epistolis ad Demetriadem de Virginit. ac ad Saluinam de  
Viduit. atque ad Heliodorum verba cap. 3. et 4. et alibi alia, vii infra latius. Denique  
iam olim tamquam Tertulliani visus et lectus est à Trithemio et Politiano, et editus à  
Rhenano ex Paterniacensi ac Gorziensi primum cod. cum Scholiis, deinde et Adnota-  
tionibus. Quibus nunc et nostras adiecimus, et ex tribus exemplaribus Vaticanis po-  
stremum castigauimus.

## Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI AD MARTYRAS LIBER.

**N**TER<sup>a</sup> carnis alimenta<sup>b</sup> benedicti<sup>c</sup> Martires designati, quæ vobis C A P . 1.  
&<sup>d</sup> domina mater Ecclesia de vberibus suis, & singula fratres<sup>e</sup> de ope-  
ribus suis propriis in carcerem subministrant, capite aliiquid & à nobis,  
quod faciat ad spiritum quoque educandum. Carnem enim laginari,  
& spiritum sfurire non prodest. Imò si quod infirmum est, curatur: æ-  
que quod infirmius est, negligi non debet. Nec tantus ego sum, vt vos  
alloquar. Veruntamen et<sup>f</sup> Gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi  
sui, sed etiam idiotæ, & superuacuæ quique adhortantur de longinquuo, vt sepe de ipso po-  
pulo<sup>g</sup> dictata suggesta profuerint. In primis ergo benedicti, nolite contristare Spiritum Ephes. 4.  
sanctum, qui vobiscum introiit carcerem. Si enim non vobiscum nunc introiisset, nec vos  
illuc hodie fuisseget. Et ideo date operam, vt illic vobiscum perseveret: ita vos inde perdu-

TULLIAN,  
metati onibus  
AMELI.

A V

16

cat ad Dominum. Domus quidem diaboli est & carcer, in qua familiam suā continet. Sed vos idē in carcerem peruenistis, vt illum etiam in domo sua conculcescit. Iam enim foris congressi conculcaueratis. Non ergo dicat: In meo sunt, tentabo illos vilibus <sup>9</sup> odiis, affectionibus, aut inter se dissensionibus. Fugiat conspectum vestrum, & <sup>10</sup> in ima sua delitescat, contraētus & torpens, tanquam coluber excantatus, aut effunigatus. Nec illitam benē sit in suo regno, vt <sup>11</sup> vos committat: sed inuenient munitos, & concordia armatos: quia pax vestra bellum est illi. Quam pacem quidam in ecclesia non habentes, à <sup>12</sup> martyribus in carcere exorare confuerunt. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere, &

**C. II.** fouere, & custodire debetis: vt si forte & aliis praestare possitis. [ <sup>13</sup> Cetera æquè animi impedimenta usque ad limen carceris deduxerint vos, quo usque & <sup>14</sup> parentes vestri. Exinde segregati estis ab ipso mundo. Quanto magis à seculo rebusque eius? Nec hoc vos consernet, quod segregati estis à mundo. Si enim recognoscimus ipsum magis mundū carcerem esse, exiſte <sup>15</sup> vos ē carcer, quā in carcerem introiſſe intelligemus. Maiores tenbras habet mundus, quā hominum præcordia excitant. Grauiores catenes induit mundus, quae ipsas animas hominum constringunt. Peiores immunditias expirat mundus, libidines hominum. Plures postremō mundus reos continent, scilicet vniuerſum hominum genus. Iudicia denique non <sup>16</sup> Proconsulis, sed Dei sustinet. Quo vos benedicti de carcere in <sup>17</sup> custodiariūm si forte translatos existimetis. <sup>18</sup> Habet tenebras, sed lumen eius ipsi. Habet vincula, sed vos soluti Deo estis. <sup>19</sup> Triste illic expirat, sed vos odor estis suavitatis. Index expectatur de iudicibus, sed vos estis de iudicibus ipsis iudicaturi. Contristetur illic, qui fructum seculi suspirat. <sup>20</sup> Christianus etiam extra carcerem seculo renunciavit, in carcere autem etiam carceri. Nihil interest ubi sitis in seculo, qui extra seculum estis. Et si aliqua amisistis vita gaudia, negotiatio est aliquid amittere vt maiora lucrentur. Nihil adhuc dico de premio, ad quod Deus martyres inuitat. Ipsam interim conuersationem seculi & carceris comparemus, si <sup>21</sup> non plus in carcere spiritus acquirit, quam caro amittit; imo & quæ iusta sunt, caro non amittit <sup>22</sup> per curam Ecclesiæ, & <sup>23</sup> agapen fratris & insuper quæ semper virtutis fidei, spiritus adipiscitur. <sup>24</sup> Non vides alienos Deos, non imaginibus eorum incurris, <sup>25</sup> non solennes Nationum dies ipsa commixtione participis, non nidoribus spurcis verberaris, non <sup>26</sup> clamoribus spectaculorum, atrocitate, vel furore, vel impudicitia celebrantium crideris: <sup>27</sup> non in loca libidinum publicarum oculi impingunt: vacas à scandalis, à temptationibus, à recordationibus malis, iam & à persecuzione. Hoc præstat cancer Christiano, quod eremus Prophetis. Ipse Dominus in secessu frequentius agebat, vt liberius oraret, vt seculo cederet. Gloriam denique suam discipulis in soliditudine demonstrauit. Auferamus carceris nomen, secessum vocemus. **Marc. I.**

**Luc. 4.** Etsi corpus includitur, etsi caro detinetur, omnia spiritui patient. Vagare spiritu, spatare spiritu, & non stadia <sup>28</sup> opaca aut porticus longa proponens tibi, sed illam viam quaz ad Deum ducit. Quotiens eam spiritu deambulaueris, totiens in carcere non eris. Nihil <sup>29</sup> crus sentit in neru, quum animus in cœlo est. Totum hominem animus circumfertur. **Matth. 6.** & quo velit transfert. Vbi <sup>30</sup> autem erit cor tuum, illic erit & thesaurus tuus. Ibi ergo fit cor nostrum, ubi volumus habere thesaurum. [ Sit <sup>31</sup> nunc benedicti carcere etiam Christianis molestus. Vocati sumus ad militiam Dei viui, iam tunc, cùm <sup>32</sup> in sacramenta vobis respondimus. <sup>33</sup> Nemo miles ad bellum cū deliciis venit, <sup>34</sup> nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de <sup>35</sup> papilionibus expeditis & substrictis: vbi omnis duritia, & <sup>36</sup> imbonitas, & insuauitas constituit. Etiam in pace, labore & in commodis bellum pati iam edificandum. <sup>37</sup> armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, <sup>38</sup> testudinem defencando. Sudore omnia constant, ne corpora atque animi expauecant: De umbra ad fullem, & sole <sup>39</sup> ad ecclum, de <sup>40</sup> tunica ad loricam, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. <sup>41</sup> Proinde vos Benedictæ, quodcunque hoc durum est, ad exercitationem virtutem animi & corporis depurate. Bonum agonem subituræ estis, in quo <sup>42</sup> Agonistes Deus viuis est: Xystarches Spiritus sanctus: <sup>43</sup> corona aternitatis, brabium, angelicæ substantiæ politia in ecclis, <sup>44</sup> gloria in secula seculorum. Itaque Epistles vellent Christus Iesus, qui vos spiritu vinxit, & ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem iudicandi continentur à luxuria, à cibis latioribus, à potu iucundiore. Coguntur cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoriis.

sap. 3.

**Matth. 17.** **Marci. 9.** **Luc. 2.** **1. Pet. 1.**

**C. III.** Sit <sup>31</sup> nunc benedicti carcere etiam Christianis molestus. Vocati sumus ad militiam Dei viui, iam tunc, cùm <sup>32</sup> in sacramenta vobis respondimus. <sup>33</sup> Nemo miles ad bellum cū deliciis venit, <sup>34</sup> nec de cubiculo ad aciem procedit, sed de <sup>35</sup> papilionibus expeditis & substrictis: vbi omnis duritia, & <sup>36</sup> imbonitas, & insuauitas constituit. Etiam in pace, labore & in commodis bellum pati iam edificandum. <sup>37</sup> armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, <sup>38</sup> testudinem defencando. Sudore omnia constant, ne corpora atque animi expauecant: De umbra ad fullem, & sole <sup>39</sup> ad ecclum, de <sup>40</sup> tunica ad loricam, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum. <sup>41</sup> Proinde vos Benedictæ, quodcunque hoc durum est, ad exercitationem virtutem animi & corporis depurate. Bonum agonem subituræ estis, in quo <sup>42</sup> Agonistes Deus viuis est: Xystarches Spiritus sanctus: <sup>43</sup> corona aternitatis, brabium, angelicæ substantiæ politia in ecclis, <sup>44</sup> gloria in secula seculorum. Itaque Epistles vellent Christus Iesus, qui vos spiritu vinxit, & ad hoc scamma produxit, voluit vos ante diem iudicandi continentur à luxuria, à cibis latioribus, à potu iucundiore. Coguntur cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoriis.

I. 83.

Aria sperant. Et illi, inquit Apostolus, ut coronam corruptibilem consequantur. Nos æter- <sup>1. Cor. 9.</sup>

nam cōsecuturi, carcerem nobis pro palæstra interpretemur, ut ad stadium tribunalis be-  
nè exercitati incommodis omnibus producamur: quia virtus duritia extruitur, mollitia  
verò destruitur. [45] Scimus ex Dōminico præcepto, quòd caro infirma sit, spiritus

CAP. IIII.

promptus. Non ergo nobis blandiamur, quia Dominus consensit, carnem infirmā esse.

Propterea enim prædictis spiritum promptum esse, vt ostenderet quid cui debeat esse sub-  
iectum, scilicet, ut caro seruat spiritui, infirmior fortiori, vt ab eo etiam ipsa fortitudi-  
nen asperiat. Colloquatur spiritus cum carne, de communi salute, nec iam de incommo-  
dis carceris, sed ipso agone & prælio cogitās. [46] Timebit forsttan caro gladium grauem,

& crucem excelsam, & rabiem bestiarum, & summam ignium pœnam, & omne carnificis  
ingenium in tormentis. Sed spiritus contraponat sibi & carni, acerbaret ista, à multis

tamen aquo animo excepta, imò & vltro appetita, fama & gloriæ causa, nec à viris tan-  
tum, sed etiam à foeminiis, vt vos quoque benedictæ sexui vestro respondeatis. Longum

est si enumerem singulos qui se gladio conficerint, animo suo duci. De foeminiis ad ma-  
num est [47] Lucretia, quæ vim stupri passa, cultrum sibi adegit in conspectu propinquorum,

vt gloriam castrati sui pareret. [48] Mutius manum suam dexteram in ara cremauit,  
vt hoc factum eius fama haberet. Minus fecerunt Philosophi, [49] Heraclitus, qui se bu-  
bulo stercore oblitum exussit. Item [50] Empedocles, qui in ignes Aetnæ montis diffiluit,

& [51] Peregrinus qui non olim se rogo immisit: cum foeminae quoque contempserint  
ignes. [52] Dido, cùm post virum dilectissimum nubere cogeretur: Item [53] Afdrubalis vxor,

qua iam ardente Carthaginē māritum suum supplicem Scipionis videret, cùm filii suis  
in incendium patria deuolauit. [54] Regulus dux Ro. captus à Carthaginensibus, cùm se

vnu pro multis captiuis Carthaginensibus compensari noluisset, maluit hostibus reddi,  
& in arcæ genus stipatus, vndique extrinsecus clavis transfixus, tot cruces sensit. Bestias

foemina libens appetiit, & vtique horridiores aspides serpentes, tauri, vel vrsi, quas

[55] Cleopatra immisit sibi, ne in manus inimici perueniret. Sed mortis metus non tantus  
est, quantus tormentorum. Itaque cessit carnicifici [56] meretrix Atheniensis, quæ conscia

coniurationis cùm propterea torqueretur à tyranno, & non prodidit coniuratos, & no-  
vissimè linguam suam comebam in faciem tyranni expuit: vt nihil agere se scirent tormē-

ta, et si vltro perseuerarent. [57] Nam quæ hodie apud Lacedemonas solennitas maxima est  
flagellatio, id est flagellatio, non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique adole-  
scentes flagellis affliguntur astantibus parentibus, & propinquis, & vt persequerent ad-

hortantibus. Ornamentum enim & gloria deputabitur maiore quidem titulo, si anima  
potius cesserit plagis, quam corpus. Igitur si tantum terrenæ gloriæ licet de corporis &

animi vigore, vt gladium, ignem, crucem, bestias, tormenta contemnant sub præmio  
laudis humanæ, possim dicere, modicæ sunt istæ passiones ad consecutionem gloriæ cœ-  
lestis & diuinæ mercedis. [58] Tanti vitreum? quanti verum margaritum? Quis ergo non li-

bentissimè tantum pro vero habeat erogare, quantum alij pro falso? [59] Omitto nunc C A P . V .

gloriæ causam. Eadem omnia sevitæ & cruciatus certamina, iam apud homines affecta-

ti quoque & morbus quidam animi conculcauit. Quot oculos affectatio armorum ad  
gladium locat: Certè ad feras ipsas affectione descendunt, & de morsibus & de cicatrici-

bus formosiores sibi videntur. [60] Iam & ad ignes quidam se autorauerunt, vt certum spa-  
tium in tunica ardente conficerent. Alij inter venatorum taureas scapulis patientissimis

in ambulauerunt. Hæc benedicti non sine causa Dominus in seculum admisit, sed ad nos  
& nunc exhortandos, & in illo die confundendos, si reformatuerimus pati pro veritate

in salutem, qua alij affectauerunt pro vanitate in perditionem. [61] Sed hæc exempla C A P . VI .

constantia omittamus de affectione venientis. Conuertamur ad ipsam conditionis hu-  
manæ contemplationem, vt & illa nos instruant, si quæ constanter adeunda sint, quæ &

inuitis evenire consuetuerunt. Quotiens enim incendia viuos cremauerunt? quotiens fe-  
re & in fylis suis & in [62] mediis ciuitatibus elapsæ caueis, homines deuorauerūt? quot à

latronibus ferro, ab hostibus etiam cruce extinti sunt, torti prius, imò & omni contume-  
lia expuncti? Nemo non etiam hominis causa pati potest, quod in causa Dei pati dubitat.

Ad hoc quidem vel præsentia nobis tempora documenta sint, [63] quanta qualisque per-  
sonæ inopinatos natalibus, & dignitatibus, & corporibus, & ætatibus suis, exitus referunt,

hominis causa; aut ab ipso, si cōtra cum fecerint, aut ab aduersariis eius, si pro eo steterint.

ULLIAN,

metatis onibus

CÆLI.

A V

J 6

ADNOTATIONES IACOBI PAMELI IN  
LIBRVM AD MARTYRAS.

I. AD MARTYRAS.] Sic legimus ex tribus  
Vaticanis codicibus, pro eo quod erat MARTYRES.  
Porro non nisi solis (inquit Rhenanus in Argumento hu-  
ius libri) Martyrum appellacionem accommodabat ea ca-  
tas, qui iam toleratis suppliciis pro Christo morte obie-  
rant, sed et illis qui in confessione nō tormentorum arro-  
gitate moti firmiter persistent, etiam si adhuc in carce-  
re detinerentur, de quibus intelligit Cyprianus, quem scri-  
bit: Fecerunt ad nos de quibusdam beati Martyres lit-  
teras. Item: Si qui libello a Martyribus accepto de seculi  
excederent. Sieque non modo Cyprianus Martyras ap-  
pellare solet, sed et Tertullianus hoc loco. Verum sc̄e dicit,  
designavit. Quin eos etiam hoc nomine felios vocari  
indicat, qui dimisi fuissent; et quoniam de Valentino in-  
quit: Sed alium ex Martij praerogativa loci poti-  
tum indignatus. Et de Praxea: Inluper de facta  
tione martyrij inflatus, ob folium & simplex &  
breue carceris tadium. Nec alter Cyprianus dixit in  
Epistola, qua Celerinum in ordinem cleri significat ac-  
fatum: Commeatu dando nobis confessoribus ius & Ma-  
tyribus gloriosi, ubi commutacit accepit pro liberatio-  
ne dilatior, que vita capiuit. Et parat conceden-  
tur. Equidem in sanctis quibusdam, ut ipse Albi scribi-  
ne negquam fuit minor confessoris virtus, sine testimoniis  
no passionis. Neque enim in confessoribus Christi dilata-  
Martyria meritorum confessionis minuerat, sed magna  
diuine protectionis ostenderet, docet ad Luc. Romanus  
Pont. scribens. Confessoris nomen in ista significatio  
quam exposuimus, Cypriano familiare recentur etas ei-  
nec carcere ne tormenta perpeccis attribuit. Ille vero  
Masen & Maximum presbyteros scribens: Beati, inqu-  
facit prima Et una confessio. Vos totiens confitemini  
quotiens rogati ut de carcere recedatis, carcere fide &  
virtute praeseligitis. Hactenus Rhenanus. Cuius senten-  
cias quoque addere quod ad Martyras admittit, de Co-  
fessoribus non item, latius commonstraimus. Ad  
nostris in S. Cypr. Epist. 9. que Martyribus & Co-  
fessoribus inscribitur num. 8. In Epist. quoque 30. nu-  
m. 7. Et verisimilis est illa mea interpretatione quadam S. Cypr.  
num: verum vel ex sola ista titulo patet Martyras appa-  
lari Tertulliani, non solum eis qui aut torti essent &  
menta perpeccit, sive viuis, sive defuncti, sed & eos qui  
torquerentur, inclusi erant, quos peculariter S. Cypr.  
Confessores nuncupat. Neque enim totus hie liber  
tormentorum iam perpeccorum mentio, sed dumtaxat c-  
ceris & metus paenarum.

C A P . I .

2. Inter carnis alimenta, &c.] Caput hoc primum post capitam benevolentiam Martyrum, non aliud est quam: Ad pacem & concordiam exhortatio, in qua imitatur Auctorem s. Cypr. sub finem Epist. 7. ad Regatianum & alios Confessores, & insuper aliis locis infra citatur. Ad intellectum autem huius leci facere adnotauit Rhebanus in Adnotationibus quod inferius dicit: Imo & quæ iusta sunt, caro non amittit per curam Ecclesiæ, & agapen fratum, sanè d. Cyprianus epist. 37. fin. lib. 3. admonet presbyteros & diaconos, ut gloriæ voce Domini confessio, omnis diligenter praebetur. Ibidem mox Tertullum quendam ab his officio laudat, quod videlicet circa curam corporum

*captiuis Christianis non desit.*

3. benedicti.] id est Landandi (inquit Rhenanus) His Epitheto Martyres ornat Tertullianus, ut pauperculari. Imprimis, ergo benedicti. Et infra ad mulieres: Proinde de vos benedicta. Quod Eleutherius Pont. Rom. & martyriam defuncto lib. de praes. adu. heret. cap. 30. in attribuit. Cyprianus Fortissimos & beatissimos subinde vocare solet, quaedam loco fortissimos & fidelissimos.

4. Martyres designati.] Designati (inquit idem) id est, futuri martyres. Metaphora ab electis magistris sumpta, qui designati dicuntur, quum augustinus Suetonius in vita Claudi⁹ Caesaris in fine: Nam & eos Consules designaret, neminem ultra mens⁹, quo ibi, designauit. Porro quos alloquitur Tertulliana, nondum Martyrism⁹ tolerant, sive fecerant, ut Cyprius loquitur, sed expectabant, ut est apud eundem, quando lati profectionis sua salutem dicunt, & iam tamquam seculo recessiū ad Martyrīum munera & domiciliū non properabant.

5. & domina mater Ecclesie.] Observat or Iudeus Rhenanus,) quod matrem Ecclesiam pulchram dominam vocat. Addit. vero: de vberibus suis, nam picebit: mater; quibus significat thesauros Ecclesia. Vide supra l. de Orat. c. 2. num. 7.

6. de operibus sui propriis.] Dacet enim (enam idem) Paulus ad Ephesios scribens, etiam proprie manu laborandum, ut habeas quid indigentis communice. Eo pistor panem misericorditer, calcearius calces, telamensis, hinc filio gratis curabat, confuebat vestiarum. Amputacionis misciebat, diurno labore collectam. Vide etiam auaritiam prius Martyrum tribuerint.

7. Gladiatores, &c.] Quod hic habet tam de gladiatoriis, quam eorum Magistris & Praepositis, distulimus usque ad librum de spectaculis.

8. dictata.] Dictata (eodem interprete) non solum  
ludi magistrorum sunt litteras docentium. Sic etiam  
nun in vita Iulii Caesaris, de gladiatoriis loquuntur.  
Tunc, inquit, neque in ludo, neque per Lanistas, sed in am-  
bus per equites Romanos, ac etiam per Senatoris armis  
peritos eruditur; precibus enim, quod epulabatur osti-  
ditur, ut disciplinam singulorum suscepissent, quaeque  
Etatā exercitibus darent. Et laudantur:

- Donec per agat dictata magistrorum  
Opinio. -

9. tentabat eos vilibus odiis, affectionibus &c.  
Ita ex MS. 2. Vaticanis, pro eo quod erat: vilibus odio-  
bus, affectionibus, que substituta videtur de illis  
qui putabant non posse competere in Martyna odio-  
rum quandoguidem sequitur: aut inter te dilectione-  
bus, illud magis conuenit, maxime quem etiam ap-  
priano contectiones, emulaciones, consulta & maladictio-  
confessoribus reprehendat, ubi supra.

10. & in ima sua deliteſcat.) Non diſſimile  
adnotat Rhen.) ſententia ei que in Valentiniā leg-  
tur. Abſcondat ſe itaque lerpens quantum po-  
totamque prudentiam in latebratum ambiguo  
torqueat, alte habite, in cæca detrudatur, &c.  
Aliud autem Auctor ad Serpentes, qui exame-  
bus fugari ſolent aut ſuffumigationibus; atque hoc eſt  
quod dicit: excantatus vel eſumigatus. Nam plu-  
sū

# Adnotat.in lib.ad Martyras.

227

13. lib. 8. cap. 32. accensis cornibus cerui odore fugantur, & maxime strace, ut est apud eundem lib. 10. c. 70. In- cantationis autem officia sit mentio Psal. 57.

11. vt vos committat. ] Sep̄ (inquit Rhenan.) iam diximus committendi verbion ad contentionem & certamen referri, unde gladiatores propriè committuntur. Metaphorice Iuuenalis : Committe vates. Cypr. epist. 14. lib. 3. (que est in nostra editione x.) Et glori- fici seruos Dei cum Dei sacerdotib committunt. Eft autem hæc etiam Iureconsultorum vox: committere, pro: ad certainam provocare. Hinc Ulpianus ad legem Aquiliam Digest. lib. 9. Plane, inquit, si cedentem vulnerauit, enī Aquilia locus, nisi domino committente hoc factum sit. Aliam remotiorem huius vocis significatio- nem etiam Iureconsultorum habes infra lib. de Cor. militi- cap. 2. num. 22. De utraque codene loco infra Tom. 3. lib. de Prescrip. adu. her. cap. 24. num. 193.

12. à martyribus in carcere exorare consue- tur. ] Illudit (inquit idem Rhenan.) ad consuetudi- nem eius temporis, que etiam atque Cypriani in usus fuit, quemadmodum ex eius viro scriptis colliguntur. Siquidem lapsus est, qui sacrificauerant idolis, aut necessitatē sa- crificata pecunia apud magistratum redemant, accepta securitate syngrapha, quo recuperantur in Ecclesiast ante confessionem exomologosinge & pannitentia, ante im- positionem manus Episcopi & clerici, solebant à Martyri- bus & Confessoriis in carcere constitutis libel- lum extorquere deprecatorium, per quem in Eccle- siam recipi iubentur. Sic enim lapsus quidam importu- nius precibus Martyres & Confessores fatigabant, cor- rompebant. Vocabant autem veteres: Dare pacem, respire in ius communicationis. In hunc igitur sensum uspi debet quod hic Tertullianus scribit: Quam pa- cem quidam in Ecclesia non habentes. Item: vt si forte & aliis praestare possit. Vide quanta fuerit o- lim Martyrum etiam diu viventium auctoritas. Sanè Cypriani epist. 15. lib. 3. (que est in nostra editione xi.) in libello quorundam Martyrum prò lapsi scripto hoc ins- fum paulo incertus fuisse testatur: Communicet ille cum suis. Nam addi debebas qui nam sis. Prinde idem sanctissimus vir scribit sub antecessoribus suis id semper observationum, ut Diaconi ad carcere commaneant, mar- tyrum defideria consilii suis & scripturarum preceptis gubernarent: his enim illuc verbi usitari. Nos ad dictam 21. epist. 3. Cypr. que Confessoriis & Martyribus in- scribitur, addidimus; pertinere istam pacem, quam lapsi à Martyribus in carcere exorabant, ad usum iudiciorum in Ecclesia iam tum captiuum, immo & ab apostolo Paulo in Corinthium illum, idque integris illis Adnotationibus nostris.

C A P . II.

13. Cetera æquæ animi impedimenta, &c.] Cap- pue hoc in scriptis. De comparatione carceris cum mundo. In quo etiam locos infra citatos imitatur 5. Cy- priani.

14. parentes vestri. ] Parentum (inquit Rhenan.) venerabili, ni fallor, quoslibet cognatos intelligit, quem- admodum & hodie vulgus Italorum & Gallorum lo- quuntur. Plane autem ita esse patet ex lib. de Carne Christi, ubi de mare & fratribus sic loquitur: cum indi- gnatio parentes non neget, sed obiurget.

15. exilie vos è carcere, quām in carcere in- troisse. ] Simile sermonis (inquit Rhenan.) schema est in Valentianis: Vbi superindui potuit quām des- poliani. Infice quod illic adnotauimus. Faustus Mani-

chaus apud Aurel. Augustinum: Ex Jordane nobis erit factus Iesus Dei filius, quām natus ex utero mul- ter. Annian. Marcellinus lib. 27. de ingratitudine po- puli in Symmachum prefectum urbi sub Valentiniiano & Gratiano Aug. loquens: Quidam plebeios (inquit) fin- gerat illum afixe sine indice villo vel teste, liberenter vi- no proprio calcarias extinxerunt, quam id venditum pretius quibus sperabatur. Item alibi Ambrosius in lib. de Vitali: Vitium facilius tondere quām prenere. Tam- met adiurib Magis quod procedit, hic repeti potest, id quod in hoc scriptore nūcum non est, ut plus sonet mo- numus. Atque pro: grauiores catenæ induit mundus. MS. tres legunt: imbuit, sed illud placet.

16. Proconsulis. ] Ex hoc loco (inquit idem Rhen.) licet animaduertere Martyres istos, ad quos scribit Ter- nullianus, vel in ipsa Carthaginē, vel aliquo oppido vi- cino captiuos fuisse detentos, certe in provincia Cartha- ginenis. Nam Carthaginē Proconsulem fuisse de- clarat Pontius Diaconus in vita B. Cypriani martyris, cum inquit: Denique comprehensus à ministris Paterni Proconsulis Carthaginensis. Et Paternus Procon- sul dixit. Item Galerius Proconsul dixit. Is mortuo Paterno successerat. Eratque Proconsulum magistra- tus olim annus. Unde illud Cypriani: Eant (Inquit) nūne magistratus & Consules siue Proconsules an- nua dignitatis insignibus, & duodecim fasibus glori- fiantur. Neminem vero lateat administrationes Prouinciarum subinde mutatas fuisse pro libidine Cesārum. Equi- dem in libro, cui titulus Notitia Occidentis, nomina- tum fit mentio Proconsulis Africæ, sub cuius dispo- sitione fuerit Prouincia Consularis, & legati eius duo- is, ut videtur, apud Carthaginem tamquam Metro- polim habitat. Unde & Carthaginensis Africa di- citur eodem libro. Atque ex his probatur esse verisim- um, quod s. August. tradit (ni fallor lib. de Gram- matica) tam veteribus usitata fuisse vocem: Pro- consul, atque Pro consule. Eius verba sunt: Ab E- littera vocali nullum Latinum, nisi iuncta prepositione, Masculinum inuenitur, ut Pro consule, Pro Pratore. Ergo iuncta prepositione sunt Latina, ut dixi: Pro Pratore, Pro Questore. Nam veteres Nominatiuo casu: Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen Lat- inum exire in E litteram, Nominatiuo casu generis Ma- sculinis.

17. in custodiarium. ] Eodem modo legis lib. adu- tud. cap. 4. illud Iaie 1. sicut custodiarium in cucu- merario, quod ibidem cap. 13. verit: casula, seu: specu- la; à custodia illud deriuunt.

18. Habet tenebras, &c.] Recite adnotauit simi- les locos Rhenanus ex S. Cypriani Epist. 81. ad Rog. tia- num ianuarem & ceteros Confessores, ac 16. ad Mysem, Maximum & ceteros Confessores: O beatum carcere! (inquit) quem illastravit vestra presentia. O beatum carcere, qui homines Dei misit ad calum. O tenebras lucidores sola ipso, & luce hac mundi clariores, vbi modo constituta sunt Dei templo, & sanctificata di- uinis confessoriis membra vestra. Et alibi: Illumi- nabat mundum sol oriens & luna decurrens, sed vo- bis idem qui solem fecit & lunam, maius in carcere lumen fuit, & in corde ac mentibus vestris Christi claritudo resplendens, horribiles carcere atque funestas penalis loci tenebras eterna illa & candida luce ra- diauit.

19. Triste illic expirat. ] Triste (inquit Rhenan.) id est res tristis, grauolenta videlicet, illic expirat.

V ii

ULLIAN,  
metati anibus  
AMELI.

A V  
J 6

se accipias verbum exspirat, ut sit absolutum. Atqui quod sequitur: de iudicibus ipsis iudicaturi, etiam imitatur S. Cypr. epist. 81.

20. Christianus etiam extra carcerem seculo renunciavit.] Verissima est (inquit idem Rhenanus.) Cypriani sententia de Habitū virginum: Ceterum quacunque terrena sunt, in seculo accepta, & hic cum seculo remansura, tam contemni debet, quam mundus ipse contemnitur; cuius pompis & deliciis iam tunc renunciavimus, quum meliore transgressi ad Dominum venimus. Verum de hac renunciatione in Baptismo facta, latius infra T. 3. lib. de Baptismo.

21. si non plus, &c.] Emendauimus (inquit Rhenanus) ex Gorziensi, si non plus in carcere spiritus acquirit, quam caro amittit. Si acquirit, pro: An acquirat. Similiter locutionem habes in Apologeticis: Consecetur igitur prius, si isti, quibus sacrificatur, salutem Imperatoribus vel cuilibet homini impertiri possunt: An nisi possint.

22. per curam Ecclesiae, &c.] Meminit huic cōsuetudinis Origenes hom. II. in Leuiticum. Estat etiam hoc de re Epist. S. Cypr. 37. hoc titulus: Ad clerum, ut Confessoribus in carcere confessentibus omnī humanitas praebeat. Cui confessant que hic adnotat Rhenanus, partim ex eadem epistola in hęc verba: Veteres non solum externam curam corporibus Martyrum impenderant, sed & spiritalē curam & sanctū animi prōpositū preciōsū adiuabant, quām publicē in sacrificio, quām nos hodie Missam dicimus, tum priuatim in secessu Deum compreantes. Sic enim D. Cyprianus epist. 16. ad Confessores & Martyres captiōes scribit: Et nos quidem (inquit) vestri diebus ac noctibus memores, & quando in sacrificiis precem cum pluribus facimus, & quām in secessu priuatim oramus, corāis ac laudib⁹ vestris plenam Domini fauētiam postulamus. Haec illus. Verum enimvero ut adhuc in carne constituti Martyres veteribus illis Christianis cura erant, sic nec defunctos negligebant. Diebus enim quibus exceſſerant, commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrabant; nec id semel, sed singulis quibusque annis factitabant, cūm videlicet us dies recurreret, aut statim commemorandarum passionis tempus adveniret. Hoc nos docet Sanctiss. Cyprianus epist. 6. num. 7. nunc 37. in hunc modum scribens: Denique & dies eorum (inquit) quibus excedunt adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possemus. Quamquam Tertullus fidelissimus & deuotissimus frater noster inter cetera sollicitudinem & curam suam cum fratribus in omni obsequio operatione imparat; qui nec illic circa curam corporis deest (sic enim cam perduum legendam arbitror) scribat ac significet mibi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriae mortis exitus transeunt, ut & celebrentur hic & nolis Oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum, qua cito vobisum Domino prosperante celebrabimus. Rursum epistola 34. hoc idem adstretatur: Sacrificia pro eis (inquit) semper ut meministis, offerimus, quoties Martyrum passiones & dies anniversariae commemoratione celebramus. Hec ille. Ceterum quod dicit sacrificia pro Martyribus offerri, sic accipendum, ni falſor, ut pro eis, idem valeat quod pro commemoratione eorum (nam id prioris loci mox citati verba aperite continent.) velut passionis sue commemoratione passionis occasionem oblationibus & sacrificiis dante. Quae res inde nata videtur, quod in sacrificio iuxta ritum veteris Ec-

clesie (quemadmodum in Adnotationibus libri de Cr. milit. ex Magna Dionysio obiter indicauimus) post symbolum decantatum, & mutua pacis consolatationem, nomina p̄e defunctorum conscripta in scheda, quam in altari ponebant, recitabantur, non sine laude & praeanio virtutum quae in viventibus eluixerant. Quis humanō bone Dēm, qui digniores, quām qui pro Christo sanguinem suum fudissent? Hanc Ecclesia consuetudinem didicat Sur. August. lib. de Virgin. Perhibet enim (inquit) preclarissimum testimoniū Ecclesiastica auctoritas, in qua fidelibus nostrum est, quo loco Martires, & quo defuncte Sanctorum Morales ad altaris Sacraenta restentur. Haec illus. Gratulatoriae ergo preces erant p̄tius, quibus quām Deo gratias agebant, qui Martib⁹ eam & gratiam & tantum dignationē contulisset, tum simile donum calitatis sibi dari concordibus votis flagabant, eū adhuc canit Ecclesia, Gaudemus in Domini & reliqua. Id confirmat idem Sur. August. Tract. 84. in Evangelium Iohannis, de Martirib⁹ & altari disputationis, his verbis: Ideo quippe ad ipsam (inquit) mensam, non sic eos commemoramus, quemadmodum alios qui in pace requiescant, ut etiam pro committimus, sed magis ut orene ipsi pro nobis, ut eorum regis adhæreamus. Hac August. Alter pro Lapii causam reconciliati essent, offerebatur, qui post confusione criminis & factam penitentiam, exomologaque finitam, post manus impositionem Episcopi & hoc consequebantur, ut facta processione oblatione & prætatione Eucharistiam acciperent. Id ea etas etiam videt Offere nomen aliquius, fortasse quod eius nomen retratur commendandum communib⁹ Ecclesiæ precepit, scriptum in scheda, atque in altari p̄fum. Quod memore libuit, ut locum Cypriani intelligas in epist. 10. lib. 3. cum dicit: Ad communicationem admittantur, & offertur nomen eorum. Porro huiusmodi memoria Martyrum sive commemorationes pepererunt nobis postea festas dies pluresque, quibus hodie Christiani ferunt. Sane ipsum Commemorationis vocabulum Eulogia minuit, sacrificiis nostris non ignotum. Nos vero eadem adnotauimus, & multo plura, tum secundo loco ad epist. 37. in Commemoratione Martyrum quotidiana in Martyrologio, num. 7, tum tertio quoque ad Epist. 34. de laetitia in anniversariis Martyrum, ac quotidiana eorundem commemoratione in sacrificio, num. 12. & 13. tum denique ad epist. x. quarto loco hic citatam de sacra Liturgia n. 9. ad quos locos copendij gratia Lectorem remittimus.

23. & agapen fratrum.] Intelligit (inquit Sur.) eleemosynam, quod ex caritate cum egenis debet fin communicatio. Hinc legimus apud Cyprianum lib. 3. ad Quirinum. Agapen & dilectionem fraternalē regit & firmiter exercendam. Visitur Latino vicinus Tertullianus, adu. Marc. lib. 1. De alienis bonis (inquit) ob aliū Deum nomine eleemosynę & dilectionis operatur. Hieron. ad Eustochium, loquens de vita qui laudem humanae eleemosynis largiendi venant. Cum manum (inquit) agent, porrexitur, buccinat, quām ad agapen vocauerint, preco conductus, Ita insmodi Agapen Germani. Spendam vocant. Præcēna genū pro pauperibus refocillandi, qualis quād Götiles sp̄tula, a qua sp̄tulantes fratres dixit Cyprianus nōs verbo. Tertullianus Apolog. cap. 39. Cœna nostra (inquit) de nomine rationēm suam ostendit. Vocatur Agape id quod dilectio penes Graecos est, quantisque sumptibus conserat, lucram et p̄catis nomine facere sumptū. Siquidem inoper-

quoque refrigerio isto iuuamus. Et reliqua, Porro fratum nomine Christianos intelligi sepe iam monimus. Tertull. in Apolog. cap. mox citato de Christianis loquens: Quanto dignius (inquit) fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt, qui vnum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno vero ignoratiae eiusdem ad unam lucem expauerint veritatis. Vnde fraternalis collegio fratum sive Ecclesia, Cypriano, Hieron, Ambr. & etiam nostro Tertulliano. Videat autem Lector eadem queque de re Adm. nostras ad lib. 3. Testimon. num. 11. et Apolog. 39. cap. num. 517.

24. Non vides alienos Deos. ] Nam (ut etiam adnotauit Rhen.) atate Tertulliani adhuc uigebat Paginiss.

25. non follemnes Nationum dies. ] Hic etiam recte adnotat, qui dies follemnes Nationum vocantur, hoc pacto describi l. de Cor. milit. Sollemnitates postularies, falsa vota; ubi de his latini, quemadmodum etiam Apologeticus cap. 35. num. 461. Hic sufficit quod Rhenanus adnotat apte dici ab Auctore: non nidoribus spuriis verberaris, eo quid in follemnibus Cesarii Gentiles (vii est loco dicto Apolog.) focos & choros in publicum educant, vicatim epulabantur, ciuitatem tabernac habitu abolefaciebant. Huc facit quid ad Vxorem l. 2. de distorsi coniugio loquens, ubi videat mulier Christiana Gentili marito mpt. est: Mortatur (inquit) Dei ancilla cum laribus alienis. Et inter illos, omnibus honoribus demonum, omnibus follemnibus Regum, incipiente anno, incipiente mente, nidotheuris agitabitur.

26. non clamoribus spectaculorum, &c.] Etiam quae hic adnotauit Rhenanus, ad lib. de spectaculis adnotamus.

27. non in loca libidinum publicarum. ] Similiter (adnotante Rhenan.) Hieronymus ad Geroniam: Vt me pater esse laudabilem, si scitis melior sit, si publicarum libidinum victimas supererit. Tertull. lib. de Pallio: Lupas popularium libidinum nundinas vocat.

28. stadia opaca aut porticus, &c.] Stadia (vii recte adnotauit Rhen.) hoc est exercitij loca domestica ad gemitum, cursum, & deambulationem apta, reddebat opaca silua, que inter porticos in edificiis veteris consistebat; nempe nunc planatores, nunc daphnones, hoc est planatae & lauretae, in quibus etiam prodeambulare solent veteres. Eratque stadium viridario coniunctum. De hismodi stadio sensit Tertullianus lib. de Cor. milit. cum ait: Sulannam in stadio mariti non velatam deambulasse. Quo loco de stadiis portibus Virtutum facere mentionem scripsit lib. 5.

29. Nihil crus fent in neruo. ] similiter S. Cyprianus dicta epif. 81. Positus in neruo, ac ferro fuit, sed siluit ac liber spiritus mansit. ubi & quid neruus, trahitomus in Adm. num. 7.

30. Vbi autem erit cor tuum, &c.] Auctor verba Evangelista transponit, ut melius instituto seruiantur. nam apud Matthaeum est: Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum.

### CAP. III.

31. Sit nunc Benedicti, &c.] Capiti huic titulum dedimus: De carceris molestiis equanimitate sustinendis corona aeternitatis ergo. In quo etiam illum S. Cyprianus imitatur locis mox citatis. Atqui (vii adnotat Rhen.) illud: Sit, hic conceden sis est, non imprecantis,

Vt illud lib. de Cor. Christi: Sit planè stultum, si de nostro sensu iudicemus Deum.

32. cum in Sacramenti verba respondimus. ] De responso ad verba Sacramenti Baptizandi, seu Sacramento, id est, iure iurando in eodem prestito, tractatum ad lib. de Bapt. Tom. 3. differimus.

33. Nemo miles ad bellum, &c.] Hunc totum locum (vii adnotat Rhenan.) imitatus est B. Hieronymus, cum epistola illam ad Heliodorum scriberet. Inquit enim: Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi Vallum? ubi poli? ubi hyems? Ata sub pellibus?

34. nec de cubiculo in aciem. ] Hieronymus ibidem: Et tu mihi de cubiculo ad aciem, tu de umbra egredies ad solem.

35. sed de papilionibus expeditis & substrictis. ] Expediuntur (inquit Rhenan.) centuria involuta, quam in castris extenduntur, & funiculis ad palos terrae inservios substringuntur, alliganturque, ne vento dissturbantur corruntur.

36. & imbonitas. ] Imbonitatis (inquit Rhenan.) vocabulo rursum utitur in libro de Exhort. castris. Alioquin res (inquit) & viris & feminis eadem imbonitate ad matrimonium & stuprum compunctione carnis licitandum. Porro eadem forma dixit imbonitatem, qua inalienum, pro non alieno. l. 4. adu. Mare. Recepit autem paulopote refutavit idem ex Gor. Iensi cod. Etiam in pace, labore & in commodis.

37. in armis deambulando. ] Vegetius (secundum quod idem citat) penult. c. l. Præterea vetus (inquit) consuetudo permanxit, & Diuini Augusti atque Adriani constitutionibus praecaeatur, ut in mence tam equites quam pedites educantur ambulatum. Hoc enim verbo hoc exercitij genus nominant, & decem milia passuum armati instruuntque omnibus telis pedites militari gradia ire ac redre subebantur in castra, ita ut aliquam iteris partem cursu alacriore conficerent. Rofsum lib. secundo: Iuniores quidem (inquit) & noui milites manu ac post meridiem ad omne genus exerceretur armorum. Veteres autem & eruditissimi, sine intermissione semel in die exercebantur in armis. Ibidem docet tempestate vel ventis aere turbato milites sub teito, quod ex canis, vilna, vel culmo constabat, armis erudiri solitos. Ceteris autem & hyperboreis diebus si nubes pluviaque cesserent, exerceri coegerantur in campo; ne intermissione consuetudine, animi militum debilitarentur & corpora. Sylvam cedere, onera portare, fessas transfilare, in mari vel in fluminibus natare, gradis pleno ambulare, vel etiam armatos cum sarcinis suis currere frequenter conuenient, ut quotidiani usus labores in pace, difficilis non videatur in bello.

38. testudinem desiccando. ] Recite quidem Rhen. De materia (inquit) ac tabularis testudo coexistit, que ex exuratur incendia, corio vel ciliis, tentorialibusque vestitur. Auctor Vegetius. Robustiora sunt ligna, diu excincantur. Sed his adiiciendum, quod Testudo instrumentum fuerit bellum simile pene arieti, de quo libro de Pallio, dicta à similitudine reptilis, quod Testudinem dicimus, ex quod trahit funiculis suffragam, que falso dicebatur modo, sicut suum caput reptile, nunc exeat, nunc reducat. Addunt autem MS. 3. desudando. sed uidetur loco huic non conuenire.

39. & sole ad celum. ] Adnotat Rhenanus. accipit hic celum pro vento seu aere frigidiore; aliqui (inquit) posse etiam legi: gelu. Ego vero magis crediderim accipi pro aere crasso seu obscuro, iuxta illud Ciceronis l. 2. de Diuin. De celo aeris crastitudo; & quod

TULLIAN,

in statu onibus

AV

16

apertius idem habet Tuscul. qu. lib. i. Cælum hoc, in quo nubes, imbre, ventique aguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terra. Quod pertinere videtur & illud Virgilij Aeneid. I.

- Cælumque scenat.

40. de tunica ad loricam.] Hieron. (vti ab eodem citatur) ad Heliadorum: Corpus adfætum tunicis, loricæ onus non fert. Atqui de Tunica vide lib. de Pallio cap. i. & ibidem Adnot. nostras num. 4.

41. Proinde vos Benedicte. ] Inter captiuos (inquit Rhenan.) istos Christianos erant & mulieres, quas nunc compellat, benedictas vocando. Eodem sennius vocabulo ornat lib. de Cultus faunin. c. 4. 5. 9. et 13. Sic Cyprianus in epistola quadam ad Martyres: beatas autem foeminas (inquit) saluto, quae vobis sunt in eadem confessio gloria constituta; & reliqua. Idem in sermone de Lapis: Cum triumphantibus viris (inquit) & foeminis veniunt, quæ cum seculo dimicantes sexum quoque vivent.

42. Agonothetes Deus viuus, &c. ] Vel ex eo quod hic & Deum viuum agnoscit, Patrem nempe, & mox Spiritum sanctum, & deinde Christum ipsum, & que adores in Trinitate personas, patet hunc librum conscriptum priusquam in Montani bareim laberetur, quippe qui Hieron. tesse contrarium senserit, vti lib. de Tripartite latius infra Tom. 5. Atqui quid officij habuerint Agonothetes, Xystarches, & Epistles, ex Rhenano & aliis infra latius lib. de Spectaculis. Sicut & de Brabio, & Athletarum tum vñctione, tum strictiori disciplina.

Hieronymi loci alter ad Lucinam: Non est inuidus Agonotheta nosfer, alter lib. ad Pamphach. contra errores Ioannis Hierosolymitani: Cur ergo ista queruntur (inquit) cur tu om̄ibꝫ super quibꝫ pugna es, de sciammate & loco certaminis egrediens, in peregrinis & longe alienis disputationibus immoraris?

43. corona æternitatis, brarium, &c. ] sive brarium legas ad imitationem Graecæ vocis, sive brarium, uti habent 3. MS. perinde est. Similiter autem S. Cyprian. epist. 9. ad Martyres & Confessores de Mappalico, explicans illud Psalm. 115. Pretiosa est in conspicu Domini mors in gloriam eius. Pretiosa (inquit) more hac est, quæ emit immortalitatem pretio sanguinis sui, quæ accept coronam de consummatione virtutis. Et sub finem eiusdem Epistole: Sed & ipse (Dominus nempe) luctatur in nobis, ipse conreditur, ipse in certamine agoni nostri & coronat pariter & coronatur. Latius autem idipsum repetit Tertull. sub finem lib. de Coron. milit. allegans & scripturas, quæ coronam vita promittunt & representant, Apocalyp. 3. 4. 6. 10. ac 2. Tim. 4. Loc. adnotandi contra modernos aduersarios, qui vitam æternam non nisi gratiam esse volunt, non coronam aut mercedem. Item contra eos qui merita sanctorum Martyrum negant, quia correlativa sunt merita & merces, certamen legitimum & corona, quemadmodum adrigimus lib. de Panit. & latius tractabimus lib. sequenti de Patientia.

44. gloria in secula seculorum. ] Aludit ad illud Psal. 8. 3. In secula seculorum laudabunt te.

#### CAP. IIII.

45. Scimus ex Dominico præcepto, &c. ] Inscriptiōnem huius capitū fecimus: Quod animari debant Martyres exemplis eorum, qui famæ & gloriæ solius cauſa multa perpelli sunt, in quo mul-

ta eadem repetit, que supra videre est Apologici cap. vlt. Atqui ex Ms. 3. legimus: spiritum promptum esse, & ex conjectura Ioannis Harrisij: nec jam de incommodiis carceris. Vbi esse, & de, recens adieci.

46. Timebit fortissim caro gladium graue, &c] Cyprianus (inquit Rhenan.) aduersus Demetrianum generam tormentorum enumerans, quibus ille Christians affigeret: Innoxios (inquit) iustos, Deo caras, domi patrinos, patrimonio spalias, carnis premis, carcere inclusis, gladio, beatis, igni, punis. Rorism lib. de Lapis: Sed cum durissimi iudicis recrudescente sañita, iam fatigatum nunc flagella sanderent, nunc contunderent fustes, nunc equuleus extenderet, nunc regulæ effoderet, nunc flammæ torret, caro me in collatione deseruit, infirmitas vñseruntur cœpit. Idem dicit multa locis supplicia Christianorum commemorat. Redeat ibidem Lector Adnot. nostras ad posteriorē librum num. 52. item in Tertull. Apolog. alibi vlt. cap. eriam supplicij meminit, ob quod Sarmentij ac Semaxij dicebantur, eo quid ad stipitem diuidi axis reuineti Sarmentorum ambitu erarentur. Qui lib. ad Scapulam cap. vlt. indicat primam dumtaxat gladiotenus anim aduersus in Chilicias, quamquam ab illo etiam creverantur.

47. Lucretia. ] Exemplum hoc natiss quā vñciliari debeat. Repetit idipsum sub finem lib. de Cajit.

48. Mutius. ] De hoc vide Adnot. nostras in Apolog. cap. vlt. num. 62.

49. Heraclitus. ] Is (vti adnotat Rhenan.) labebat morbo aqua intercutis, & cum obscuris fermentis affectus homo, quærendum ē medicis insuffit. Non enim siccitatatem facere possent, & absit ludi se patribus suscitare negentus; tandem ipsi sibi subuenire volent, borbacis excrementis oblini corpus suum inflatus fecerunt. Est apud Laertium.

50. Empedocles. ] De hoc vide Adnot. nostras fr. Tom. 3. lib. de Anima.

51. Peregrinus, &c. ] Haec lectio (inquit Rhenan.) mihi non displaceat. Nam auctor est Eusebium Caesariensis in Chronicis, que nobis veritatem Hieronymus, anno imperii Marcii Antonini Vero quinto, si non fallit numerus, Peregrinum Philosophum apud Pisias rego quem ex lignis composuerat incensu, semet supercifij. Ita ergo Tertullianus dicit: non olim, ad antiqua exempla, quæ premisisti, respixi; cum ipse vixerit sub senecte, qui post Marcum Antoninum anno 33. regnauerit. Peregrini vitam descripsit Lucianus in libello eiusdem titulus: De morte Peregrini. Qui se testatur interficere spectaculo, cum in ignem se Proteus induceret, hoc ac gloriam accupaturum; id enim vocabuli libri indicat impoſit ille. Ammianus Marcellinus, lib. 29. loquens de crudelitate Valentini Augusti; Ducti uniuersi (inquit) febilius ingulantur præter Simonidem; quem salomon ille sententia latet, efferaurus ob constantiam gravis, iussa flammis excusi; qui vitam ut dominum fugians rabidam, ridens subitas momentaria ruras, immobiles conflagrant, Peregrinum illum initiat. Post cognomine Philosophum clarum, qui cum mundo dignus statuisse, Olympie quinquennale certamine sub Grecia confectus totius, ascensu rego quem ipse confringit, flammas absumpsus est. Lat. Gellius Noſt. Ann. lib. 12. Philosophum (inquit) nomine Peregrinum, cui postea cognomenum Proteus factum est, vñciliari

# Argum. in lib. de Patientia.

231

grauem atque constantem vidimus, cum Athenis esse  
me, dixerantem in quodam tugurio extra urbem, & re-  
liqua.

52. Dido.] Vide de hac Adnot. nostras in vte. cap.  
Apolog. n. 622.

53. Aldrubal vxor. ] Refert hoc Luius lib. 51. ad  
viorem Aldrubalis illius, qui tertio bello Punico à Sci-  
pone Amiliano vicit sibi.

54. Regulus.] Carthaginensis Attilium Regulum  
(vt adnotat Rhenan.) palpebris rejectis dolio inclusum,  
quo undique acutissimis eminebant, necaserunt. Ex  
Valero Max. l. Florus de Regulo: Nec ultimo sine carte-  
ris seu crux supplicio deformata missus. Seneca com-  
pluribus locis crucem Reguli commemorat.

55. Cleopatra.] Haec historia notior est quam ut com-  
mentario sit opus. De regno eius cum Augusto vide lib.  
adu. Iud. c. 8. Adnotat autem Iudorius Eymol. l. 12. c. 5.  
quod perierit Cleopatra genere apud quae Ispalis dicitur,  
eo quod somno necet, atque adeo quod in mortem quasi  
sumo soluta sit.

56. meretrix Atheniensis.] Exemplum hoc mereti-  
cic Attice habes etiam supra, Apolog. c. vte. & in  
Adnot. nostris ibidem n. 624.

57. Nam que hodie apud Lacedæmonias, &c.]  
See ex MS. pro: Nam quod. Et qui (vti adnotauit ad c.  
vte. Apolog. hic citatum à Rhenano Franciscus Zephy-  
rus) 21. ut & i' 2000 ibam Spartanorum puerorum cele-  
bris Cicerio in Tisculanis. Alludit ad eandem illud  
stratonicum Apophthegma apud Ammolum: Quod si quis  
haram (inquit) delinquat, plagiis afficiatur Lacedæmo-  
ni. Cui addit Eustathius interpres. Hoc abitum se-  
fuisse est, ab 21. usq' i' 2000 Spartanis sollemnis etiā  
suffit celebrum.

58. Tanti vitreum, quanti verum margaritū?] In  
tuerib' huius explicationem ad Prolegomena nostra  
differimus, ne hic proliziōres simus.

CAR. V.

59. Omitto nunc gloriae causiam, &c.] Hoc caput  
in scriptis: De exemplis illorum qui affectione  
quadam omnia tormenta conculcavit, quod quum

de Gladiatoribus agat, id etiam differimus ad. librum de  
spectaculis.

60. Iam & ad ignes quidam se autorauerunt.]  
Autorare (vti recte adnotauit Rhen.) obligare est, unde  
autoramentum, & milites autorati. Atque alludere  
videtur ad Herculem, de qua S. Cyprian. lib. Quod idola  
non sint Di, sic loquitur: Hercules vt hominem excuat,  
Oeteis ignibus concrenatur. Quod confirmatur etiam Festi  
testimonia, qui cum dicit astrologum eo die se flammis  
intervisse, quo solis erat obscuritas futura. Quod quum fecer-  
it, ut opinio sua diuinitatis confirmaretur, recte adfe-  
ctionationi tribuit Author. Qui preterea istud recenseant,  
citani Adnotat. nostris in dictum locum n. 6. & ex his  
eius rei historia apud Philofratum in Heroicis c. 16. Pla-  
ne autem ad loci huius intellectum facit, quod supra ha-  
bet Author. Apol. c. 16. & qui viuus ardebat, Her-  
culem induerat.

CAP. VI.

61. Sed haec exempla, &c.] Primum hoc caput in-  
scriptum: De conditionis humanae contempla-  
tione. Quem etiam locum alicubi imitatur S. Cypri-  
anus.

62. & in mediis ciuitatibus elapsa cauei.] Hic  
venit mihi (inquit Rhen.) in mentem diuarum seuarum  
Vrbarum, quas Valentinius Augustus aliebat, earum  
caueas iuxta cubiculum suum locare solitus. Alteri Mi-  
ce area nomen erat, alteri Inno centie. Multos illa mor-  
tale laniarunt, rident & haec senaria delectato princi-  
pe. Author Ammian. Marcellinus l. 39.

63. quanta qualēque persona, &c.] Recte illud  
hominis cauila interpretatur Rhenanus de Imperatore:  
nam alludit ad exitus seu occisiones eorum, qui contra-  
ris partibus Seueri Imperatoris fuerant, de quibus in hæc  
verba Apolog. c. 35. Sed & qui nunc seelstuarum  
partium loci aut plausores quotidie reuelantur,  
post vindemiam parcidarum racematio super-  
stes. de quibus ibidem latius n. 478. & 479. Hoc vnu  
hic adiuciam, hinc apparere eodem tempore scriptum  
hunc librum, quo Apologeticus.

## ARGUMENTVM IACOBI PAMELI IN LIBRVM DE PATIENTIA.

**P**ATIENTIA encomium descripturus Tertullianus, post captatam Lectoris  
benevolentiam, non aliis modo, sed sibi potissimum eam exoptans, suspirans &  
inuocans.

Primum dedit, etiam eos qui cæca viuunt Philosophos, omnem sapientiae  
ostentationem de Patientia praefere.

Deinde Deum ipsum Patientia nobis exemplum esse debere, usqueadè ut plures Do-  
minus idcirco non credant, quia seculo iratum tamdiu nesciunt.

Item & Christum Dominum inter homines in terris, qui eti homo, nihil tamen de impa-  
tientia hominis imitatus est.

Quid? quod & obsequij disciplina, quam nobis alijs exhibent, quamque nos Deo debe-  
mu, commendationem & prescriptionem Patientiae in se contineat.

V. iiii

TULLIAN,  
stat onibus  
MELLI.

A. V.  
16

## Argumentum lib.de Patientia.

232

- v. *Imò quantum sit bonum Patientia, ex contrario impatientia malo magis illuminari, cuius natales in ipso diabolo deprehenduntur, qui quia patienter hominem non tulerat, angelus perditionis factus est, & eundem hominem primò conuenta & infecta muliere in crimen aduocauit. Qui ante a innocens ubi semel impatientiae succidit, defuit Deo sapere, ex qua proinde matrix facta est in omne delictum.*
- vi. *Porro Patientiam eam esse, quæ fidem antecedat & subsequatur, exemplo Abrahæ comprobat, & Christi, quem gratiam legi superduxit, fidem Patientia ira prohibita compo-  
suit.*
- vii. *Atque adeò contemptum diuitiarum, & cupiditatum detractionem, Patientiae exerci-  
tationem esse.*
- viii. *Eadem quoque fieri, ut minoribus delictis, ut potè maledicti, & linguae amaritudinis non  
laedamur, quum & quanimitate iniuriam patimur.*
- ix. *In amissione item nostrorum Patientia dolorem temperari.*
- x. *Ultionis item libidinem aut gloriae aut malitia caussa, numquam non Domino odio sum,  
qui sibi vindictam arrogas, Patientia excludi.*
- xi. *Multiplicia præterea mali spiritus incitamenta & domi & foris nostra & quanimitate  
eludi, & insuper eius officij dignam esse mercedem, felicitatem scilicet regni celorum.*
- xii. *Quum præterea omnem speciem salutaris discipline gubernet Patientia, etiam pacis &  
penitentiae ministram esse, solitæ lapsis subuenire; item fidei, spei & dilectionis.*
- xiii. *Neque verò in animo tantum constitutam Patientiam, sed & in corpore demerendo De-  
mino multipliciter adlaborare, tum afflictione corporis per ieiunia, tum continentia carnis,  
in viduis, virginibus, voluntariis spadonibus, tum denique in persecutionibus, seu fugaz-  
geat, seu carcer præueniat, seu denique verbera, ignem, crucem, bestias, gladium consti-  
tulerit.*
- xiv. *Exemplo esse, qui hic Patientiae viribus subnixi sunt, Isaiam, Stephanum, & felicem  
illum Iob, qui omnem Patientiae speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit.*
- xv. *Denique Patientiam Deum habere debitorem, quod omnibus eius mandatis interueniat,  
& fidelem delectet, Gentilem inuitet, in omni astate, in omni sexu formosam sit, uti vel ex effi-  
cie habituque Patientiae, quam paulo latius prosequitur, comprehendere est.*
- xvi. *Ita tamen ut de celesti, vera, Christiana Patientia hæc omnia intelligantur; non de pa-  
tentia Gentium falsa & probrosa, quam diabolus emulatus & suos docuit.*  
*Ceterum præterquam quod nemo de hoc libro Tertulliani vñquam dubitauerit, pro mo-  
re suo ad instar huius S. Cyprianus librum scripsit: De bono Patientiae, in quem multa eius  
ipse verba transcriptis. Viderunt etiam Manuscriptum Trithemius & Politianus ante  
omnem editionem, quæ multo post facta est per Rhenanum, ex Paterniacensi primùm, deinde & Gorziensi codice, & initio scholiis, postea & Adnotationibus egregie aucta, ut nos  
magnopere nouo commentario sit opus. Nos interim aliquot additis nostris Adnota-  
tionibus, iterum ex tribus Vaticanis codicibus MS. hunc librum repurgauimus.*

A Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI PRESBYTERI, DE  
PATIENTIA, LIBER.



ONFITEOR ad Dominum Deum satis temerè me, si nō etiam impudenter, de patientia componere a sum, cui præstante idoneus omnino non sim, vt homo nullius boni: quando oporteat demonstrationem & commendationem alicuius rei adortos, ipsos prius in administratione eius rei deprehendi, & constantiam commonendi propriæ conuersationis auctoritate dirigere, ne diæta factis deficientibus erubescant. Atque utinam erubescere istud remedium ferat, vt pudor non exhibendi, quod alii suggestum imus, exhibendi fiat magisterium: nisi quod honorum quorundam sicuti & malorum, intolerabilis magnitudo est: vt ad capienda & præstantea, sola gratia diuina inspirationis operetur. Nam quod maximè bonum, id maximè penes Deum, nec alius id quam qui possidet dispensat, vt cuique dignatur. Itaque velut solatium erit disputare super eo quod frui non datur, vice languentium, qui cum vident à sanitate, de bonis eius tacere non norunt. Ita miserrimus ego, semper æger caloribus impatientia, quam non obtineo, patientia sanitatem, & suspitem & inquietum & perorem necesse est, cum recordor, & in meæ imbecillitatis cœtemplatione digero, bonam fidei valetudinem, & dominicæ disciplinæ sanitatem, non facile cuiquam, nisi patientia adsidet, prouenire. Ita proposita Dei rebus est, vt nullum præceptum obire quis, nullum opus Domino complacitum perpetrare extraneus à patientia possit, bonum eius, etiam qui cæca viuunt, summæ virtutis appellatione honorentur. Philosophi quidem, qui alicuius sapientia animalia deputantur, tantum illi subsignant, vt cum inter se variis letarum libidinibus & sententiârûm æmulationib[us] discordent, solius tamen patientia in commune memores, huic vni studiorum suorum commiserint pacem. In eam conspiciunt, in eam fœderantur, illi in affectione virtutis vnamiter student, omnem sapientia ostentationem de patientia præferunt. Grande testimonium eius est, cum etiam vanas sculi disciplinas ad laudem & gloriam promouet. Aut nunquid potius iniuria cum diuina res in secularibus artibus volutatur? Sed viderint illi, quos mox sapientia suæ cum seculo destruet ac dedecorat ac pudebit. [5] Nobis exercenda patientia auctoritatem, non affectatio humana canina æquanimitas stupore formata, sed viua ac cœlestis disciplina diuina dispositio delegat, Deum ipsum ostendens patientia exemplum: iam primù qui florem lucis huius super iustos & iniustos æqualiter spargit: qui temporum officia, Matth. 5. elementorum seruitia, <sup>10</sup> totius genitrix tributa dignis simul & indignis patitur simul occurrere, sustinens ingratissimas nationes, ludibria artium & opera manuum suarum adorantes, <sup>11</sup> nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie insolecentem, vt sua fibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tamdiu nesciunt. [Et 12] haec quidem diuina patientia species quasi de longinquo, fors vt de supernis astimetur. Quid illa autem quæ inter homines palam in terris quodammodo manu apprehensa est? <sup>13</sup> Nasci se Deus in utero patitur matris, & expectat, natus adolescere sustinet, & adultus non getit agnosci, sed contumeliosus insuper fibi est, & a <sup>14</sup> seruo suo tinguitur, & tentatoris congressus foliis verbis repellit. Cùm de domino sit magister, docens hominem evadere mortem, ob salutem <sup>15</sup> scilicet venire offensa patientia eruditus, non contendit, non reclamavit, nec Iai. 42. quisquam in plateis vocem eius audiuit, arundinem quassatam non frexit, linum fumiigas non restinxit. Nec enim mentitus fuerat Propheta, immo ipsius Dei contestatio, spiritum suum in filio cum tota patientia collocantis. Nullum volentem fibi adhaerere non suscep- Ioa. 13. pit nullius mensam tecumve despexit. <sup>16</sup> Atquin ipse lauandis discipulorum pedibus mi- Matth. 9. nistravit. Non peccatores, non publicanos aspernatus est. Non illi saltem ciuitati que Luc. 9. cum recipere noluerat iratus est, cum etiam discipuli tam contumelioso oppido <sup>17</sup> coe- Luc. 17. lestes ignes repræsentari voluissent. Ingatos curauit, infidulatoribus cessit. <sup>18</sup> Parum hoc, Matth. 14. si non etiam proditorem suum secum habuit, nec constanter denotauit. Cùm vero tradidit Iai. 53. tur, cum adducitur, vt pecus ad victimam (sic enim non magis aperit os, quam agnus sub Matth. 26.

FULLIAN,  
in statu anibus  
TOMELLI.

AV  
J6

Ioan. 18. tondentis potestate ) ille cui legiones angelorum , si voluisset , vno dicto de celis ac  
 Matth. 26. fuissent , <sup>19</sup> ne vnius quidem discensis gladium in ultorem probauit: patientia Domini in  
 Malcho vulnerata est.<sup>20</sup> Itaq; & gladij opera maledixit in posterū , & sanitatis restitutio  
 Matt. 27. ei, quem non ipse vexauerat, satisfecit per patientiam, misericordia matrē. Taceo <sup>21</sup> quod  
 Marc. 15. figitur, in hoc enim venerat. Nunquid tamē subeundæ morti etiam contumelii opus  
 Luc. 23. fuerat? Sed saginari voluptate patientiæ discessurus volebat. Despuitur, verberatur, deri-  
 Ioan. 19. detur, foedis vestitur, foedioribus coronatur. Mira æquanimitatis fides. Qui in hominis fi-  
 gura proponuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc vel maximè Pha-  
 rifæi Dominum agnoscerre debuistis, patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret.  
 Talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei  
 est,<sup>22</sup> penes nos verò ratio & struc̄io, satis aperte non sermonibus modò in præcipiendo,  
 sed etiam passionibus Domini sustinendo probant his quibus credere datum est , patien-  
 CAP. IIII. tiam Dei esse naturam effectam , & præstantiam ingenitæ cuiusdam proprietatis. [23] Igi-  
 tur si probos quoque seruos & bonæ mentis, pro ingenio dominico conuersari videmus  
 (si quidem artificium promerendi, obsequium est: obsequij verò disciplina, morigeræ sub-  
 iectio est) quanto magis nos secundum Dominū moratos inueniri oportet? Seruos scilicet  
 Dei viui, cuius iudiciū in suos,<sup>24</sup> non in compede, aut pileo vertitur, sed in aternitate aut  
 pœnæ, aut salutis. Cui seueritati declinandæ, vel liberalitati inuitandæ, tanta obsequij dilig-  
 gentia opus est, quāta sunt ipsa quæ aut seueritas comminatur, aut liberalitas pollicetur. Et  
 tamē nos nō de hominibus modò<sup>25</sup> seruitute subnixis, vel quolibet alio iure debitioribus  
 obsequij, verū etiam de pecudibus, etiam de bestiis obedientiam exprimimus, intelli-  
 Gen. 1. Gentes vībus<sup>26</sup> nostris eas à Domino prouisas traditæsque. Meliora ergo nobis erunt in  
 9. obsequij disciplina, que nobis Deus subdit? agnoscunt deniq; quæ obediunt, nos cui soli sub-  
 diti sumus, Domino scilicet, auscultare dubitamus? At quām iniustū est, quā etiā ingratum  
 quod per alterius indulgentiæ de aliis cōsequaris, id ē illi per quē consequeris, de temerito  
 non rependere? Nec pluribus de obsequij exhibitione debita à nobis Domino Deo. Satis  
 enim agnitus Dei quid sibi incubat, intelligit. Ne tamē vt extranei de obsequio videamus  
 interiecisse, ipsum quoq; obsequiū de patientia trahitur. Nūquā impatientiæ obsequitur, aut  
 patiens quis oblitus tatur. Quām ergo Dominus omniū bonorum & demonstrator & acceptor,  
 Deus in semetipso circuitulit, quis de bono eius latere retractet? cui item dubium sit  
 omne bonum, quia ad Deum pertinet, pertinentibus ad Deum tota mente sectandis? Per  
 quæ in<sup>27</sup> expedito & quasi in præscriptionis cōpendio & commendatio & exhortatio de  
 CAP. V. patientia constituta est. [28] Verumtamen procedere disputationem de necessariis fidelis  
 est otiosum, quia nec infructuosum. Loquacitas in ædificatione nulla turpis, si quādo tur-  
 pis. Itaque si de aliquo bono sermo est, res postulat contrariū quoque boni recēdere. Quid  
 enim sectādū sit, magis illuminabis, si quod vitandū sit proinde digerēs. Consideramus  
 igitur de impatientia: an sicut patientia in Deo, ita aduersaria eius in aduersario nostro no-  
 ta atq; cōperta sit: vt ex isto appareat, quām principaliter fideli aduersetur. Nam quod ab  
 æmulo Dei conceptū est, vtique non est amicum Dei rebus. Eadem discordia est renū-  
 & auctōrū. Porro cūm Deus optimus, diabolus ecclōtriorē pessimus, ipsa sui diuersitatē re-  
 stantur<sup>29</sup> neutrum alteri facere, vt nobis non magis à malo aliquid boni, quām à bono al-  
 quid mali editū videri possit. Igitur<sup>30</sup> natales impatientiæ in ipso diabolo deprehendit  
 tunc cūm dominum Deum vniuersa opera qua fecisset, imagini sua, id est, homini fabri-  
 cissile impatienter tulit. Nec enim doluisset, si sustinuisse: nec inuidisset homini, si non do-  
 luisset. Adeo decepit cum, quia inuidierat. Inuidierat autē, quia doluerat. Doluerat, quia pa-  
 tienter vtique non tulerat. Quid primū fuerit ille angelus perditionis , malus an impa-  
 tiens, contemno querere: palam cūm sit, impatientiam cum malitia, aut malitiam<sup>31</sup> ob-  
 impatientia auspiciat; deinde inter se conspirasse, & individuas in uno patris sinu ade-  
 leuisse. At enim quam primus senserat, per quam delinqueret intrauerit, de suo experimen-  
 to quid ad peccandum adiutaret strūctus, eandem impingendo in crimen homini ad-  
 cauit, conuenta statim illi mulier, non temere dixerim per colloquium ipsum cius artificis  
 est spiritu impatientia infēcta. visqueadē nunquam omnino peccasset, si diuino<sup>32</sup> in-  
 terdicto patientiam perseruasset. Quid quid non sustinuit sola conuenta, sed<sup>33</sup> apud Adi-  
 nondum maritum, nondum aures sibi debentem, impatiens etiam tacendi est. ac<sup>34</sup> tra-  
 ducent illum eius quod à malo hauserat, facit. Perit igitur & alius homo per impati-  
 tiā alterius: perit mox & ipse per impatientiam suam utrobique commissam, & circa

A Dei p̄æmonitionem, & circa 35 diaboli circumscriptiōnē: illam seruare, hanc refutare non sustinens. Hinc prima iudicij, vnde delicti origo: hinc Deus irasci exorsus, vnde offendere homo inductus. Inde in Deo prima patientia, vnde indignatio prima. Qui tunc maledictione sola contentus, ab animaduersionis impetu in diabolo tēperauit. Aut quod crimen ante istud impatientia admissum homini imputatur?<sup>36</sup> Innocens erat, & Deo de proximo amicus, & paradisi colonus.<sup>37</sup> At ybi semel succidit impatientia, defuit Deo sapere, defuit cœlestia sustinere posse. Exinde homo terræ datus, & ab oculis Dei ciētus, facile<sup>38</sup> v̄lpari ab impatientia cœpit in omne quod Deum offenderet. Nam statim illa femine diaboli concepta, malitia fœcūditate iram filium procreauit: editum fuis artibus erudit. Quod enim ipsum Adam & Euam morti immerserat, docuit & filium ab homicidio incipere. Frustra istud impatientia adscriperim, si Cain ille primus homicida, & pri- Gen. 4.

B mus fratricida, oblationes suas à Domino recusatas æquanimiter nec impatienter tulit: si iratus fratri suo non est, si neminem denique interemit. Cū ergo nec occidere potuerit nisi iratus, nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram gesit, ad eam referendum, à qua ira suggesta est, per hæc<sup>39</sup> impatientię tunc infants quodammodo incubabula. Ceterum quanta mox incrementa nec mirum. Nam si prima deliquit, consequens est ut quia prima, idcirco & sola sit matrix in omne delictum, defundens de suo fonte varias crimina venas. De homicidio quidem dictum est. Sed ira editum à primordio, etiam qualunque postea causas sibi inuenit, ad impatientiam vt ad originem sui confert. Siue enim quis iniuricius, siue prædæ gratia id scelus conficit, prius est vt aut odij aut auaritiae fiat impatiens. Quicquid compellit, sine impatientia sui non est, vt perfici possit. Quis adulterium sine libidinis impatientia subiit? Quod & si pretio in fœminis cogitur venditio illa pudicitia, vtique impatientia contempnendi lucri ordinatur.<sup>40</sup> Hæc vt principalia penes Dominum delicta. Nam vt compendio dictum sit, omne peccatum impatientia ascribendum. Malū impatientia est boni. Nemo impudicus non impatiens pudicitia, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. Vt malus vnuſquisque fiat, bonus pefuerare non poterit. Talis igitur excetta<sup>41</sup> delictorū: cur non Dominum offendat improbatorem manum? An non ipsum quoque Israël per impatientiam semper in Deum deliquerisse mani- Exod. 16.

C Post<sup>42</sup> manna escatilē pluviā, post petrā aquatilem sequelam desperant de Domino, Exod. 17. tridui sitim non sustinendo, nam hæc quoque illis impatientia à Domino exprobratur. Ac ne singula perugemur, nunquam non per impatientiam delinquendo perierūt. Quo- Act. 8.

D modo autem prophetis manus intulerunt, nisi per impatientiam audiēdū Domino autem ipsi, per impatientia etiā videndi. Quod si patientia inissent, liberarētur. [Ipsa<sup>43</sup> adeō est, Cap. 2. CA P. V I. Gen. 15. Gen. 22.

E Ita fides patientia illuminata, quū in nationes seminaretur, per semen Abrahæ, Gal. 3. sciebat. Tam graue præceptū quod nec Domino perfici placebat, patienter & audiuit, & si Deus voluist, implesset. Merito ergo benedictus, quia & fidelis: merito fidelis, quia & patiens. Ita fides patientia illuminata, quū in nationes seminaretur, per semen Abrahæ, Gal. 3. quod est Christus, & gratiā legi superducet, amplianda adimplendāq; legi adiutricem Exod. 21. Deut. 19.

F lum pro oculo, & dentē pro dente repetebat, & malū malo fecerabant: nondū enim patientia in terris, quia nec fides: scilicet interim impatientia occasionibus legis fruebatur. Facile erat absente domino patiētia & magistro. Qui postquam superuenit, & gratiā fidei patiētia composuit, iam nec verbo quidē laceſſere, nec fatue quidem dicere<sup>44</sup> sine iudicij Marth. 5.

G venenum plus lex quam amisit, inuenit: dicēte Christo: Diligite inimicos vestros, & male- dicentibus benedicite: & orate pro persecutoribus vestris, vt filii sitis patris vestri cœlestis. Vides quem nobis patrem patientia acquirat? Hoc principali præcepto vniuerſa patiētia disciplina succincta est,<sup>45</sup> quando ne lingua quidem malefacere concessū est. [Ia<sup>46</sup> verò Cap. VII.

H Si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni penē in loco de contemnendo sculo scripturis dominicis monetur: nec maior ad pecunia contemptum exhortatio

ULLIAN,  
in stationibus  
MELLI.

A V.  
J 6

subiacet, quām quōd ipse Dominus in nullis diuitiis inuenitur. Semper pauperes iustificat, diuites prædamnat.<sup>48</sup> Ita detrimentum patientiæ, fastidium opulentia præministravit, demonstrans per abiectionem diuitiarum,<sup>49</sup> laſuras quoque earum computandas nō esce. Quod ergo nobis appetere minimè opus est, quia nec Dominus appetuit, detruncatum vel etiam ademptum non agrè sustinere debemus. Cupiditatem omnium malorum radicem spiritus Domini per Apostolum pronunciauit. Eam non in concupiscentia alieni tantum constitutam interpretetur: nam & quod nostrum videtur, alienum est: nihil enim nostrum, quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos.<sup>50</sup> Itaque si damno affecti impatienter senserimus, non de nostro amissum dolentes, adfines cupiditatis apprehendemur. Alienum querimus, quum alienum amissum dolentes agrè sustinemus. Qui damni impatientia concitat, terrena cœlestibus anteponendo, de proximo in Deū peccat. Spiritum enim quem à Domino sumpsit, secularis rei gratia concurrit. Libentes igitur terrena amittamus, cœlestia tueamur. Totum licet seculum pereat, dum patientiam lucrificiam. Iam qui minutum sibi aliquid aut furto, aut vi, aut etiam ignavia, non constanter sustinere constituit: nescio an facilè, vel ex animo ipse rei suæ manum inferre posset in causa eleemosyna. Quis enim ab alio secari omnino non sustinens, ipse ferum in corpore suo dicit? Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi & communicandi. Non piget donare eum, qui non timet perdere. Alioquin quomodo duas habens tunicas, alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferendi tunicam, etiam pallium offere possit? Quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, si eum in tantum amuerimus, vt amissum non sufferamus? Peribimus cum perdito. Quid hic invenimus, vbi habemus amittere? Gentilium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animæ anteponunt. Nam & faciunt cum lucri cupiditatibus quaestuosa pericula mercimoniiorum in mari exercent: cùm pecunia causa<sup>51</sup> etiam in foro nihil damnationi timendum aggredi dubitant: <sup>52</sup> cùm denique ludo & castris se locant, cùm per viam in mores<sup>53</sup> bestiarum latrocinantur. Nos vero secundū diuersitatem, quum illis sumus, non animam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere conuenient, seu sponte in largiendo, seu patienter in amittendo.

**CAP. VIII.** Ipsam animam, ipsumque corpus in seculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus, eiisque iniuria patientiam habimus:<sup>54</sup> minorum deliberatione laedemur? Absit a seruo Christi tale inquinamentum, vt patientia maioribus tentationibus preparata in frivilis excidat. Si manu quis tentauerit prouocare, præstò est Dominica<sup>55</sup> moneta, Verberanti te, inquit, in faciem, etiam alteram genam obuertere. Fatigetur improbitas, patientia tua.<sup>56</sup> Quuius ictus ille sit dolore & contumelia constrictus, grauius à Domino vapulat. Plus improbum illum cædis sustinendo. Ab eo enim vapulabit, cuius gratia sustinet. Si linguae amaritudo, maledicto sue coniunctio eruperit, respice dictum: Quum vos maledixerint, gaudete.<sup>57</sup> Dominus ipse maledictus in lege est, & tamen solus est benedictus. Igitur dominum serui consequamur, & maledictum patienter, vt benedicti esse possimus. Si parum æquanimiter audiam dictum aliquid in me proteruum aut nequam, reddam & ipse amaritudinis vicem necesse est, aut cruciabor impatientia muta. Quum ergo percussero maledicto, quomodo secutus imaginari doctrinam Domini qua traditum est,<sup>58</sup> non vasculorum inquinamentis, sed corum quæ ex ore promuntur, hominem communicari. Item: Manere nos omnis vani & superuaci dieti reatum? Sequitur ergo vt à quo nos Dominus aceret, idem ab alio æquanimiter pati admoneat, hic iam de patientiæ voluntate. Nam omnis iniuria, seu lingua, seu manus incussa, cùm patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo<sup>59</sup> telum aliquod in petra constantissimæ duritiae libratum & obtusum. Concidet enim ibidem irrita opera & infructuosa, & nonnunquam repercussum in eum qui emisit, reciproco impetu sequitur. Né pè idcirco quis te laedit vt doleas: quia fructus laedentis in dolore laesi est. Ergo cùm frumentum eius cuerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui: tunc tu non modò illæsus ibis, quod etiam solum tibi sufficit, sed in super aduersarij tui & frustrationi oblectatus, & dolore defensus. Hæc est patientiæ utilitas & voluntas.<sup>60</sup> Ne illa quidem impatientia species excusat in amissione nostrorum, vbi aliqua doloris patrocinatur olfertio. Preponendus est enim respectus denunciationis Apostoli, qui ait: Ne contristemini dormitione cuiusquam, sicut nationes quæ s̄p̄carent. Et merito.<sup>61</sup> Credentes enim resurrectionem Christi, in nostram quoque credimus, propter quos ille & obiit & resurrexit. Ergo cùm constet de resurrectione mortuorū, vacat dolor mortis, vacat & impatientia dolore.

**Matth. 5.****Luc. 16.****Matth. 5.****Deut. 21.****Gal. 5.****Marc. 7.****Matth. 12.**

A doloris. Cur enim doleas, si perire non credis? Cur impatienter feras subductum interim, quem credis reuersurum? Profectio est quam putas mortem. Non est lugendum qui antecedit, sed planè desiderandus. Id quoque desiderium patientia temperandum. Cur enim immoderatè feras abisse, quem mox subsequaris? Ceterum impatientia in huiusmodi, & spei nostrae malè omittatur, & fidem prauaricatur. Et Christum lædimus, cùm euocatos quosque ab illo, quasi miserandos non aequanimittere accipimus.<sup>63</sup> Cupio, in *Philip. t.*

quit Apostolus, recipiam, & esse cum Christo. quanto melius ostendit votum Christianorum. Ergo votum si alios consequutos impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus.<sup>64</sup> Est & alius summus impatientiae stimulus, vltionis libido, negotium curans aut glo-

*C A P. X.*

riæ aut malitiae. Sed & gloria vbiique vna, & malitia nunquam non Domino odiosa, hoc quidem loco maximè, quam ab alterius malitia prouocata, superiorem se in exequenda vltione constitutum, & remuneras nequam duplicat quod semel factum est. Vltio penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certam redarguitur malignitatis.

Quid enim refert inter prouocantem & prouocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? Tamen veerque læsi hominis Domino reus est: qui omnem nequam & prohibet & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio est: nec locus se-

cernit, quod similitudo coniungit. Absolutè itaque præcipitur malum malo non repen-

*Rem. 12.*

dendum. Par factum, par habet meritum. Quomodo id obseruabimus, si fastidientes in fastidio vltionis non crimus? Quem autem honorem litabimus domino Deo, si nobis

Barbitrium defensionis arrogauerimus? Nos putres vasa hætilia, seruulis nostris asfumen-

tibus sibi de conseruis vltionem, grauiter offendimur: eosque qui nobis patientiam ob-

tulerint suam, ut memores humilitatis, seruitutis, ius dominici honoris diligentibus, non

probamus modò, sed ampliorem quām ipsi sibi præsumpsissent, satisfactionem facimus.

Id nobis in Domino tam iusto ad æstimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur?

Quid ergo credimus iudicem illum, si non & vltorem? Hoc se nobis repermittit,

dicens: Vindictam mihi, & ego vindicabo. id est, Patientiam mihi, & ego patientiam *Deut. 32.*

remunerabo. Cùm enim dicit, Nolite iudicare, ne iudicemini, nonne patientiam flagi-

tar? Quis enim non iudicabit alium, nisi qui patiens erit non defendendi? quis id circò

iudicat, vt ignoscat? Ac si ignoscet, tamen iudicantis<sup>65</sup> impatientiam cauit, & hono-

rem vniuersi iudicis, id est, Dei abstulit. Quantos verò casus huiusmodi impatientia incur-

fare consueuerat? Quotiens pœnituit defensoriem?<sup>66</sup> quotiens instantia eius deterior

facta est causa suis? Quoniam nihil impatientia suscepimus, sine impetu transigi nouit:

nihil impetu actum, aut non offendit, aut corruit, aut præcepit abiit. Iam si leuius de-

fendaris, infanies: si vberius, oneraberis. Quid mihi cum vltione, cuius modum rege-

re non possum per impatientiam doloris?<sup>67</sup> Quod si patientia in cubabo, non dolero: si

non doleo, vlciscin non desiderabo. [Post<sup>68</sup> has principales impatientiae materias, vt

*C A P. XI.*

potuimus regestas, quid inter ceteras euagemur, quæ domi, quæ foris? Lata atque diffu-

sa est operatio mali. Multiplicia spiritus incitamenta iaculantis, & modò paruula, modò

maxima. Sed paruula de sua mediocritate contemnas, maximis pro sua exuberantia ce-

das. Vbi minor iniuria, ibi nulla necessitas impatientia. At vbi maior iniuria, ibi<sup>69</sup> ne-

cessior iniuria, medela patientia. Certemus igitur<sup>70</sup> quæ à Malo infliguntur sustine-

re, vthostis studium, æmulatio nostræ<sup>71</sup> aequanimitatis eludat. Si vero quædam ipsi in

nos, aut imprudentia, aut sponte etiam superducimus, quæ patienter obeamus, quæ

nobis imputamus. Quod si à Domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiam

quam Domino præbeamus? Quin infuper gratulari & gaudere nos docet, dignatione

diuina castigationis. Ego, inquit, quos diligo, castigo. O seruum illum beatum, cuius

emendationi Dominus instat! cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non

decipit. Vndique igitur adfæcti sumus officio patientis administrandæ. Quia qua ex

parte, aut erroribus nostris, aut Mali insidiis, aut admonitionibus Domini<sup>72</sup> interueni-

mus, <sup>73</sup> eius officij magna merces, felicitas scilicet. Quos enim fœlices Dominus nisi

patients nuncupauit dicendo: Beati pauperes spiritu, illorum est enim regnum cœlo-

*Matth. 5.*

rum. Nullus profectò spiritu pauper, nisi humiliis. Quis enim humiliis nisi patients? quia ne-

mo subiicere potest, sine prima patientia subiectionis ipsius. Beati, inquit, flentes at-

*Ibidem.*

que lugentes. Quis talia sine patientia tolerat?<sup>74</sup> Itaque talibus & aduocatio & risus *Luc. 6.*

promittitur. Beati mites. Hoc quidem vocabulo: impatientes non licet omnino cens-

erit. Item quum pacificos eodem titulo fœlicitatis notat, & filios Dei nuncupat, nunquid

impatientes pacis affines? Stultus hæc senserit. Quum verò gaudete & exultate dicit, quod-D  
tiens vos maledicent & persequuntur: <sup>75</sup> merces enim vestra plurima in celo: id vtique  
non exultationis impatiæ pollicetur: quia nemo in aduersis exultabit, nisi antè ea con-

CAP.XII. tempserit: nemo contemnet, nisi patientiam geserit. [76] Quod pacis gratissima Deo  
Math.18. adtinet disciplinam, quis omnino impatiæ natus, vel semel ignoscet fratri suo? non  
Math.5. dicam septies, sed septuagies septies? Quis ad iudicem cum aduersario suo dirigens, ne-

gotium <sup>77</sup> conuenientia soluet: nisi priùs iam doleret, duriciam, amaritudinem, venena  
læcilect impatiæ amputaret? Quo modo remittes, & remittetur tibi, si tenax iniuria per-

Luc. 6. absentiam patientiæ fueris? Nemo conuulsus animum in fratrem suum, munus apud alta-  
Math.5. re perficit, nisi priùs reconciliando fratri reuersus ad patientiam fuerit. Sol super iram no-

Ephes. 4. stram si occiderit, periclitamur. Non licet nobis vna die sine patientia manere. At enim cum  
omnem speciem salutaris disciplinae gubernet, quid mirum quod etiam poenitentia mi-

nistrat, solitæ lapsi subuenire, <sup>78</sup> cùm disiunctio matrimonio, ex ea tamen causa, qual-  
lacet seu viro, seu foemina ad viduitatis persequantiam sustineri, hæc expectat, hec exo-

Iuc. 15. ptat, <sup>79</sup> hæc exorat poenitentiam, quando que initur salutem. Quantum boni utriusque  
Ibidem. confert, alterum adulterum nō facit, alterum emendat. Sic & illis dominicarum similitu-

dinum exemplis de patientia sanctis adest. Erroneam ouem patientia pastoris requirit &  
inuenit. Nam impatiæ vnam facile contemneret. Sed labore inquisitionis patientia

suscipit, & humeris insuper aduictus baiulus patiens peccatricem derelictam. Illum quo-

que prodigum filium patientia patris & recipit, & vestit, & pascit, & apud impatiæ  
irati fratris excusat. Saluus est igitur qui perierat, quia poenitentiam initit. Poenitentia

non perit, quia patientiam inuenit. Nam dilectio sumnum fidei sacramentum, Christia-

nii nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus sancti spiritus commendat, cuius

nisi patientiæ disciplinis eruditur? Dilectio, <sup>80</sup> inquit, magnanimes est: ita patientiam  
sumit. Beneficia est: malum patientia non facit. Non æmulatur: id quidem patientiæ pro-

prium est. Nec proteruum sapit: modestiam de patientia traxit. Non infatur, non proce-

uit: non enim ad patientiam pertinet. Nec sua requirit, suffert sua, dum alteri proficit  
incitatur. Ceterum quid impatiæ reliquisset? Ideo, inquit, dilectio omnia sustinet,

omnia tolerat. Utique quia patiens. Merito ergo nunquam excidet: nam cetera eas-  
cuabuntur, consummabuntur. Exhauriuntur lingua, scientia, prophetia: permanent

fides, spes, dilectio. Fides, quam Christi patientia induxit: spes, quam hominis patientia  
Cap. XIII. expectat: dilectio, quam Deo magistro patientia comitatur. [81] Vsque huc de patientia  
tandem simplici & uniformi, & tantum in animo constituta: quum eadem etiam in cor-

pore, <sup>82</sup> demerendo Domino multipliciter <sup>83</sup> adlaboret: <sup>84</sup> vt potest quæ ab ipso Dominio in  
corporis quoque virtute edita est, siquidem rector animus facile communicat spiritus le-

Dan. 4. uecta cum habitaculo suo. Quæ igitur negotiatio patientia in corpore? In primis addic-  
tio carnis hostia Domino placatoria per humiliationis sacrificium, quum fordes cum an-

gustia viçtus Domino libat, contenta simplici pabulo puroque aqua potu, quum ieiuniu-

conjungit, quum cineri & sacco inolevit. Hæc patientia corporis precations comendat,  
deprecationes affirmat: hæc aures Christi Dei aperit, seueritatem dispergit, clementiam

elicet. Sic ille rex Babylonius offenso Domino cum squalore & padore septemni ab his  
manu forma exulasset, immolata patientia corporis sui, & regnum recuperavit, & quod

optabilius homini est, satis Deo fecit. Iam si altiores & feliciores gradus corporalis pe-

Math. 19. tientia digeramus, eadem sanctitati quoque procurat continentiam carnis. <sup>85</sup> Hæc  
viduam tenet, & <sup>86</sup> virginem adsignat, & <sup>87</sup> voluntarium spadonem ad regna celi leu-

Quod de virtute animi venit, in carne perficitur, carnis patientia in persequitionibus de-  
nique præliatur. Si fuga <sup>88</sup> vrgeat, incommoda fugæ caro militat. Si & carcer præuenit,  
caro in vinculis, caro in ligno, caro in solo, & in illa paupertate lucis, & in illa patientia  
mundi. Quum verò producitur, ad experimentum felicitatis, ad <sup>89</sup> occasionem secundum

Math. 26. si spiritus promptus, sed caro sine patientia infirma, ybi salus spiritus & carnis ipsius. Atque  
hoc Dominus de carne dicit infirmam pronuncians, quid ei firmandæ opus sit ostende-

patientia scilicet? aduersus omnem subvertendæ fidei, vel puniendæ paratur, vt verba  
ra, vt ignem, vt crucem, bestias, gladium constantissime toleret, quæ Propheta, quæ pro-

CAP.XIII. stoli sustinendo vicerunt. [90] His patientiæ viribus securatur Esaias, & de Domino nō tac-

et. 7. <sup>91</sup> Lapidatur Stephanus, & veniam hostibus suis postulat. <sup>92</sup> O felicissimum illum qui

A que, qui omnem patientiae speciem aduersus omnem diaboli vim expunxit. Quem non  
abacti greges, non illae in pecore diuitiae, non filii vno ruinæ impetu adempti, non ipsius <sup>Iob. I.</sup>  
denique corporis in vulnere cruciatus, à patientia (fide Domino dedita) exclusit, quæ dia-  
bolus totis viribus frustrâ cæcidit. Neque enim à respectu Dei tot doloribus auocatus ille  
est, sed constitit nobis in exemplum & testimonium, tam spiritu quam carne, tam animo  
quam corpore, patientiae perpetrandæ: vt neque damnis secularium, nec amissiblibus  
charissimorum, nec corporis quidem conficitationibus succidamus.<sup>95</sup> Quale in illo viro  
fereretur Deus de diabolo exstruxit? Quale vexillum de inimico gloriae sue extulit, quoniam  
ille homo ad omnem acerbum nuntium nihil ex ore promeret, nisi Deo gratias, cum <sup>Iob. 2.</sup>  
vxorem iam malis delassatam, & ad praua remedia suadentem exacerbat? Quid ridebat  
Deus: quid dissipabatur Malus, quum Iob immundam ulceris sui redundantiam magna  
æquanimitate<sup>96</sup> distingeret,<sup>97</sup> cum erumpentes bestiolæ inde, in eosdem specus, &  
pultus foraminosæ carnis ludendo reuocaret. Itaque operarius ille viator Dei, retusis <sup>Iob. 17.</sup>  
omnibus iaculis tentationum, lorica clypeo patientiae, & integratem mox corporis  
à Deo recuperavit, & quæ amiserat reduplicata possedit.<sup>98</sup> Et si filios quoque restitui vo- <sup>Iob. vii.</sup>  
lueret, pater iterum vocaretur. Sed maluit in illo die reddi sibi tantum gaudij: securus sic  
de Domino, distulit. Sustinuit tam voluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia viue-  
ret. [99] Adcò satis idoneus<sup>100</sup> patientiae sequester Deus. Si iniuriam depositeris penes <sup>CAP. xv.</sup>  
B cum, vltor est: si damnū, restitutor est: si dolorem, medicus est: si mortem, resuscitator est.  
Quantum patientiae licet, vt Deum habeat debitorem? Nec immeritd. Omnia enim plati-  
cita eius tuerit:<sup>101</sup> omnibus mandatis eius interuenit. Fidem munit, pacem gubernat, di-  
lectionem adiuuat, humilitatem instruit, pœnitentiam expectat, exomologesin adsignat,  
carnem regit, spiritum seruat, linguam frænat, manum continet, tentationes inculcat, scâ-  
dalapellit, martyria consummat: pauperem consolatur, diuitem temperat,<sup>102</sup> infirmum  
non extendit, valentem non consumit, fidelem delecat, gentilem inuitat, seruum domi-  
no, dominum Deo commendat, fœminam exornat, virum approbat: amat in puer,  
landatur in iuene, suspicitur in senecte: in omni sexu, in omni ætate formosa est.<sup>103</sup> Age iam  
si & effigiem, habitumque eius comprehendamus. Vultus illi tranquillus & placidus, frons  
pura, nulla miceroris aut iræ rugositas contraeta: remissa & quæ in latum modum superci-  
lia, oculis humilitate, non infelicitate deiecit. Os taciturnitatis honore signatum. Color  
qualis fecuris & innoxii. Motus frequens capitis in diabolum, & minax risus. Ceterum  
amictus circum pectora candidus, & corpori impressus: vt qui nec inflatur, nec inquieta-  
tur. Sedet enim in throno Spiritus eius mitissimi & mansuetissimi, qui non turbine glo-  
meratur, non nubilo liuet, sed est tenerè serenitatis, apertus & simplex, quem<sup>104</sup> tertio vi- <sup>Matt. 17.</sup>  
dit Helas. Nam ubi Deus, ibidem & alumna eius, patientia scilicet. Cum ergo spiritus Dei  
descendit, indiuidua patientia comitatur eum. Si<sup>105</sup> nos cum spiritu admirerimus, in no-  
bis morabitur semper: in modo nefcio an diutius perseueret sine sua comite ac ministra. Omni  
loco ac tempore tangatur necesse est: quodcumque inimicus eius inflixerit, solus sustinere  
C non poterit, carens instrumento sustinendi. [106] Hæc patientiae ratio, hæc disciplina, hæc <sup>CAP. XVI.</sup>

<sup>107</sup> opera coelestis & vera, scilicet Christiana, non vt illa patientia gentium terra, falsa, pro-  
brofa. Nam vt in isto quoque Domino<sup>108</sup> diabolus æmularetur, quasi planè ex pari (nisi  
quod ipsa diueritas mali & boni æqualiter<sup>109</sup> magnitudinis par est) docuit & suos patienti-  
am propriam: illam dico, quæ maritos dote venales, aut<sup>110</sup> lenocinijs negotiantes vxo-  
rum potestatibus subiicit.<sup>111</sup> Quæ aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequij labo-  
rem mentitis affectionibus tolerat:<sup>112</sup> quæ ventris operarios, contumeliosis patrociniis  
subiectione libertatis, gulæ addicit. Talia Nationes patientiae studia nouerunt: & tanti bo-  
ni nomen, fœdis operationibus occupant: patientes riualium & diuitum & inuitatorum,  
impantes solius Dei viuent.<sup>113</sup> Sed viderint suam sui<sup>114</sup> Praesides,<sup>115</sup> quam patientia  
subter ignis expectat. Ceterum nos amemus patientiam Dei, patientiam Christi: repen-  
damus illi,<sup>116</sup> quam pro nobis ipse dependit. Offeramus patientiam spiritus, patientiam  
camis, qui in resurrectionem carnis & spiritus credimus.

ULLIAN,  
Ædotationibus  
ÆMELII.

A.V.  
16.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN  
LIBRVM DE PATIENTIA.

## CAP. I.

1. Confiteor ad Dominum Deum, &c.] Prater Praefatiunculam quandam caput hoc tractat, sicut & inscriptius: De affectata Philosophorum Patientia. De qua adeo etiam S. Cyprianus lib. de Bono Patientie c. i. & ipse Tertullianus vlt. cap. Est autem Tertullianus: Confiteor ad Dominum pro: Confiteor Domino. Item: suggestum inuis. Legimus vero paulopost ex tribus MS. Vaticanis cod. non finit. pro: non sum.

2. quod frui non datur.] Dicimus (inquit Rhenanus) vitrumque, & fruor hanc rem, & fruor hac re. Tertulliano etiam non satis est dicere: Vacent sanitatem, nisi prepositionem à addat, quod perpetuò ferè facit.

3. etiam qui cæca viuunt.] Hic (et adnotat idem Rhenanus) elegantiam Graecam affectat: nam solent illi aduerbia plurimi nominum instar ususpare. Exponit ergo cæca, pro: cæcè. Non pro�us dissimilis apud Cyprianum locutus est, quum inquit, de bono Patientie: Qui non loquimur magna, sed viuimus. Simile est Lucretianum illud: Acerba viens, pro acerbè. Quam autem hic nominatim bonum patientie appellat, hinc natus titulus libri citati S. Cypriani.

4. tantum illi subsignant.] Hoc est (inquit Rhenanus) tanti Patientiam faciunt, tantum ei tribuunt. Subsignare, profabescribere & fauere. Aduersus Marcion. lib. i. In vobis est, si velitis, illi obsequium subsignare.

## CAP. II.

5. Nobis exercenda Patientia, &c.] Capitur huic titulum dedimus: De Dei Patientia, quam etiam celebrat iisdem penè verbis S. Cyprian. dicti libri cap. 2.

6. non affectatio humana, &c.] Sic ex 3. MS. pro: affectio; nam haud dissimiliter S. Cyprian. etiam citante Rhenano: Apparet (inquit) non esse illic veram patientiam, ubi sit insolens affectata libertatis audacia, & exerti ac seminudi pectoris inuercunda iactantia. qui etiam recte interpretatur caninam & equanimitatem, de Cynica seu Diogenica tolerantia.

7. stupore.] Pro arrogancia, ut hic, accipi videatur. S. Cypriano vox est familiaris, ut adnotauimus ad Epist. eius 41. num. 21. & ad lib. de Unitate Eccles. num. 56.

8. sed viuæ ac celestis disciplina diuina dispositio delegat.] Legimus cum Latinito ex 3. MS. viuæ, pro: viua. Et qui (inquit Rhenanus) pro: diligat, quod prima habebat editio, putauimus aliquando nobis scriendum esse, dirigat. Nunc in: delegat mutantius, non male, ut putamus. Est delegare, iniungere seu committere aliquid. Sic lib. 2. aduersus Marci. Nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. Porro celestem disciplinam vocat à Christo missa celitus institutam. Quam magisterius celestibus discimus, inquit Cyprianus lib. de Bono Patientie, veluti declarans quod hic dixit Tertullianus: Celestis disciplina diuina dispositio.

9. qui florem lucis huius, &c.] Et hunc locum

(inquit Rhenanus) suauiter edifferens Cyprianus: Quis vero in Deo (inquit) & quanta patientia, quia in contumeliam sue maiestatis & honoris infinita ab hominibus profana templa, & terrena signa & sacra sacrifice patientissime sustinens, super bonis & malis aquiliter facit diem nasci, & lumen solis oboriri; & cum imbris terram rigat, nemo a beneficiis eius excluditur, quo minus usque familiari & iniustis indiscretas pluvias largiatur? Videntur inparabili equalitate patientis noctibus & invoxi, negligi, & impudicas agentibus & ingratis, Domini tempora obsequi, elementa famulari, spirare venti, fontes fluere, grande cere copias mecum, fructu matutino vinearum, excuberare ponis arbusta, senora fronde, prata florere, &c. Qui etiam Rhenanus recte explicat temporum officia, quia ver suo tempore fruges pricit, astis calore concoquit, elementorum fertuia regenerat enim aer, calefacit ignis, irrigat aqua, terra fructificat.

10. totius genitura tributa.] Per tributa genitura (inquit idem Rhenanus) conceptum nativitatem, nemque factum in utero & partum ipsum intelligi. Numalium, inquam, omnium, non solum hominis. Nam genitura Auctori natuitas est. Quia ipsum ab eo reperitur, ad illud de Resurrectione universitate: à benedictione genituræ, & ibidem ad ultimum concubitus genituram, & ad illud lib. 4. aduersus Marc. genitura peruersa est. Quazquon pauci der accipiatur lib. aduersus Valentini. quemadmodum latinus. Atque hic ex MS. 3. legimus: patitur, pro quod male legebatur: patiatur.

11. nomen cum familia ipsius persequentes] Ita tres MS. pro eo quod erat: nomen, familia, & autem accipit: nomen (ut recte adnotauit Rhenanus) in lib. de Resurrec. carn. cùm pro nomine facta in medium extracta; & Lastantius lib. 5. de Philippi quodam loquens: Tres (inquit) libros eiusnam contrari ligationem nomine Christianum. Cyprianus: Ille nominis sui semper inimicus. Nempe pro professione Christiana, ut in margine eius libri idem Rhenanus legitur, & nos quoque in illud. S. Cyprian Epist. 52. et si occisus proper nomen postmodum fuerit, ut in 50. similiter etiam Auctor libro secundo ad Varrum 3. obiectione nominis, & l. de Cor. milit. t. 1. infra nomini negotium fecerit.

## CAP. III.

12. Et hæc quidem diuinæ patientie, &c.] Inscriptius caput hoc: De Christi patientie, pro etiam iisdem penè verbis inculcat: Sanctus Cyprianus, ubi supra cap. 3. Addidimus autem: quidem 3. Manuscriptis. fors vero pro forte accipit elabiler.

13. Nasci se Deus, &c.] Hac (codem Rhenanus nonante) Cyprianus copijs explicat: Omnes denique ad eius ab ipsis statim aduentu patientia comite figurantur. Quod primum de illa sublimitate celesti ad terram descendens, non aternatus Dei filius carnem hanc induere.

14. & à seruo suo tinguatur.] Sic ex MS. 3.

tingitur: nam Tertulliani phrasis esse patet vel ex illo lib. aduers. Marc. 1. ubi similiter dixit: oleum quo suos vnguit; maxime quod etiam Plinius, quem liberter imitatur, dixerit lib. 35. cap. 6. cum purpuris pariter tingitur. Atque hoc sic expressis loco citato s. Cyprianus: Dominus baptizat a seruo; sicuti & id quod sequitur haec verba: Cum diabolo tentante congrederetur, & inimicum tantum vicisse contentus, nil ultra verba conatur.

15. absolute scilicet veniam offendere patientie eruditus.] Interpretatur Rhenanus, quia videlicet offendere patientia dare solet, hoc est ignoscit. Verum hic filio opus non erit, si legamus cum tribus MS. ob latorem scilicet venire offendere patientia eruditus. Que etiam lectio magis placet, nam ita loqui solet Tertullianus: venire eruditus.

16. Atquin.] Atquin (inquit Rhenan.) usurpat perpetuo pro: atqui, quod semel adnotasse sufficiat. Talia multa Library veteribus exemplaribus inuenierunt. Sic & aliquo recipit eis pro: alio qui.

17. celestes signes representari.] Vide infra lib. primum aduers. Marci. ad illa verba: panem quo ipsum corpus suum representant.

18. Parum hoc, si non etiam proditionem, &c.] Cyprianus (adnotante Rhenano) his verbis sententiam istam circumloquitur: Nec mirandum (inquit) quod circascedentes tales existent, qui Iudam potius usque ad extremum longa patientia sustinere, cibum cum nimico sumere, hostem domesticum scire, nec palam ostendere. Ergo quo d' Tertullianus dicit: denotare, id velut explicans Cyprianus dixit: ostendere. Quia ipsa significacione dixit infra lib. de Vel. virg. cap. 9. in Ecclesia denotaretur. Alibi fieri pro: arguere ab Autore accipitur, ut patet lib. de Pall. supra n. 3.

19. ne unius quidem discentis.] Discentem (inquit Rhenan.) vocat discipulum compluribus locis, sicut audientes, auditores, in l. de Penitentia, & lib. de Veritate Christi. Sed quid iam (inquit) discentes Pontici illius. In lib. de Prescript. adu. hereticos: c. 3. Nonne ab ipso Domino quidam discitum scandalizati deuerterunt, c. 20. sive discitum scorium, c. 22. Discitibus missum. Et Discentibus (inquit) meis cadere ad vos predicare mandaueram. Intelligit autem hic Petrum. Eodem item libro: Etiam proprij (inquit) discentes & successores eorum, sic etiam l. adu. Marc. 4. tres de discitibus.

20. Itaque & gladij opera maledixit in postrem.] Quam frequenter (vri lib. de Spectaculis n. 1. latius) gladiatores impugner, contra eos proprie hoc dictio videtur de quo interius latius lib. de Corona Militis.

21. Taceo quod figurit, &c.] Figurit accipit. Tandem cruci figurit. Atqui pro: subeundae mortis, MS. subiectae, quod nescio ita antiquitus usurpatum fuit. Paulus autem latius s. Cyprianus hoc prosequitur, adatus pulcherrimis antithesis ab eo loco: Sub ipsa autem pugione, &c.

22. penes nos verò ratio & structio.] Alludit ad illud 1. Cor. 1. Verbum enim crucis perenuntibus quidem figurativa studina, nobis autē Dei virtus est. Et si autem MS. legant: structio, magis tamquam placet structio. Nam sicut Rhenanus adnotat: structio nemus iuris, pro: instructione, ut l. de Cult. fam. c. 11. structio comparatum, pro: instructio; & structus, pro: instruens, ut in hoc libro paulopost: De suo experimento (inquit) quid ad peccatum adiutoriet structus: in li-

bro de Resurr. carn. Quot steriles, inquit, viriisque naturae infruitiosis genitalibus strickt.

## C. A.P. IIII.

23. Igitur si probos quoque seruos, &c.] Inscriptionem capitii huic dedimus: De patientia obsequij, quam vicissim Deo debemus. Accipit autem ingenium dominicum, pro: ingenio dominorum. Legit autem MS. 3. secundum Dominum morigeros, pro: eo quod excusi: moratos, quod adeo in textum reposuit, quia nūquam repperi moratos, pro: morigeros.

24. non in compede, aut pileo.] Prout illud (uti recte adnotauit Rhenan.) seruitutem & paenam, posterius manumissionem libertatemque respicit. Virgilus interpres Seruus auctor est seruos in Ferentia templo elimi raso capite pileum accepere solitos. Erat enim insigne libertatis pileum. Hinc illud. Ad pileum vocare seruos, paenam apud Autores obuium. Eodem pertinet numisma Brutti, pileo daubibusque pugionibus insignitum; nam ex his (inquit Dion. hist. lib. 47.) Brutus significabat a se & Caesio patriam seruitute liberatam. De aliis quoque libertatis insigniis vide T. 3. l. de Prescript. aduers. his ref.

25. seruitute subnixis.] Sic Cyprianus alibi (citate Rhenan.) de Lucifero loquens lib. de Zela & liuore. Ille (inquit) datus angelica maiestate subnixus, ille Deo acceptus & carus. Quamquam ibi alter videatur accipi, nempe pro eo qui nitebatur maiestate, & nimium ea sibi confidebat; hic vero pro: subiectis.

26. viibus nostris eas à Domino prouisias.] Alludit ad illud Gen. 1. Dominamini piscibus maris, &c. item quod est Genes. 9. Terror & tremor vester fit super omnia animantia, &c. Atqui pro eo quod sequitur non ita multo post: quis de bono eius latere retractet, MS. 3. legunt: tractet, sed non placet, quia videtur propter hanc retractet accipi, non scimus alibi, pro tractare, quemadmodum lib. adu. Praxean T. 3. latinis.

27. in expedito.] Phrasis Iureconsultorum in expedito esse. Hinc illud Vlpiani l. Si dubitet. ff. De fiduciis, quam numeratio totius debiti non sit in expedito. Similiter & illud: in præscriptionis compendio, verum de eo latius in Adnot. nostris ad lib. de Prescript. adu. hereticis n. 1.

## C. A.P. V.

28. Verumtamen procedere disputationem, &c.] Titulus huic capituli haud immerito inscribitur: De impatientia, de qua non Autror modo, sed & s. Cyp. lib. supradicti c. 7. tractant latissime, multis insidens penitentia etiam vrens.

29. neutrum alteri facere.] Videtur (inquit Rhenan.) dictum à Tertulliano: Neutrū alteri facere, pro eo quod est, neutrum cum altero facere, id est: neutrū alteri consentire.

30. natales impatientie.] Appellar (inquit Rhenan.) impatientie natales, originem sive initium impatientie. Sie lib. 1. adu. Marc. natales agnitionis dixi: Idcirco (inquit) à Pentateucho natales agnitionis supputabuntur. Et in lib. de Pallio: natales mundi: Ab ipsis (inquit) mundi natalibus compotes sumus.

31. malitiam ab impatientia aufpicatam.] Frequenter adnotat Tertullian. hic participio paenitentia vti. Similiter autem infra lib. de Cor. milit. reuelari aufpicatus, ubi idem: Aufpicari (inquit) usurpat pro simpliciter incipere. Atqui pro: quid ad peccandum adiutoriet, legunt MS. 3. adiuuaret, perinde est.

ULLIAN,  
in statu omnibus  
AMELI.

A. V.  
J. 6.

## Adnotat. in lib.

242

32. si diuino interdicto patientiam perseruaret. ] Sic ex 3. MS. pro eo quod erat: præseruaret. De diuino autem illo interdicto latius l. de Irenio T. 5.

33. apud Adam nondum maritum. ] Idem est quod alibi contra Iouianum, habet Hier. Adam quamdui in paradiſo fuit, virginem fuisse.

34. ad traducem. Quamquam obſcurē, videtur tamē ad peccatum origine alludere, verum de eo latius l. de Bapt. T. 3. Latinus censet legendum: ac traducem: meo quidem iudicio recte.

35. & circa diaboli circumscriptionem. ] Deceptionem (vti adnotauit Rhenanus,) intelligit, qua diabolus Euam circumuenierat, Hanc refutare debebat Ad. Circumscribere, decipere significat; & Cicroni circumscribere senatum, est autoritate senatum priuare; trahit à fabris aut chirurgis Metaphora, qui que practicii sunt, priuam circumscibunt. Et resuera primi parentes nostri à diabolo sunt circumscripti, cuius acti de paradoſe sunt electi, atque exilio damnati, omni iure poſſionis ſibi adempio. Eodem pertinet illud Cornificij: Ne omnino Patres Conſcripti circumscripti putentur.

36. Fanocens erat. ] De Adami innocentia ante lapsum plenius libri S. Auguft. Aduerſus Pelagianos, ad quos Lectorem remittimus.

37. At ubi ſemel ſuccidit impatiens. ] MS. 3. succubuit; verum illud placet, ea quod alibi frequenter ſuccidere accipit. Auctor pro: succumbere; ex exempli gratia l. de Cor. mil. vanitati ſuccidisse, & inſta huīus l. cap. 14. conſtitutionibus ſuccidamus.

38. usurpari. ] Vſurpat (inquit Rhenanus) ad quos ius poſſionis ſpectat. Sic impatiens veluti iam poſtſens hominem facile cum ad quidam traxit, quod Deum offendere. Eſt etiam hęc Iureconsulorum vox. Non multo autem poſt legimus ex MS. 3. cum Latinis: si iratus fratri ſu non eſt.

39. impatiens tunc infantis, &c. incunabula. ] Elegans (inquit Rhenanus) vir undequego doctifimus Terullianus incunabula impatiens vocat prima exordia, ac quā rudiaria. Alioquin incunabula pro natib⁹ & origine ſumere ſolent Auctores. Inſtina l. 12. Si non ſolim tyrocinia, verum etiam incunabula, in iphis caſtris poſſiſſent. Idem lib. 31. Contra Romanos aiuto lares. & incunabula maiorum templaque, ac Deorum ſimilacra inexplibile deſiderium videntur tenebat. Apę vero addit infantis. Similiter dixit Auctor l. de Preſcript. adu. herofes: quibus incunabulis iſtitutum eſt corpus.

40. Hac ut principalia penes Dominum delecta. ] Hanc abſimiliter S. Cyprian, lib. de Boni patient. cap. 5. Adulterum, fratrem homicidium, mortale crimen eſt, ſuper quo aliquid diuimus noſtris Adnotat. num. 3. Hoc interim hic notandum, quod quoniam S. Auguft. & alii recentiores delicta accipiunt pro peccatis minoribus, Terullianus in genere accipiatur pro omni genere peccatorum; ubi autem de grauioribus agit, addit: principalia, capitalia, mortalitia, verum de hoc latius lib. 4. adu. Marc.

41. excetta delictorum. ] Magis placet hęc lectio poſtrem editionis Basiliensis, quam ea quam habent Lugdunensiſ & alia quædam, quā nque interpretatur Rhenanus, exhedra, eo quod plus habeat energie dicere impatiens excetram, id eft: hydrā, quam dum taxat: exhedram, id eft ſedem delictorum, Ma-

xime quum etiam S. Hieron. (vti iam olim ad meſcripsit Ioan. Harrisius, hanc comprobans) epift. 37. ad Iulianum Diaconum, eadem significatu excetram accipiat, & multi ſcripores hydram ab Hercule ſuperatam, eadem appellent nomine.

42. Post manna eſcatilem pluiaſam. ] MS. 3. manna, verum illud placet, tum quod ſequatur pte aquatilē ſequaciam, tum quod lib. adverſ. Ind. cap. 3. ablativo caſu viens dicar: manna cibam, & in accusativo aduers. Marc. lib. 4. legi manna, Atqui (vti adnotauit Rhenanus) hic audis Schriftianas phrasēs eius temporis.

## CAP. VI.

43. Ipsa adeo eft, &c. ] Vel ipsum initium huius uerbi ritulum indicat: Quod Patientia fidem antecedit & ſubſequatur, quod ex parte etiam imitatur S. Cypr. vbi ſupra c. 4.

44. & iuſtitia deputatus eſt ab illo, &c. ] Omittenda eft hic marginalis ſuſpēcta adnotatio. In Ambiam typica fidei contrefatio. Neque enim illud ad fidem aliam quam viuam pertinere, ipſe Auctor in indicat, dum ſubſtituit: led fidem eius Patientia probavit; & paulopqſt, fides patientia illuminata. Cui ſimilem plāne habet locum quidam S. Cypr. Epift. 5. vti & nos ibidem adnotauimus num. 13. Faci propterdem quod paraphrasiōis veris illud: & iuſtitia deputatus eſt ab eo, id eft: iuſtitia deputatus eft, gen. in quod legitur Gen. 12. Et deputatus eft ei ad iuſtitiam.

45. fine iudicii periculo licet. ] Iftud non tenpernet ad illud: nec fatue (quid Greco eſt) quidem dicere, quia hoc prohibet Christus, ubi per gehenna, quam ad id quod precedit; nec verbo quidem lacessere; quia ſic legitur Matth. 5. Quia omni qui iraſcit fratri ſuo, reuultus eft iudicio. Nifdam, quis iudicium hęc ab Auctore in genere accipit, tenpro concilio, quam pro gehenna. Atqui in quod hęc quantur, rurſus Cyprian. Auctorem imitata ſunt nem 2. cap.

46. quando ne lingue quidem malefacto conceſſum eft. ] Adnotatu digna haec ex 3. MS. reſtituit, qua: lingua legimus pro: digna, vniſu ſu quia torquere cum Rhenano in huīus ſententiā explicatione.

## CAP. VII.

47. Iam verò percurrentibus nobis, &c. Capit. huīus titulus recte hic ponit poſit: Quid contemptum facili Patientia operetur. In qua ſententia Auctorem imitatur S. Cyprianus de Boni patient. cap. 5.

48. Ita detrimentum patientia, &c. Iofſerit inquit Rhenanus ſententia. Videlicet ſic intelligenda deſignanda que. Ita Dominus præministrat patientia detrimentum, ſubaudi rei familiaris, ſatidim operientia, hoc eft, contemptum diuitiarum. Appellat eft ſententia, Dominus primus offendit patientes, ſatidem eſſe detrimentum rei familiaris, dum docet diuitias offert, contemnendas. Si apte cohererit clasſula que ſequatur.

49. Læſuras quoque carum computandas ſunt. & eſſe. ] Læſuras (interpretatur idem) vocat detracita ſue diſpendia, quum aliquid de re familiaris inſumitur. Potuiffet dicere, iacturas, ſed placuit non ſuocabulum. Sic l. de Refur. carn. Prælustras enim & læſuras quibus corrumptitur homo exterior. Eadem

lib. ex lauris & anima & carnis obueniunt.  
50. Itaque si damno affecti impatiens senserimus.] iterum hoc ex MS. 3. restitutus, quoniam phasis sit Tertullianica, pro eo quod Rhenanus suum, ut faretur, iudicium fecerit: impatiens erimus. Cum quibus etiam veteres sequuntur legendos: adines, pro: affines. & supplemus illud: quoniam alienum amissum dolentes agere sustinemus. & max Libentes, pro eo quod tamquam elegantius erat substitutum: Libenter.

51. etiam in foro.] Istud videtur referendum ad forum iudiciorum, ut agat contra aduersarios, qui pecunia gratia nihil damnationis timentes, quiduis adgredi dubitant.

52. quoniam denique ludo & castris sese locant.] Ludum (inquit Rhenan.) gladiorum intelligit, cuius prestitus Lanista dicebatur per castra militiam de quibus latius partim lib. de Specie. partim lib. de Cor. milis.  
53. in mores bestiarum.] Hoc iterum restitutus, pro eo quod tamquam elegans legebatur more bestiarum. Nam ita legi Tertullianus (Rhenano teste) codex Antonianus aperte ostendit, ut sit: in more, pro: in morem, pro quo quidam offendit ea lectione legebant, sed vnde: inimicemores.

## C A P . V I I I .

54. Ipsam animam, ipsimum corpus, &c.] Quoniam a detractionis temporalibus ad iniuriarum patientias transcat, recte hoc caput inscribimus: De iniuria Patientia. In quo partim illum imitatur S. Cyprianus supra.

55. minorum deliberatione ledemur, &c.] simile dicit Auctor lib. adu. Marc. 4. non decem mēnum cruciatu liberatus. Ad quem locum Rhenanus, deliberatus, inquit, pro: liberatus, & mox locum hunc sic explicat: minorum deliberatione, hoc est dum faciliter sumus ut a minoribus periculis liberemur. Ide aucti lib. adu. Tertullianus: animalie medie specie liberatum, longe aliter interpretatur pro: adiudicatum, ut si dicter: deliberatu, citans Festum Pompeii, qui derivat: deliberare, à libella qua quid perpenditur. Ego quo: modo loci illi intelligendi sint, illuc Lectorem remittens, hic usus simpliciter accipi debet pro: simplici deliberatione, qua minimion a cogitatione differt, ut sit sensu: Minimam iniuriarum deliberata cogitatione ledemur, quia ad maiores iniurias integrum corpus exposuimus gerere debemur.

56. monela.] sic monelam (inquit Rhenanus) usurpat a monendo, pro monitorie sicut à sequendo, sequalem. Paula ante: Post pectus aquatilem sequelam sperant de Domino. Sic lib. adu. Marc. 5. Inquit (inquit) non monela de celo.

57. Quius ictus.] Dicit (inquit Rhenanus) Quius pro: Quantus cumque.

58. Dominus ipse maledictus in lego est.] Necessario hoc referri debet ad illud Deuteronom. 21. Maledictus à Deo mina qui pendet in ligno. Item ad locum Gal. 3. 13. ubi post eam scripturam citatam addit: Pr in Gentibus benedictio. Tercio & quartu in Christo Iesu. hoc est enim quod addit: & tamen solus benedictus. Quod quoniam Patri tributatur frequentissime, sane debet intelligi ut pater non excludatur, sicuti contrario filius non excludatur, quoniam de Patre dicitur: Soli Deo honor et gloria.

59. non vasculorum inquinamentis, &c. hominem communicari.] Sic omnino legendum, pro: comunicare, pater sum ex MS. Argenteo cod. infra lib. de

teiunis, tum ex MS. 3. Vatic. & 1. editione, & excus. illic qui legunt: coinquinari. Quod adeo etiam placet, nisi confarerit citari ab Auctore hic non Matthaeum (uti opinatur Rhenanus) sed Marcum cap. 7. cuius interpres hac vocem communicare, pro: coinquinare utitur; utpote apud quem, non vero apud Matthaeum, recensentur a Christo Baptismata calicum; cui respondet quod hic habet Auctor: non vasculorum inquinamentis. Plura illud videst Lector.

60. telum, &c. libratum.] Librare hic pro magna vi congere accipit, imitatus illud Virgilij Aeneid. 9. Summa telum librabar ab auro.  
Alioqui significatio propria longe alia est, pro ponderare.

## C A P . I X .

61. Ne illa quidem Impatientia species, &c.] Titulus huius capituli a nobis ponitur: Quod patientia luctum etiam temperet. Quod imitatur S. Cyprian. sub finem libri de Mortalitate.

62. Credentes enim Christi resurrectionem, &c.] Paraphrasatio explicat quod sequitur apud Apostolum 1. Thess. 4. Si enim credimus quod Iesu mortuus est & resurrexit, &c. Si qui paulopost legimus ex 3. MS. Cur enim doleas, pro: Cur ergo.

63. Cupio, inquit Apostolus, recipi iam & esse cum Christo.] Ita ex MS. 3. pro: effe cum Domino. nam Graec Χαρτον legitur. Videtur autem etiam hic aliam quam hodie existet, editionem fecutus: nam pro eo quod habet: recipi, Graec est: αναλογον, quod recte vertit noster interpres, dissolvi. & tamen eodem modo legitur infra, & lib. de Specie. cap. 28. & lib. 1. ad Vxorem cap. 5.

## C A P . X .

64. Est & alias sumimus impatientia stimulius, &c.] Hoc caput inscribimus: Quod Patientia voluntatis libidinem excludat. In qua usdem penitentibus imitatur Auctorem S. Cyprian. de Bon. Patient. cap. vlt. multo latius, quo Lectorem remittimus compendit gratia.

65. tamen iudicantis impatientiam cauit.] synecdochica (inquit Rhen.) locuto huic Auctori familiarissima ut propositionem καταστηματικην secundum, vel per impatientiam. Cauere autem iurius verbum. Caueris siibi aliquis ab aliquo. Hic itaque erit sensus Auctoris, ac si dicat: Tamen per iudicantis impatientiam de hoste suo siibi cauit, id est (uti in verbis iuris persistamus) fatus accepit, quod ali⁹ satisfecit dicent. Legimus autem cum eodem Rhenano: incursum consueuerat, pro: incusare.

66. quotius instantia eius deterior facta est causis suis?] Erat (inquit Rhenan.) instantia iuris vox est, quare miror a quo postea sit substitutum: quoque impetu eius, nullo plane sensu. Repertur enim haec vox leg. finali, De pignorat. action.

67. Quod li patientia incubabo.] Incubare (inquit Rhenan.) pro indormire, translatione sumpta à rebus caris, quas ne perdamus etiam cum dormimus, nobis supponimus custodie causa. Cypr. in lib. de Eleemosyna: Quid diutius tuus solus incubas? Sic in l. Prescript. adu. lares. Tertull. Pectori eius (inquit) incubantem dicit: & in lib. de Resurr. car. Et de isto (inquit) celo, quod nobis incubat. Nam cum Maro cecinit:

Ponto non incubat atra,  
rem incommodam violentiamque voluit exprimere. Sanc  
Plinius alter loquitur in initio lib. 2. de Natura aegris:  
Est fū una omnes incubaret, hoc est fōueret, ab aubus

X iiiij

ULLIAN,  
in statu onibus  
AMELE.

A V  
J 6.

## Adnotat.in lib.

244

*fotificantibus sumpta Metaphora. Similem autem locum s. Hieron. adfert idem Rhenan. ad illud lib. de Panit. facio & cineri incubare, ubi dixit ad Demetriadem: repositis opibus incubare.*

CAP. XI.

68. Post has principales, &c.] *Inscriptio huius capituli hoc est: Quod præterquam quod reliqua eludat mali spiritus incitamenta, etiam pro mercede æternam felicitatem recipiat.*

69. necessarius.] *Comparatum (inquit Rhenan.) iniustatum. sic necessarius dixit in neutro, in lib. de Car. Christi. Quasi (inquit) necessarius aliquid adferret, sed quod ille tum maximè agebat. Similiter autem dixit etiam lib. 4. adu. Marc. maius & necessarius lumen, & lib. de Habit. mulier. operas plures & necessariores.*

70. quæ à Malo infliguntur.] *Similiter suprà: ut nobis non magis à Malo, & infra cap. 14. disfatur Malus. Vtrobique autem (uti adnotauit Rhen.) Mali nomine diabolum intelligit. Hunc quoque malignum vocat in lib. de Fuga in persecut. Sed erue nos (inquit) à maligno, id est, ne nos induceris in tentationem, permittendo nos maligno. Sic enim ἐπονητὴ verit. Paulopōst rursus: Aut Mali infidiis. Similiter infra lib. de Cels. sc̄m. Christianus à Malo illo. cap. 5. Et lib. 2. ad Vxorem cap. 6. à Malo immissa, ac cap. 7. vbique Malo se inferunt, item: à Malo conciliatur, denique cap. vlt. ibi & Malus non est.*

71. æquanimitatis.] *Non semel & ante et postmodum æquanimitatem accipit. Author pro patientia.*

72. interuenimus.] *Interuenimus (inquit Rhen.) erroribus nostris aut mali infidiis, cum nos illis opponimus non consentiendo, sed evitando potius. Sic enim olim Tribunus Senatus confutatio intercedebat: at admonitionibus Domini interuenimus, cū illis obsequimur. sic infra: Omnibus mandatis eius interuenit.*

73. eius officij magna merces, felicitas (scilicet.) Similes loci à nobis sunt adnotati, & lib. de Panit. complures, & aliquot libro ad Martyras. Et imitatur hinc in hoc S. Cyprianus de Bon. Patient. c. 4. in hac verba: Tot denique Prophetæ intorfecti, tot Martyres glorioſis mortibus honorati, qui omnes ad coelestem coronam parietia laude venerunt. Neque enim potest accipi dolorum & passionum corona, nisi praecedat in dolore & passione patientia. Deinde etiam libro de Exhort. Martyrū cap. 12. cui hunc dedit titulum: Quæ spes & merces maneat iustos & Martyras post confutacionem huius temporis; ubi de hoc adfert complura scripturarū testimonia, & inter ceteras eā que hic citatur. Merces enim vestra copiosa est in celis. ut omittamus alios eius locos qui in Indice nostro citantur. Quæ ipsa rursum ab eodem repetuntur Testim. l. 3. ad Quir. c. 16. & 17. Eodem pertinet quid ex persona Dei dicit cap. praed. Ego patientiam remunerabo. & quid habet lib. 4. adu. Marc. Pro differentia mercedum, operarum quoque credenda distinguitur est. Quam autem merces sit correlatum meritū, locus erat etiam de illa hic aliquid tractandi: sed de eo latius infra cap. 13. contra huius reipos sectarios. Hic sufficiat huc adnotasse contra eos, qui quum Catholicis confundunt, tamen omnes passiones Martyrum pœnas esse peccatorum dicere non verentur.

74. Itaque talibus & aduocatio & risus promittitur.] *Aduocationis (inquit Rhenanus) vocabulo consolatione accipit; nā sic verit. Græcā distinctionem τὰ ἔγχων. Similiter dixit lib. adu. Marc. 3. aduocare lan-*

guentes, pro consolari, seu aduocatum languentium & gere, quem paulopōst illic vocat: aduocatorem. Apud ipsi verbis non modo interpretatur illud Martinus. Quād ipsi consolabuntur, sed & id quod habet Lucas: Beatus nunc fletis, quia ridebitis.

75. merces enim vestra plurima in celo.] *Græc est & apud Matth. & apud Lucam, δικαιοδόκησις, pro quo Latinè ab omnibus vertitur merces. Atque merces, teste Varrone lib. 3. de ling. Lat. à merendo dicta. Squid (inquit) datum pro opera aut opere, merces à merendo. Itidem μερόδος Græcè apud nullus unquam Auditor reperiatur alia significatio quam mercedis, significationē premissi. Quæ adnotauit diligentius, ut ne quisquam evadere posat, si quis vitam æternam mercedem negat auctor fuerit. Quibus addo, quid etiam aliis locis fermare sacre merces vita æternâ appelletur. Ruth 2. Edificiū sc̄m. 11. 18. 3. 6. ac 50. Sapient. 5. & 10. Matth. 10. 1. Corinth. 3. Hebr. 2. 2. Ioan. 1. & Apocal. 11. Item & premium, Tob. 4. Sap. 4. Item brauum, 1. Cor. 9. Philipp. 3. Denique remuneratio, 2. Cor. 6. Hebr. 10. & 11. 6. & quaque locis citatis μερόδος, βεβλεύεται, μερόδος δοξά. Quæ omnia eadem pertinere persimilis est ei qui Græc nouit. Neque obstat quod uno loco Roman. 8. vocetur Gratia vita æternâ, quia non esse simile est gratiam patet ex illo 1. Ioan. Gratian pro grata.*

CAP. XII.

76. Quod pacis gratiſ. Deo adinet disciplinam, &c.] *Tirulum hinc cap. dedimus: Quid & prius quoque & penitentia ministret patientia. Imitauit hic etiam Auctorem S. Cypr. c. 6. de Bon. Patient. Atque (uti adnotat Rhenan.) Adtinere disciplinam dicit, in disciplina sen ad disciplinam adinire.*

77. conuenientia.] *Conuenientiam (inquit idem Rhenan.) usurpat substantiæ, pro conuentione & plus quam intercessit. Adiudicat ad illud Matth. 5. Esti conuenientis aduersariis tuo, ego potius pro te: offensu & inuenientia accipi. Sic enim legit lib. de Orat. et adu. Marc. l. 3. vbi de hoc latius. Adnotat idem figuratam locutionem, vbi legitur: conuulsus animum pro quo MS. 2. amittit, sed perinde est. L. de Orat. c. 10. sic si tuus circumloquenter quid discordat vel offensæ cū fratre tuo contaretur.*

78. cum disiuncto matrimonio.] *Locus videlicet (uti recte Rhenanus adnotauit) de Christiano, seu vero seu feminis, qui se erubet in matrimonio coniugio, & aliquando contingebat, ut vxor Christiana maritello tandem continentiam perseueraret, quam amplectu[m] fernabat; mulier vero panitentiam erabat, atque frumentum expiabat apud Ecclesiam iuxta ritum eius tempore. Atque hoc est quod sequitur: Quantum boni vobis conferit, alterum adulteru[m] non facit, alterum emittat. Consernit quod infra dicit: Penitentiam effat, exomologesin adsignat.*

79. hæc exorat penitentiam.] *Ita hunc lector statim, pro: exhortatur, partim ex Paternitate, & qui (iuxta quod adnotat Rhenanus) legit: exorat; & Gor. i. 1. qui balbaberat: exortat; partim vero ex M. T. Vario, qui habent: & orat. Neque placet quod patet legendum Rhenan, exortat, vel: exortat, forma frequenter, ac si diceret: exortquet, quia quid alius, & latius, neutrum illud reperitur.*

80. Dilectio, inquit, magnanimitis est, &c.] *Ulinum (inquit Rhenanus) verbum παραγόμενον, Tertulliana, magnanimitis est, quod veridicatum Latinum insolens est. Sed sicut more loqui solet. Cyprianus amator Tertulliani, sed stylis purioris, Cartas, & magnitudine*

magnanima est. Idem *μαρτυρίας*, magnanimitatem reddit in lib. de *Ecclesiastica*. Aliis magis placet longanimitas. *Pertit etiam*: benefica, pro eo quod S. Cyprian. & alii plerique: benigna, quod poterum magis conuenit voce *Græca Christi*. Illud uicissim: Nec proteruum sapit, correspondet uoce *Græca πεπειται*; nam & *Erasmus* vertit: non est procas & quedam *Græca* schola eadem teste interpretantur extollit & ostentare se. Similiter *Auctor* vertit: proterut, pro eo quod *Græca* est *πονηρόν*, & nostrarum interpres vertit: non est ambitiosa. *Iacobus*: Nec incitatur, pro eo quod nostrarum interpres, nec irritatur. Nos autem id quod est intermedium: offere sua, dum alteri prodel, pro: suffici sua, quod nullo sensu legebatur, abeuntis *De Latinis*. Placuerat etiam magis: Merito ergo numquam excedit, quod ita *Grace sit & Latinus apud Apostolum*; sed nos nullum immutare, eo quod sic legant & M. Et proinde tum ut constet sensus, tum ut correspondat *Apostolo*, legimus: euacuabuntur, consumabuntur, exhaustuentur, non exhaustur. Atqui est contrario ordine hic subiiciuntur, tamen iuxta *Apostolum* sic intelligendus est *Auctor*: euacuabuntur prophetice, consumabuntur lingue; nam *Græca* est *πανσοφται*, exhaustuentur, (vbi repetitur vox: *χαρακτηρίσθαι*) scientia, nam plurali numero γνῶσει legisse videtur.

## C A P . X I I I .

81. Vtque huic de Patientia tandem simplici, &c.] Tractat hoc caput & ita inscribitur: De Patientia corporis tam in ieiuniis & continentia, quam in subeundis Martyriis. De qua etiam S. Cyprian. lib. de bon. patient. cap. penult.

82. demerendo Domino.] Similes locos adnotamus de meritis Penitentia & Martyrum lib. preced. de *Penit.* & *Ad Martyras*, eosque utroque complures; huc habet merita ieiuniū & continentia. *Alii in genere quoque*: Pro meritorum nomine (inquit) ordo relargentium disponetur, & lib. adu. *Març. 2.* quoniam & aliis positum hominem sub iudicio Dei oportebat iustum illum efficerre de arbitrio sui, id est liberi, meritis; ceterum nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset intentus, non voluntate. *Deinde Scopio aduersus Gnosticos*: Aut quomodo (inquit) multe mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum. *Apud S. Cyprian.* in nostro Indice similis locos reperiuntur numero XVII. ut ne hic in citando prolixiores sumus. Similiter merita Martyrum concelebrant SS. Chrysostom. 42. in *Genes. 2.* in *Psalm. 50.* in *Matt. 27.* ad *popul. Antioch. 77.* & ea quam scripti post redditum prioris exsiliij; item lib. 3. adu. vita. *Vit. Monast.* ac *Sermone de Penit.* & *Confess.* *Ambr. Serm. 91.* & 93. *Ephrem de laudibus SS. Mart.* in fine August. lib. que super *Exod. cap. 149.* lib. 16. de *Canticis Del. cap. 36.* ac lib. 18. cap. vlt. lib. item de *Cura pro mort. cap. 5.* & lib. 1. de conf. *Euangel. cap. 10.* *Paulinus Nat. 8.* *Felicis Lucianus presb.* epist. ad uniuers. *Eccles. Maximi Serm. de Nativ.* & *Cels. 6. Sophron. Serm. de Assumpt. B. Mariae.* & *Leo Papa. 1. Serm. 1.* & 3. de iunctio mens. Sept. Neque vero etiam scripture desunt. Inter quas occurrit imprimis illa *Hebr. 13.* Talibus enim hostiis prometur Deus & *Ecclesiast. 16.* Omnis misericordia facit locum unicuique, secundum meritum suum. Atqui meritum correspondere mercidi supra ex parte dictum cap. II. num. 75. Eodem pertinet vox

*Græca εἰρήνη ται*, sive εἰρήνη, vbi legitur loco citato *Eccles. 16. ἔργος της της εἰρήνης αὐτῆς εἰρήνης*, quae promeriti significat. & qua etiam derivatur vox, qua eritur *Apost. Hebr. 13. τοιαῦταις* (inquietus) γένη θύσιας εἰρήνης οὗθες. Sufficiunt haec contra eos, qui merita Martyrum aut bonorum operum negant, quia carta deficeret, si quis omnia cum sacra scripture, cum Patrium loca eò pertinuunt velit producere. Quid? quod & milites (inquit Isidor. *Etim. lib. 10.*) ut stipendiaria accipiunt, mereri dicuntur. Quare recte *Auctor* infra cap. 15. Quantum (inquit) patientia licet, ut Deum habeat debitorem.

83. adlaboret.] Adlaborati verbo (inquit Rhen.) *Horatius quoque vix est Odarum lib.*

*Simplis mythos nihil adlaboro.*

84. vix potest que ab ipso Domino, &c.] In prima editione non aliud legebatur quam: vix potest que ab ipso Domino in Apolstolis sustinendo vicerit; neque etiam aliud legitur 3. MS. *Vaticani codices*. Verum ex vetusto codice que derant, supponit *Gagnass* sua editione per lineas 2. 4. quae etiam genuina esse *Tertulliani stylus* satis indicat, tam etiam quod nullus sit sensus in verbis illis prioribus, & probe constet sententia quod legitur: vix potest que ab ipso Domino in corporis quoque virtute edita est, & sub finibus huius *Adpedicis* iterum in hac verba: quæ prophetæ, que Apostoli sustinendo vicerunt, sunt autem voces haec & phrasæ *Tertulliani*: negotiatio Patientia; afflictatio carnis; iquale septenni; altiores gradus patientia digerere; fanditati procurat, virginem adsignat, incommoda militari, aliaque de quibus nostra subiiciuntur. *Annotations.* Est interim adhuc *Hyperbaton*, & corruptus seu mutulus locus, vbi legitur initio huius *Adpedicis*: siquidem rector animus facile communicat spiritus innecta cum habitaculo suo.

85. Hæc & viduam tenet.] De viduarum continentia infra libris disolutis ad *Vitorem. S. Cypr. de Bon. Patient. cap. 9.* scilicet mentem *Auctoris* expressit: in viduis laborosam castitatem, in virginibus tuerat beatam integritatem. Atque hoc est quod subiungitur.

86. & virginem adsignat.] Similiter infra cap. 15. exomologchein adsignat. Est autem adsignare etiam vox *lureconsulisti* vixitate. Sic enim adsignare libertum *Modestinus* usurpat de Verb. significat, quamquam vix videntur paulo alia significatio. Atque de virginum continentia infra lib. de *Virginibus velandis*.

87. voluntarium spadonem ad regna coeli leuat.] De continentia spadonum voluntariorum, seu virorum Ecclesiasticorum, infra lib. *Exhortat. ad castitatem. Tom. 5.* & latius infra lib. de *Cultu sanctorum. 9. n. 51.*

88. Si fugia virgeat, &c.] Cum hic fugam in persecutione non improber, pater scriptum hunc librum ante heres, atque adeo ante eius tituli librum, quem habemus, infra Tom. 5. vbi ea de re latius.

89. ad occasionem secundæ intinctionis.] Ita baptismum sanguinis seu Martyrum nuncupat, de quo libro de *Baptismo Tom. 3.* vbi eadem phrasæ illud circumscribit.

90. ad ipsum diuinæ sedis ascensum.] Simile est illud S. Cypriani Epist. 52. ad Antonian. vbi Martyres dicit ad gloriam peruenire, statim fidei & virtutis accipere mercedem, omnia peccata passione purgare, statim a Domino coronari. Idque iuxta illud *Apostoli supradictum cap. 9.* Cupio iam recipi, & esse cum Christo. Aduotatu projecto digni loci ad diluendum, quod *luc-*

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELE.

A. V.  
J. 6.

## Adnotat.in lib.

246

Aiori quidam impingunt, quae senserit animas Martyrum non ante iudicium in celum recipi, de quo latius inter eis errores in nostris Prolegomenis.

91. aduersus omnem subterrendae fidei, vel punienda paraturam.] Sic omnino legendum censeo, pro eo quod erat: paratum; quod. Auctori frequentissima sit vox paratura, pro apparatu, quemadmodum alibi latius.

CAP. XIV.

92. His patientiae viribus secatur Isaiae.] Inscriptio capitis hanc ipsi contextus innuit: De exemplis patientiae Isaiae, Stephani & Iob. Atque quod Isaiae secatus sit, refutatur Epiphanius, Dorotheus, & Isidorus de Vitis Prophetarum.

93. Lapidatur Stephanus, &c.] Locum hunc imitatus S. Cyriacus lib. de Bono Patient. cap. 6. scuti & apud Rhenan. tacito citatur nomine: Non poteris (inquit) ista perfere, nisi tolerantis & patientia teneas firmamentum, quid factum uidemus in Stephano, qui quam à Inde vi & lapidibus necaretur, non sibi vindictam, sed intercessoribus veniam postulabat, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Sic esse oportuit primum Martyrem Christi, qui Martyres sequituros gloria morte precurrens, non tantum Dominica predicator effet passio- nis, sed & patientissime lenitus imitator.

94. O felicissimum quoque, &c.] De Iob haud dubie loquitur, ut manifestum est ex S. Cyr. vbi supra.

95. Quale in illo viro feretur, &c.] Inter instrumenta triumphi (inquit Rhenan.) feretur est in quo pompa fertur. Intelligi in quo diabolus triumphatur, Deo trophyum statuente. Nam Iob per diuinam gratiam diabolum vici, impatiens nequitquam succumbens, quasi dicat: Quale trophyum diabolo Deus erexit? Olim circumferabantur arma dei veterum gentium in pompa, mox suspendebantur. Aperte ergo sequitur: Quale vexillum.

96. distingeretur. ] Basiliens. editio: destringeret. Perinde est utrum legas, quum utrumque abraderet significet. Alludit enim ad illud Iob 2. quod testa sanie radebat.

97. quum erumpentes bestiolas, &c.] Mirum est unde hoc habeat Tertullianus, nam in libro Iob. de bestiis non alia mentio quam quod habetur cap. 17. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & soror mea vermina. Existim autem hoc exemplo motum S. Franciscū, de quo simile quid legitur, quale hic narrat Auctor. Atque recte meo iudicio refutatur Rhenan. foraminofex, pro eo quod erat aut refossile, aut reforato; magis enim refert phrasin Africanan.

98. Et si filios quoque restituí volueret. &c.] si r̄mquam alias, certe hic est in Auctore & ap̄t̄riqua quoniam vero, aut non vidit extremam partem ultimi caput, nam ibi in editione non Latina modo, sed & Graeca, & eiusdem versione, manifeste legitur suisse Iob filios septem & filias tres, & quod viderit filios suos & filios filiorum suorum in quartam generationem. Verum de hoc latius inter errores eius in Prolegomenis.

CAP. XV.

99. Adeo satis idoneus, &c.] Inscriptimus hoc caput: Quod omnibus Dei mandatis interueniat, ac de effigie patientiae. In cuius priori parte Auctorem S. Cyr. imitatur cap. 9. & similiter Prudentius in Psychomachia his verbis:

Omnibus una comes virtutibus associatur,  
Auxiliuumque suum fortis patientia miscet.

Nulla anceps lucetamen init virtute sine ista:

Virtus nam vidua est, quā non Patientia format. 100. patientiae sequester. ] Elegansissime (inquit Rhenan.) dictum à viro undeque doctissim. Sequester est, Modestino Iureconsulto definiente, apud quen plures eandem rem, de qua controversia est, depont, sic dictus, auctore Launio, quē citat Aulus Gellius, quid eius utraque pars fidem sequatur. Eandē significationem indicat etiam Auctor lib. de Resurr. car. infra Tom. 2. Sequester (inquit de Christo loquens) Dei & homini appellatus, ex utriusque partis deposito commisso sibi.

101. omnibus mandatis eius interueniat, &c.] Simile (inquit Rhenan.) Patientia Encomium non multum emulator Tertulliani S. Cyriac. lib. de Bon. Patientia (inquit) que nos Deo & commendat, & confortat. Atque de voribus: Exomologeti, & inculcat, pro conculcat, vide lib. de Patientia.

102. infirmum non extendit, valentem non consumit. ] Quam impatientia infirmitates prehendit soleat angere, & valetudinem bonam consumere, & am. Auctor videretur alludere: Patientia infirmum non extendit, hoc est non prorogat eius infirmitatem, & valentem non consumit, id est, recte valentem non consumit.

103. Age iam si & effigiem, &c.] Locum hunc pugnae Patientia & Ira sic illam describit:

Ecce modesta graui itabat Patientia vulnus,  
Per medias immota acies, variisque tumultus,  
Vulneraque, & rigida vitalia perius pilis  
Spectabat defixa oculos, & lenta manebat.

104. quem tertio vidit Helias. ] Quandiquid agit Metaphoricas de throno Patientia posito, non in umbra aut nubilo, sed qui sit tenerè ferentatis, placutus & simplex, videtur mihi alludere ad mōlē lucidā, quae obumbravit Christum, Moylen & Heliam in figuraione Domini, Marth. 17. idque eo magis, quod de Christi passione, qui Patientia premiarum fuit exemplar, sermocinarentur. Atque tertio viduisse nobiliter Helias dicitur, quia primū 3. Reg. 18. legitur, puto offendisse nubeculam parvam quā velut nubes, nū ascendentem de mari, deinde 4. Reg. 2. per turbamenta nube ignea rapta in celum, tertio denique cum Christo in nube lucida, serena, aperta & simplici apparuit.

105. Si nos cum spiritu, &c.] Hic (inquit Rhenan) alias coniecturis distracti sumus. Veneris similitudine videtur, si pro: non, legamus: nos, hoc modo: Si nos cum spiritu admiserimus, in nobis moribundus semper. Aut si cum spiritu. Nam pro: moribundus, legere: inorabitur, pro in extremitate: verberatur, deinde deducto verbo, pro: si durum & abfusile, edent, quamquam in lib. de Resurr. car. sic lego videtur. Ne enim & calix benē sibi concius, & de dilectione ministerij commendatus, coronis quoque portoris sui inorabitur, pro eo quod est, in ora sine extremitate cingetur, ut illic indicauimus. Vt autem illa plausa restitutio, ita cum omnibus excusis retine illud: Iob sustinere non poterit, eo quod ad spiritum id refertur, non autem (ut Rhenan opinatur) ad patientiam, poterit de qua sequitur: carens instrumento sufficiens.

CAP. XVI.

106. Hac patientiae ratio, &c.] Caput & titulus insignissimum hoc titulo: De falla ethinicum Patientiae, de qua & supra aliquid dixit cap. 1. & latius expedit.

additū scripturis tractat S. Cyprian. initio sui libri de Bona Patientia.

107. hæc opera coelestis & vera.] Hic iterum nō placet conjectura Rhenani, qua legendum censem: veræ, & opera, neutrò genere in plurali accipit; quia vox vel ipso tute, frequenter: opera feminino genere & singulari numero à Tertulliano pro opere accipitur, ut ipse adnotatur ad illud lib. adu. Hermog. Vbi & opera & operæ operator.

108. Domino diabolus æmularetur.] Æmulari (vitæ recte) adnotatur Rhenan. cum Datus construit. Ita finit lib. 7. Siquidem amissio cui æmulari conseruat, in legitime corporaliumque resolutioni. Sic & Fabius loquitur. Sicutam dixit lib. de Prescript. adu. heret. æmula fidei, & lib. adu. Marc. 5. Christo æmula, & lib. de Coron. mil. cap. 11. signum æmulum Christo.

109. magnitudinis par.] Tres quidem M. legunt: magnitudine, verum (uti ante me adnotant Rhenan.) par cum Genitio ungerre solet. Sic in lib. de Prescript. adu. heret. A diabolo, scilicet (inquit) cuius sunt patres. & adu. Marc. lib. 5. Dicimus (inquit) circumferri ab Apostolo aut creatorem, aut (quod nolit Marcion) parem creatoris. Id in pluribus vocibus adiectiu- facit, pro Dario Genitium usurpans. Similiter dixit lib. adu. Marc. 3. par creatoris, ac: quorum & ipse par sit. Item lib. 5. parem creatoris.

110. lenociniū negotiantes.] Eriam hæc phrasis est lareconsultorum. nam teste Vlpiano, de iis qui notantur infamia. Athletas: lenocinium facit, qui quaestuaria manipula habuerit, sed & qui in liberis (adde ex sententia Auctoris xvorem) hunc quaestum exercet.

111. Qua aucupandi orbitabitibus.] Notat (inquit Rhenan.) testamentorum captatores, quos Satyra 12. redarguit Iunenaliis: contra quos etiam alicubi, maxi-

mè clericos, s. Hieronymus.

112. quæ ventris operarios, &c. ] Appellat (inquit Rhenan.) operarios ventris, quum parasitos & alienarum mensarum affectus, quibus nihil aliud magis est curæ, quam ut ventri satisfiat; cum eos qui se in diuinum clientelam tradunt, quibus illi postea abutantur. Nā contumeliosorum patrociniorum nomine, patronos contumeliosis intelligit, quibus tamen ob ventrem replendū dientes, in propria mancipia, nūquam non obsequantur. Eiusmodi partim satyra quinta, partim nona notat Iunenaliis. Ordinabis sic verba: Quæ subaudi Patientia, operarios ventris addicit gule, hoc est, venundat sine in nemus dat gule; (nam utrumque significat addicere) subiectione libertatis contumeliosis patrocinis, hoc est subiendo libertatem contumeliosis patrocinis. Parasitos & ventris mancipia Grati & Cpli duās voces appellant; & in Symposiaco Plutarctus, non minus eleganter quam verū, τὴν γατὴν, & τὴν ψυχὴν οὐδὲ τρεῖς voces.

113. Sed viderint suam.] Sic ex conjectura Dn. Latinij patientiam namque. Atqui de usu verbi illius: viderint, & viderit, vide Sænot. nostras in S. Cypr. epist. 2. num. 53.

114. sui Præsides.] Sui (inquit Rhenan.) dixit pro; eorum.

115. quam patientia subter ignis expectat.] Quam (inquit Rhenan.) subaudi patientiam Gentilium, subter, id est in inferno, patientia ignis expectat, id est, aeterna damnatio.

116. quam pro nobis ipse dependit.] Ex conjectura Ioannis Harrisii Angli, & Dn. Latini Latinij Itali, substitutus: dependit, pro: defendit; eo quid alibi quoque sic loquatur Auctor: cum caro & anima dependitur.

## ARGUMENTVM LIBRI DE SPECTACVLIS, PER IACOBVM PAMELIUM.

**V**VM iam anno xij. Seueri Romæ indicti essent Ludi (de quibus latius in vita Auctoris) seculares octaui, quos & imitari solebant reliqua prouincia, atque adeo & apud Carthaginem supersticio illa (quorum meminit Auctor Scorpiano aduersus Gnosticos) certamina Græcarum religionum & voluptatum iam celebrari inciperent, in quibus omnis generis Spectacula exhiberi consueverant, ne aut ignorando aut dissimulando quis peccaret, librum hunc ea occasione scripsisse videtur Tertullianus.

Primum autem recenset ethnicorum argumenta duo, tum quod nihil dicebant religioni obstrepero oculorum solatia, cuius contrarium maximè se demonstrare paratum; tum etiam quod Christianus Spectaculis eruditetur, quod facilius vitam contemneret, quasi vero pigeret propter Deum mori.

Item & iis responderet, qui prætendebant omnia à Deo instituta, est bona omnia, atque adeo & ea ex quibus Spectacula instruuntur; nempè non hoc solum respiendum, quo omnia sint instituta, sed à quo interpolatore, diabolo nempè, in corruptelam conursa; alioquin omnes malorum species, quum ex operibus Dei constent, prohibendas non esse.

Iam vero & ad suorum argumentum responderet, qui per scripturas non nominatim de- nuntiari dicebant, hanc Spectaculorum abdicationem, ad hanc speciem pertinere primam illam David vocem: Fælix qui non abiit in concilium impiorum, &c.

ULLIAN,  
in statu omnibus  
PAMELII.

A V  
16

## Argum. lib. de Spectaculis.

248

1. Ne quis autem argumentari illum putet, conuertitur ad principalem auctoritatem spectaculorum nostri, cum aquam ingredi, et Christianam fidem in legis sue verba profesi, renuntiassse nos diabolo et pompos et angelis eius ore nostro contestamur; eo quod ex idolatria vniuersa Spectaculorum paratura confest.
2. Quod comprobatur, primum ex Ludorum origine, qui religionis nomine inter ceteros ritus superstitionum instituti sunt, et diebus festis et templis Deorum reputabantur.
3. Deinde ex eorum titulis, per quos signatum est, cui idolo et cui superstitioni triuusque generis Ludi notarentur, tum sacri, tum funebres.
4. Ex Apparatus item eorundem, maximè Circensem; precedente pompa, de simulacrorum serie, de imaginum agmine, quos praecedant etiam, intercedant, succedant sacra et sacrificia; in quibus moueantur collegia, sacerdotia, officia.
5. Ex locis denique, quippe quum Circus soli principaliter consecratus sit, et singula ornamenta eius, singula templa sint; Non quidem quod loca nos contaminent, atque adeo extra Spectaculorum tempus adiri possint, sed que in locis sunt.
6. Nunc si particulatim Circenses ludos quis discutiat, Diis deputari, vel elementis, et vnde etiam elementorum damnata idolatria.
7. Theatricetiam Apparatus qui ad Scenam spectat, a templis ac aris auspiciari, et Veteris adem a Pompeio superpositam; itaque et Liberi domum esse: quae vero voce, modis, organis et lyris transfiguntur, Apollines, Musas, Mineruas, Mercurios habere mancipia.
8. Agones et ipsos sacros, vel funebres, aut Diis Nationum, aut mortuis fieri; apparatus item illorum idolatria conspurcari. Stadio Circum emulari, et Gymnicas artes Castorum esse, Herculum, Mercuriorum.
9. Munus denique ab officio dictum quod mortuis faciebant, quos humano sanguine propitiari creditum erat, quum impietate postea placuit voluptate adumbrare; postea procul tantam crudelitatem, ut et feris humana corpora disparentur, in quorum idolis demonis consistebant. Acerbioribus item Amphitheatum consecrari demonibus.
10. Non quod idolum sit aliquid, sed quod que faciunt, dæmonibus faciant, atque adeo tuncti mortui et Diis unum sint, vtraque idolatria abstinere debere Christianos.
11. Atqui non solum idolatriæ, sed et concupiscentia seculi nomine, interdicti Spectacula.
12. Deinde Spiritui lenitatis non posse cum Spectaculis conuenire, ubi per emulationem, furor, bilis, ira et dolor.
13. Furorem enim maximè in Circopradidere, populo iam de sponsionibus concitato, vnde et in discordias itur.
14. Impudicitiae etiam consistorium, quam amoliri iubemur, esse Theatrum, in quo etiam Tragedia, et Comœdia, scelerum et libidinum nutrices.
15. Stadium eti in scripturis nominetur, que in eo geruntur, indigna conspectui nostro, diaboli negotia esse.
16. Amphitheatri denique repudium de scripturis peti, si sequitiam, impietatem, feritatem consideremus.
17. Atque ita responsum illis, qui abstinentiam Spectaculorum specialiter in scripturis non determinari argumentantur, sicuti et illis, qui a sole et Deo Spectacula consipi argumentantur, nec contaminari, quum alioqui in illum scelus damnatum censeretur.
18. Aliam esse ethnicorum rationem, qui pro libidine interpretantur alibi bonum, quod alibi malum, et econtrario.
19. Atque adeo ab ipsis Auctoribus Spectaculorum manifeste artifices damnari capitis leminutione, et arceri honoribus omnibus.

Quanto magis diuina iustitia in huiusmodi artifices animaduertet, maximè quum faciant que scripturæ fieri vetant.

Sed & præterquam quod in baptismo pompa diaboli eiura uimus, ipsorum ethnicorum testimonio Spectacula Christianis interdicta esse, eo quod Christianum factum intelligent ex repudio eorundem.

Neque vero de Deo cogitare posse illic ubi nihil est de Deo, & quale est de Ecclesia Dei in diaboli Ecclesiam tendere illas manus quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando his trionem fatigare? ex ore quo Amen protuleris, gladiatori testimonium reddere? si & aq[ua]vas alij dicere, nisi Deo & Christo?

Atque adeo non mirum esse, si ciusmodi demonii penetrabiles fiant, uti duobus exemplis comprobatur:

Cum illic nomen Dei blasphemetur, illic quotidiani leones in Christianos expostrulentur, inde persecutiones decernantur.

Saginatur itaque voluptatibus ethnicis, lugeant Christiani, quorum voluptas non in seculo, sed in celo esse debet.

Neque vero etiam hic voluptatibus carere Christianos multo iocundioribus: Quibus prolixius Circensibus intueri licet seculi cursum, pro scénica doctrina satis sit canticorum, pro pugillatu & luctatu agones quibus coronantur; sanguis denique Christi, si sanguinis ali- quid velint.

Postremo, quale Spectaculum Aduentus Domini in proximo, cum tanta seculi vetustate igne hauietur, tot Reges cum ipso Ioue in imis tenebris congemiscentes cernentur, ite Presides persecutores senioribus quam ipsi saevirunt flammis liquefcentes; denique qualia illa, que nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Ceterum libri huius nominatum meminit ipse Tertullianus lib. de Habitū muliebri. Nam (inquit) omnes istae prophane Spectaculorum secularium voluptates, sicut de ipsius uolumen edidimus, ipsa etiam idolatria ex rebus Dei constat. Non tamen ideo Circifuroribus aut barene atrocitatibus, aut Scena turpitudinibus Christianum adfici oportet; quia Deus & Equum & Pantheram, & vocem homini dedit. Sic etiam lib. de Coron. militis, non Latino modo, sed & Graeco styllo, se de Spectaculis scriptissime disertis verbis significat, que in Tomum quinuum differimus. Hinc est quod Abbas Tritheimius, et si non vidisset, alioqui initium libri sicuti aliorum descripturus, tamē inter opera Tertulliani librum hunc recenseret. Et iam olim ex illo multa descripterunt B. Isidorus Etymol. lib. 18. cap. 16. 27. 28. 29. 34. 35. 37. 42. 43. 53. ac 61. Hrabanus noſter De Naturis rerum. Quare optimè de Republi meritus est Gagnæus, qui primus in editione Parisiæ, in lucem edidit; quippe quum ad intellectum faciat liber ipse omnium priscorum Auctorum, non sacrorum modo, sed & prophani, sicuti de Spectaculorum aliquo genere mentionem faciunt. Castigatus fuit deinde per Sigismundum Gelenium multis in locis ex Lalandi Britannico codice; denique nunc postremum emendatur, partim ex Isidoro & Hrabano & conjecturis quibusdam Latinis, in totum autem ex codice Anglo, pia memorie Dn. Doct. Ioannis Clementis, viri longè eruditissimi: Adiectis nunc primum & Argumento & Adnotationibus nostris, quibus illustrantur obscuriores loci quamplurimi; usque adeo ut alio de Spectaculis commentario præter librum hunc posthac non sit opus.

ULLIAN,  
in statu onibus  
AMELE,

A V  
16.

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI DE SPECTA-  
CVLIS LIBER.

CAP. I.



Vix status fidei, quæ ratio veritatis, quod præscriptum disciplinæ inter cetera secularium errorum etiam spectaculorum voluptates adimat, Dei serui cognoscite, qui cummaxime ad Deum acceditis, recognoscite qui iam accessisse vos testificati & confessi estis, ne aut ignorando aut diffidando quis peccet. Tanta est enim vis voluptatum, ut & ignoratiam protelet in occasionem, & conscientiam corruptam in dissimulationem, aut utrumque. Adhuc forsan alicui opiniones ethnicorum blandiuntur, quæ in ista causa aduersus nos ita argumentari consueverunt: Nihil obstatere religioni in animo & conscientia tua tanta solatia extrinsecus oculorum vel aurium: nec vero Deum offendit oblatione hominis, qua saluo erga Deum metu & honore, suo in tempore & suo in loco frui scelus non sit. Atquin hoc cummaxime paramus demonstrare, quemadmodum illæ non competant vera religioni & vero obsequio erga Deum verum. Sunt qui existimant Christianum expeditum morti genus ad hanc obstinationem abdicationem voluntatum erudiri, quo faciliter vitam contemnent amputatis quasi retinaculis eius, ne defiderent quam iam superuacuam sibi fecerint: ut hoc consilio potius & humano prospectu non diuino præscripto definitum existimetur. Pigebat scilicet etiam perseuerantes in tantis voluptatibus propter Deum mori. Quanquam & si ita eset, tam apto consilio, tan-

CAP. II. tæ obstinatio disciplinæ debebat obsequium.

[5] Iam vero nemo est, qui non hoc quoque pretendent, omnia à Deo instituta, & homini attributa (sicut prædicamus) & viisque bona omnia, ut boni auctoris: inter hæc deputari vniuersa ista, ex quibus spectacula instruuntur, Circum verbi gratia, & leonem, & vires corporis, & vocis suauitates. Igutne que alienum videri posse, neque inimicum Dei, quod de conditione constet ipsius: neque cultoribus Dei vitandum, quod Dei non sit inimicum, quia nec alienum. Plane & ipse extirpationes locorum, quod saxa, quod camenta, quod marmora, quod colinae Dei sunt, qui ea ad instrumentum terræ dedit: sed & ipsi actus sub celo Dei transfiguratur. Quia sapiens argumentatrix sibi videtur ignorantia humana, præfertim cù aliquid eiusmodi de cœlum voluptatis quam vita, auocet ab hac secta. Nam mortem etiam stultus ut deo non extimescit, voluptatem etiam sapiens ut tantam non contemnit, cum alia non sit ut stulto & sapienti vita gratia, nisi voluptas. Nemo negat, quia nemo ignorat quod vtrōnatur suggerit, Deum esse vniuersitatis conditorem, eamque vniuersitatem tam bonam quam homini mancipatā. Sed quia non penitus Deum norunt, nisi naturali iure, non euangeliali, de longinquorum, non de proximo, necesse est ignorēt, qualiter administrari aut prohibeat qua instituit, simul quis sit amplus ex diuerso, adulteriis vilibus diuinæ conditionis, quia neque voluntate, neque aduersarium noueris eius, quæ ministreris. Non ergo hoc solum respiciendum est, quo omnia sint instituta, sed à quo concurrit corruptelam & integratatem, quia multum est inter institutorem & interpolatorem. Ceterū omnes species malorum, quæ etiam ethnici indubitate & prohibent & definibunt, ex operibus Dei constant: Vis homicidium ferro, veneno, magis deinde nibus perfici. Tam ferrum Dei res est quam herba, quam angelii. Nunquid tamen in præcepto intercemit: Non occides. Proinde aurum, æs, argentum, ebur, lignum, & quæcumque fabricandis idolis materia captatur, quis in seculo posuit, nisi fecilius auctor Dei idolatria est. Quid non Dei est quod Deum offendit? sed cùm offendit, Dei efficitur; & cùm desit, offendit. Ipse homo omnium flagitorum actor, non tantum corporis Dei, verum etiam imago est: & tamen & corpore & spiritu descivit a suo institutum. Neque enim oculos ad concupiscentias sumptus, neque linguam ad maliloquium, aures ad exceptaculum maliloquij, & gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulae

Exad. 20.

speciem vno & principali. Nunquid tamen ut hæc aduersus ipsum adorentur? Atquin summa offensio penes illum idolatria est. Quid non Dei est quod Deum offendit? sed cùm offendit, Dei efficitur; & cùm desit, offendit. Ipse homo omnium flagitorum actor, non tantum corporis Dei, verum etiam imago est: & tamen & corpore & spiritu descivit a suo institutum. Neque enim oculos ad concupiscentias sumptus, neque linguam ad maliloquium, aures ad exceptaculum maliloquij, & gulam ad gulæ crimen, & ventrem ad gulae

A tatem, & genitalia ad excessus impudicitia, & manus ad vim, & gressus ad vagam vitam,  
 aut spiritus ideo insitus corpori, vt insidiarū, & fraudum, & iniquitatum cogitatorum  
 fieret, non opinor. Nam si omnem malignitatem, & si tātam malitiam excoigitatam Deus  
 exactor innocentiae odit, indubitate quæcumque condidit, non <sup>14</sup> in exitum operum con-  
 stat condidisse quæ damnat, licet eadem opera per ea quæ condidit administrentur, quan-  
 do hæc sit tota ratio dñationis peruersa administratio conditionis à conditis. Nos igitur  
 qui Domino cognito etiā æmulum eius in picimus, qui in institutore comperto etiam inter-  
 polatorem vna deprehēdimus, neque mirari neque dubitare oportet, cūm ipsum hominē  
 opus & imaginem Dei totius vniuersitatis possefforē illa vis interpolatoris & æmulatoris  
 angelī ab initio de integritate deiecerit, vniuersam substantiam eius pariter cum ipso in  
 peruersitatem demutatam aduersus institutorem: vt quā doluerat homini concessam non  
 sibi, in ea ipsa & hominem reum Deo faceret, & suā dominationem collocaret. [15] Hac CAP. III.  
 conscientia instructi aduersus opiniones ethnorum, conuertamur magis ad <sup>16</sup> nostrū  
 detrac̄tus. Quorundā enim fides aut simplicior, aut scrupulosior, ad hanc abdicationem  
 spectaculorum de scripturis auctoritatē exposcit, & se in incertū constituit, quod non si-  
 gnificanter neque nominatim denuntietur seruis Dei abstinentia eiusmodi. Planè nusquā  
 inuenimus quemadmodū aperte positum est. <sup>17</sup> Non occides, nō idolum coles, non adul- Exod. 20.  
 terium, non fraudem admittes: ita exerec̄t definitum, non in Circū ibis, non in theatrum,  
 agonem, munus non spectabis. Sed inuenimus ad hanc quoque specie pertinere illam pri-  
 mam vocē David, Fc̄lix, inquit, qui non abiit in concilium impiorū, & in via peccatorum psal. 1.  
 Non stetit, & in cathedra pestium non sedit. Nam et si iustum illū videtur prædicasse, quod  
 in concilio & in confessu Iudæorum de Dō denegando consultantium non communica-  
 uit, late tamen semper scriptura diuina diuiditur, vbi cunque secundū præsentis rei sensum  
 etiam disciplina munitur, vt hīc quoque non sit aliena vox à spectaculorum interdiictione.  
 Si enim pauculos tunc Iudeos impiorū concilium vocavit, quanto magis tantū conuen-  
 tum ethnici populi: ni pij ethnici, minus peccatores, minus hostes Christi, quām tunc Iu-  
 dai, quō & cetera congruent. Nam apud spectacula & in via statū. <sup>18</sup> Vias enim vocant  
 cardines balteorum per ambitum, & discriminā popularium per proclivium, <sup>19</sup> Cathedra  
 quoque nominatur ipse in anfractu ad confessū situs. Itaque cōtrariò infelix qui in quod-  
 cunque conciliū impiorum abierit, & in qua cunque via peccatorū stetet, & in qua cunque  
 cathedra pestium federit, generaliter dictum intelligamus, cūm quid etiam specialiter in-  
 terpretari capit. <sup>20</sup> Nam & specialiter quādā pronunciata, generaliter sapiunt. Cūm Deus  
 libellitas admonet disciplinæ vel obiurgat, vtique ad omnes habet: cūm Ægypto & Æ- Exod. 12.  
 thiopie exitium comminatur, in omnem gentē peccatricem præjudicat. Sic omnis gens Isai. 14. C.  
 vocatur Ægyptus & Æthiopia, à specie ad genus. Quemadmodum etiam de origine alibi.  
 spectaculorum omne spectaculum concilium vocat impiorum, à genere ad speciem.  
 [11] Ne quis argumentari nos putet, ad principalem auctoritatē conuertat ipsius signa- CAP. III.  
 culi nostri. Cūm aquam ingressi Christianam fidem in legis sue verba profitemur, renun-  
 ciase nos diabolo & pompa & angelis eius ore nostro contestamur. Quid erit summum  
 ac precipuum, in quo diabolus & pompa & angelis eius censeantur, quām idolatria?  
 ex qua omnis immundus & nequam spiritus, vt ita dixerim, quia nec diutius de hoc.  
 [12] Igitur si ex idolatria vniuersam spectaculorum paraturam constare consisterit, indu-  
 bitate præjudicatum erit etiam ad spectacula pertinere renunciationis nostræ testimoni-  
 um in lauacro, quæ diabolus & pompa & angelis eius sint mancipata, scilicet per ido-  
 latrā. Commemorabimus origines singulorum, quibus incunabulis in seculo adole-  
 cerint: exinde titulos quorumdam, quibus nominibus nuncupentur: exinde appara-  
 tes, quibus superstitionibus instruantur: tum loca, quibus Præsidibus dicentur: tum ar-  
 tes, quibus auctoribus deputentur. Si quid ex his non ad idolum pertinuerit, id neque  
 ad idolatriam, neque ad nostram cierationem pertinebit. [23] De originibus quidem CAP. V.  
 vt secreritoribus & ignotis penes plures nostrorum altius, nec aliunde inuestigandum Vnde Lu-  
 fuit, quām de instrumentis ethnicarum litterarum. <sup>24</sup> Exstant auctores multi, qui su- di dicti.  
 per ista re commentarios ediderunt. Ab his Ludorum origo sic traditur. <sup>25</sup> Lydos ex A-  
 fū transuenas in Hetruria consedisse, vt <sup>26</sup> Timæus refert, duce Tyrrenho, qui fratri  
 suo cesserat regni contentionē. Igitur in Hetruria inter ceteros ritus superstitionum sua-  
 rum, spectacula quoque religionis nomine instituunt. <sup>27</sup> Inde Romani accersitos artifices  
 mutuantur, tempus, enunciationem, <sup>28</sup> vt ludi à Lydis vocarentur. <sup>29</sup> Sed & si Varro ludos

ULLIAN,  
 in stationibus  
 MELE,

A V  
 J 6

à ludo, id est à lusu interpretatur,<sup>30</sup> sicut & Lupercos ludos appellabant, quod ludendo discurrant: tamen cum lusum iuuenum & diebus festis, & templis, & religionibus reputat. Nihil iam de causa vocabuli, cùm rei causa idololatria sit. Nam &<sup>31</sup> cùm promiscue ludi Liberalia vocarentur, honorem Liberi patri manifestè sonabant. Libero enim à rusticis primò siebant ob beneficium quod ei adscribunt<sup>32</sup> pro demonstrata gratia vini.<sup>33</sup> Exinde ludi Consualia dicti,<sup>34</sup> qui initio Neptunum honorabant. Eundē enim & Consulum vocabant.<sup>35</sup> Dehinc Equiria Marti Romulus dixit:<sup>36</sup> quāquam & Consualia Romulo defendunt, quod ea Conso dicauerit Deo, vt volunt, consilij: eius scilicet, quo tunc Sabinarum virginum rapinam militibus suis in matrimonio excogitauit. Probū planè consiliū, &<sup>37</sup> nunc quoque apud ipsos Romanos iustum & licitum, ne dixerim penes Deum. Faci etenim ad originis maculam, ne bonum existimes, quod initium à Malo accepit, ab impudentis violentiæ alio Deo, à<sup>38</sup> fratricida institutore, à filio Martis: & nunc<sup>39</sup> ara Conso illi in Circo defossa est ad primas metas sub terra, cum inscriptione huiusmodi, CONSUS CONSILIO, MARS DVELLO, LARES COMITIO POTENTES. Sacrificant apud eam nonis Iuliis<sup>40</sup> sacerdotes publici, xiij.<sup>41</sup> Kalen. Septembres<sup>42</sup> flamem Quirinalis, & virginis. Dehinc item Romulus<sup>43</sup> Ioui Feretrius ludos instituit in Tarpeio,<sup>44</sup> quos Tarpeios dictos & Capitolinos Piso tradidit.<sup>45</sup> Post hunc Numa Pompilius Marti & Robiginis fecit. Nam & Robiginis deam finixerunt,<sup>46</sup> Dehinc Tullus Hostilius.<sup>47</sup> Dehinc Ancus Martius, & ceteri quoque per ordinem. Et quibus idolis ludos instituerūt, positum est<sup>48</sup> apud Suetonium Tranquillum, vel à quibus Tranquillus accepit. Sed hæc satis erit ad originis de idololatria reatum.

CAP. VI. [51] Accedit ad testimonium antiquitatis subsecuta posteritas, formam originis de titulis huius quoque temporis præferens, per quos signum est cui idolo, & cui superstitioni vtriusque generis ludi notarentur,<sup>52</sup> Megalentes & De Titulis.

<sup>53</sup> Apollinares, item<sup>54</sup> Cereales &<sup>55</sup> Neptunales, &<sup>56</sup> Latiales, &<sup>57</sup> Florales in communi celebantur: reliqui ludorum, de natalibus & solennitatibus regum, & publicis prosperitatibus &<sup>58</sup> municipalibus, fastis superstitionis causas originis habēt. Inter quos etiam priuatorum memoriis legatariaæ editions parentant, id quoque secundū institutionis antiquitatem. Nā & à primordio bisaria ludi cenebantur,<sup>59</sup> sacri & funebres, id est diis Nationū & mortuis. Sed de idololatria nihil differt apud nos sub quo nomine & titulo, dum ad eosdē spiritus perueniat, quibus renunciamus, licet mortuis, licet diis suis faciant. Proinde mortuis suis vt diis faciant, vna conditio partis vtriusque est, vna idololatria, vñaneris, cōmunes & tituli, vt de communib[us] causis, proinde apparatus communes habentur necesse est de reatu generali idololatriæ conditricis suæ.

CAP. VII. [60] Communis igitur origo ludoru[m] vtriusque genitrix necessitate est de reatu generali idololatriæ conditricis suæ. Sed Circēsum paulo pompeior suggestus, quibus propriè hoc nomen pompa, præcedit, quorum sit in feme p[ro]p[ter]a pompeians, de<sup>61</sup> simulacrorum serie, de imaginū agmine, de<sup>62</sup> curribus, de thenis, de<sup>63</sup> armis, de sedibus, de coronis, de exuviis, quāta præterea sacra, quanta sacrificia præcedit, intercedant, succedant, quot collegia, quot sacerdotia, quot officia mouentur, scionthomines<sup>64</sup> illius urb[is] in qua dæmoniorū conuentus confedit. Ea si minore cura per prouincias pro minoribus viribus administratur, tamen omnes vbiique Circenses illuc depurari, vnde & pertuntur, inde inquinantur, vnde sumuntur. Nam & riūulus tenuis ex suo fonte, & furculus modicus ex sua fronde, qualitatem originis continet. Viderit ambitio sue frigilitas eius quo Deum offendit: qualisunque pompa Circi, & si pauca simulacula circumferuntur in uno idololatria est: & si vnam thensam trahat,<sup>66</sup> Iouis tamē plastrum est: quevis idolatria sordidè instructa, vel modicè locuples, splendida est censu criminis fui.

CAP. VIII. [67] De Loco. Circus Soli principaliter consecratur: cū ades medio spatio, & effigies de fastigio adis emicat, quod non putauerint sub teo consecrandum, quem in aperto habent.<sup>68</sup> Quod spectaculum primum à Circē habent. Soli patri suo, vt volunt, editum adfirmant: ab ea & Circi appellationem arguntur. Planè beneficia cis vtiq[ue] negotium gesit hoc, nomine quorum sacerdos erantur. dæmoniis & angelis scilicet. Quot igitur in habitu loci ipsius idololatrias recognoscuntur. singula ornamenta Circi, singula templa sunt.<sup>69</sup> Oua<sup>70</sup> honori Castorum adscrībuntur, qui illos ouo editos credendo de cygno Ioue non erubescut.<sup>71</sup> Delphinos Neptuno vident,<sup>72</sup> columnas sessias à fementationibus, messias à messibus, tutelinas à tutelis frumentorum sustinent. ante has tres aræ, trinis diis parent, magnis, potentibus, valentibus. Eadem<sup>74</sup> Samothracas existimant.<sup>75</sup> Obelisci enormitas, vt Hermateles adfirmat, Soli pro-

Astituta: scriptura eius, vnde & census, de Ægypto superstitione est. Frigebat dæmonū concilium sine sua<sup>76</sup> matre magna; ea<sup>77</sup> itaque illuc præsidet euripo. Census (vt diximus) apud metas sub terra deliteſcit.<sup>78</sup> Murtias quoque idolum fecit, Murtiam enim deam amoris volunt, cui in illa parte ædem vovere. Animaduertere Christiane, quot nomina immunda possederint Circum. Alienæ est tibi religio, quam tot diaboli spiritus occupaverunt. de locis quidem locus est retractandi ad præueniendam quorundam interrogationem. Quid enim inquis, si alio in tempore Circū adiero, periclitabor de inquinamento? Nulla est præscriptio de locis. Nam non sola ista conciliabula spectaculorum, sed etiā templa ipsa sine periculo disciplinæ adire seruus Dei potest vrgēto causa simpli dūtaxat, quæ non pertineat ad propriū eius loci negotiū vel officium.<sup>79</sup> Ceterū & plateæ, & forū, & balneæ, & stabula, & ipsæ domus nostræ sine idolis omnino nō sunt; totum seculū satanas & angeli eius repleuerūt. Nō tamen quod in seculo sumus, à Deo excidimus, sed si quid de seculi criminibus attigerimus.<sup>80</sup> Proinde si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator intrauerero, à Deo excidam: quemadmodū Circum vel theatrum spectator. Loca nos non contaminat per se, sed quæ in locis fiunt, à quibus & ipsa loca cōtaminari altercati sumus: de contaminatis contaminamur. Propterea autem cōmemoramus quibus ciuimodi loca dicentur, vt eorū demonstremus esse, quæ in his locis fiunt, quibus ipsa loca dicuntur.  
 [81] Nunc de artificio quo Circenses exhibentur.<sup>82</sup> Res equestris retrò simplex de dorso C A P . I X .  
 agebatur, & vtique communis ysls reus non erat. Sed cùm ad ludos coactus est, transiit à De arte  
 Dei munere ad dæmoniorum officia.<sup>83</sup> Itaque Caſtori & Polluci deputatur hæc species,  
 quibus equos à Mercurio distributis Stesichorus docet.<sup>84</sup> Sed & Neptunus equestris est,  
 quæ Græci "πεντα" appellant. De<sup>85</sup> iugo verò quadrigas soli, bigas lunæ sanxerunt. Sed &

<sup>86</sup> Primus Eriæthonius currus & quatuor auſus

Ingerere equos, rapidusque rotis infistere victor.

Eriæthonius Mineruæ & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine, portatum est dæmonicū, imò diabolus ipse, nō coluber. Si Vero<sup>87</sup> Trochilus Argivus auctor est currus,<sup>88</sup> primò Iunori id opus suū dedicauit. Si Roma Romulus quadrigā primus ostendit, puto & ipse inter idola conscriptus, si<sup>89</sup> idem est Quirinus. Talibus auctoriibus quadrigæ productæ, merito & aurigis coloribz idololatriæ vestierunt, & ab initio duo soli fuerunt,<sup>90</sup> albus & rufus. Albus hyemi, ob niues candidas: rufus estati, ob solis ruborē voti erat. Sed postea tam voluptate, quæ superstitio proœcta,<sup>91</sup> rufum alij Marti, alij<sup>92</sup> albū Zephyris consecrauerūt:<sup>93</sup> Praefatum verò terræ matrī vel verno: Venetum ecclō & mari, vel autumno. Cùm autē omnis species idololatriæ damnata sit à Deo, vtique etiā illa damnatur, quæ elementis mundilibz profanatur.  
 [94] Transeamus ad scenicas res, quarū & C A P . X .  
 originē communem, & titulos pares secundum ipsam ab initio ludoru appellatiōne & ad- De Thea- ministratiōne coniunctam cū re equestrī iam ostendimus. Apparatus etiā ex ea parte con- tro, & ar- tibus Sce- niciis.

C signatore & haruspice. Ita cùm de originibz ludorum ad Circenses transimus, inde nunc ad scenicos ludos dirigimus, à loci vitio.<sup>95</sup> Theatrum propriè sacrarium Veneris est. Hoc denique modo id genus operis in seculo euasit.<sup>96</sup> Nam sèpè censores renascentia cùm maximè theatra deſtruēbant, moribus consulentes, quorum scilicet periculū ingens de laſciuia prouidebant, vt iam hinc ethnicis in testimonium cedat sententia ipſorum nobis- cum faciens, & nobis in exaggeratiōne disciplinæ etiam humanae prærogatiua.<sup>97</sup> Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, cùm illam arcem omnium turpititudinum ex- traxisset, veritus quandoque memoræ suæ censoriā animaduerſionem,<sup>98</sup> Veneris ædem superposuit, & ad dedicationem edito populu vocans, non theatru, sed Veneris tem- plum nuncupauit, cui subieciimus, inquit, gradus spectaculorum: ita damnatum & dam- nandum opus templi titulo prætexuit, & disciplinam superstitione delusif. sed Veneri & Libero conuenit. Duo ista dæmonia conspirata & coniurata inter se sunt, ebrietatis & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus est. Nam & alios ludos scenicos Liberalia propriè vocabant, præter quæ Libero deuotos,<sup>99</sup> quod sunt Dionysia pe- nes Græcos, etiam à Libero institutos. Et est planè in artibus quoque scenicis Liberi & Veneris patrocinium, quæ priuata & propria sunt scenæ, de gestu & corporis fluxu. Nam mollitiam Veneri & Libero immolant: illi per sexum, illi per fluxum, dissoluti.  
 [100] Quæ verò voce & modis & organis & lyris trāſiguntur,<sup>101</sup> Apollines & Musas & Mi-

ULLIAN,

innotati onibus  
CIRCI.

A V

16.

neras & Mercurios mancipes habet. oderis Christiane, quorum auctores non potes non odire. Iam nunc volumus suggestere de artibus, & de his, quorum auctores in nominibus execramur. Scimus nihil esse nomina mortuorum, sicut nec ipsa simulacra eorum. Sed non ignoramus, qui sub istis nominibus & institutis simulacris operentur & gaudent, & diuinitatem mentiantur,<sup>105</sup> nequam spiritus scilicet dæmones. Videmus igitur etiam artes eorum honoribus dicatas esse, qui nomina incolunt auctorum eorum, nec ab idolatria vacare, quarum institutores etiam propterea dij habentur. Imo quod ad artes pertinet, altius præscripsiſſe debemus, dæmonas ab initio propſicientes ſibi inter cetera idolatriæ etiam ſpectaculorum inquinamenta, quibus hominem à Deo auocarent, & ſuo honori obligarent, eiusmodi quoque artium ingenia inspiraſſe. Neque enim ab aliis præoccupatum fuifet, quod ad illos peruenturum eſſet. Nec per alios tunc homines edidissent, quām per ipſos, in quorum nominibus & imaginibus & historiis fallaciam conſecrationis ſibi negotium actura confiuerant.

CAP. XI. [106] Vt ordo peragatur, incauſus etiam De Ago- agonum retraçatum. Origo iſtis de ludorum propinquitate eſt. Inde & ipſi ſacrifici vel huius De Agonibus. nebres instituti, aut diis nationum aut mortuis ſunt.<sup>107</sup> Proinde Tituli<sup>108</sup> Olympia lo- ui, quā ſunt Romæ capitolina. Item<sup>109</sup> Herculi Nemæa,<sup>110</sup> Neptuno Isthmia, ceteri mortuorum varij agones. Quid ergo mirum, si apparatus agonum idolatria confiuerat de coronis profanis, de<sup>111</sup> ſacerdotiſſe Præfidibus, de collegariis ministris, de ipſo poſtremo boum ſanguine, vt de loco ſuppleam, vt de loco communi pro collegio artuum musicarum & mineralium, & apollinarium, etiam martialium, per duellum, per tubam,<sup>112</sup> vt ſtadio Circum amuletur, quod vtique templum eſt, & ipſum eius idoli cuius ſolen- nitates agit.<sup>113</sup> Sed & gymnicas artes Caſtorū & Herculum & Mercuriorum discipline prodiderunt.

CAP. XII. [114] Supereft illius insigniſſimi ſpectaculi acceptiſſimi recognitio. Munus dictum eſt ab officio:<sup>115</sup> quoniam officium etiam Muneris nomen eſt. Officium autem mortuorum hoc ſpectaculo facere ſe veteres arbitrabantur, poſtequam illud humaniora trocitatē temperauerunt. Nam olim quoniam animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat,<sup>116</sup> captiuos vel malo ingenio feruos mercati in exequiis im- molabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos parauerant a- die<sup>117</sup> Inferiarum apud tumulos erogabant: Ita mortem homicidiis consolabantur. Hac Muneris origo, ſed paulatim prouecti ad tantam gratiam, ad quantam & crudelitatem, quia ferrum volupatiſſi non faciebat,<sup>118</sup> niſi & feris humana corpora diſpararent.<sup>119</sup> Quid ergo mortuis litabatur, vtique parentationi deputabatur. Quæ ſpecies proinde idolatria eſt, quoniam & idolatria parentationis eſt ſpecies. Tam hac quām illa mor- tuis ministrat. In mortuorum autem idolis dæmonia conſiftunt, vt & titulos confide- tūt, liſet tranſerit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores vi- minis dignitas idolatria criminis teneatur, neceſſe eſt quidquid dignitatis nominis ad- ministratur, communiceſt etiam maculas eius, à qua habet cauſas. Idem de apparatus, interpretabitur in iſorum honorū ſuggeſtu deputandis,<sup>120</sup> quòd purpuræ, quid facit, quòd vita, quòd corona, quòd denique<sup>121</sup> conciones & edicta, &<sup>122</sup> pulces pridi- ore, quē nec periuria ſuſtinent pluribus enim & aſterioribus nominibus<sup>123</sup> amphithe- trum conſecratur, quām<sup>124</sup> capitolium omnium dæmonum templum eſt. Tot illici- mundi ſpiritus conſidunt, quot homines capit. Vt & de artibus concluadam,<sup>125</sup> Martem & Diana vtriusque ludi Præſides nouimus.

CAP. XIII. [126] Satis, opinor, impleuimus ordinem, quoſ & quibus modis ſpectacula idolatriam committant, de originibus, de titulis, de apparatuſ, de locis, de ſacrificiis, quo certi ſumus, nulla ex parte compere nobis ea, qui idolis renunciavimus: Non quòd idolum ſit aliquid (vt Aſtrolitus ait) ſed quid ſiuſ mortuorum, ſiuſ (vt putant) Deorum. Propterea igitur, quoniam vtraque ſpecies dæ- monorum conditionis vnius eſt, dum mortui & dij vnum ſunt, vtraque idolatria abſi- mus: nec minus templo, quām monumenta deſpuimus: neutram aram nouimus, ne utram effigiem adoramus: non ſacrificamus, non parentamus, ſed neque de ſacrificato- ri parentato edimus, quia non poſſumus cenam Dei ēdere, & cenam dæmoniorum. Si ergo gulam & ventrem ab inquinamentis liberamus, quanto magis auguſtiora noſſe oculi

I. Cor. 8.

Aſt. 20.

I. Cor. 10.

A oculos & aures ab <sup>132</sup> idolothytis & necrothytis voluptatibus abstinemus, quæ non interstînis transfiguntur, sed in ipso spiritu & anima digeruntur: quorum munditia magis ad Deum pertinet, quam intestinorum. [ <sup>133</sup> Nunc interposito nosse de idolatria, quod CAP.XIII  
solum subiectum sufficere deberet ad abdicationem spectaculorum, alia iam ratione tra-  
ctemus ex abundanti: propter eos maximè qui sibi blandiuntur, quòd non nominatum  
abstinentia ista præscripta sit, quasi parum etiam de spectaculis pronuncietur, cùm <sup>134</sup>  
concupiscentia seculi damnantur. Nam sicut pecunia, vel dignitatis, vel gule, vel libidi-  
nis, vel glorie: ita & voluptatis concupiscentia est. Species autem voluptatis etiam spec-  
tacula (opinor) generaliter <sup>135</sup> nominatae concupiscentia continent in se & voluptates:  
Æquè generaliter intellecta voluptates specialiter & in spectacula differuntur. Ceterum  
retulimus suprà de locorum conditione, quòd non per semetipsa nos inquietant, sed per  
ea quæ illic geruntur, per quæ simul iniquitatem combiberint, tunc & in alteros  
respiunt. [ <sup>136</sup> Viderit ergo, ut diximus, principalis titulus idolatria, reliquas rerum CAP.XV.  
ipfarum qualitates contrarii omnes feramus. <sup>137</sup> Deus præcepit spiritum sanctum, ut po-  
tè pro natura sua bono tenerum & delicatum, tranquillitate & lenitate, & quiete & pa- Ephes. 4.  
ce tractare, non furore, non bile, non ira, non dolore inquietare. Huius quomodo cum  
spectaculis poterit conuenire? Omne enim spectaculum sine concusione spiritus non est.  
Vbi enim voluptas, ibi & studium, per quod scilicet voluptas sapit. Vbi studium, ibi &  
æmulatio, per quam studium sapit. Porro & vbi æmulatio, ibi & furor & bilis, & ira &  
<sup>138</sup> dolor, & cetera ex his quæ cum his non competit disciplina. Nam & si qui mode-  
B stè & probè spectaculis fruatur, pro dignitatis vel ætatis, vel etiam natura sua condicio-  
ne: non tamen immobilis animi est sine tacita spiritus passione. Nemo ad voluptatem  
venit sine affectu, nemo affectum sine casibus suis patitur. Ipsi <sup>139</sup> casus incitamenta  
sunt affectus. Ceterum si cessat affectus, nulla est voluptas, & est reus iam ille vanitas  
cōconueniens, vbi nihil consequitur. Puto autem etiam vanitas extranea est nobis. Quid  
quòd & ipse se indicat inter eos positus, quorum se similem nolens vtique detestatorem  
confiterit? Nobis satis non est, si ipsi nihil tale faciamus, nisi & talia facientibus nō con-  
feramur. Si furem, inquit, videbas, concurrebas cum eo. Utinam ne in seculo quidem <sup>140</sup> sal. 49.  
simul cum illis moraremur: sed tamen in secularibus separamur, quia seculum Dei est, se-  
cularia autem diaboli. [ <sup>140</sup> Cùm ergo furor interdicatur nobis, ab omni spectaculo au- CAP.XVI.  
ferimur, etiam à Circo, vbi propriè furor præsidet. Aspice populum ad id spectaculum  
iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, <sup>141</sup> iam de sponsionibus con-  
stitutum. <sup>142</sup> Tardus est illi Prætor, semper oculi in vrna eius cum fortibus voluntantur.  
Dehinc ad signum anxij pendent, vnius dementiae una vox est. Cognosc dementiae de-  
vanitate: Misi <sup>143</sup> dicunt, & nunciant inuicem quod simul ab omnibus visum est. Teneo  
testimonium exacerbatis, non vident missum quid sit, mappam pūtant: sed est diaboli ab  
alto precipitati figura. Ex eo itaque itur in furias & animos & discordias, & quidquid  
non licet sacerdotibus pacis. Inde maledicta, conuicia sine iustitia, odij etiam suffragia si-  
ne merito amoris. Quid enim consecuturi sum illigent, qui sui non sunt? nisi forte  
hoc solum, per quod sui non sunt: de aliena infelicitate contristantur, de aliena felici-  
tate latentur. Quidquid optant, quidquid abominantur, extraneum ab illis est. ita & amor  
apud illos ociosus, & odium iniustum. Et forsitan sine causa amare liceat, quam sine cau-  
sa odire. Deus certè etiam cum causa prohibet odisse, qui inimicos dilig iuber. Deus <sup>144</sup> Matth. 5.  
etiam cum causa maledicere non finit, qui maledicentes benedici præcipit. Sed Circo <sup>145</sup> Marc. 7.  
quid amarius, vbi ne <sup>144</sup> principibus quidem aut ciuibus suis parcunt? Si quid horum <sup>146</sup> Rom. 13.  
quibus Circus fuit, <sup>145</sup> aliubi competit sanctis, etiam in Circo licebit. Si vero nusquam,  
idèo nec in Circo. [ <sup>146</sup> Similiter impudicitiam omnem amoliri iubemur. Hoc igitur mo- CAP.XVII.  
do etiam à theatro separamur, quod est priuatum confistorium impudicitia, vbi nihil  
probatur, quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia eius de spuria plurimum  
reconcinnata est, <sup>147</sup> quam Atellanus gestulator, <sup>148</sup> quam Mimus etiam per mulieres re-  
presentat sexum pudoris exterminans, ut faciliter domi quam in scena erubescant. Quam  
<sup>149</sup> denique Pantomimus à puerita patitur in corpore, ut artifex esse possit. Ipsa etiā pro-  
stibula publica libidinis hostia in scena proferuntur, plus miseræ in praesentia feminorum,  
quibus solis latebant, pérque omnis ætatis, omnis dignitatis ora transducuntur, lo-  
cus, <sup>150</sup> stipes, elogium, etiam quibus opus non est, prædicatur. Taceo de reliquis, ea  
qua in tenebris & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubescat

Y iiiij

ULLIAN,  
in statu onibus  
MELE,AV  
16

senatus, erubescant ordines omnes. Ipsæ illæ pudoris sui interemprices de gestibus suis ad lacem & populum expauescentes semel anno erubescunt. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire quæ loqui non licet? Cum etiam scurrilitatem & omne vanum verbum iudicatum à Deo sciamus, cur æquæ liceat videre, quæ facere flagitium est? Cur quæ ore prolatæ communicant hominem, ea per oculos & aures admissa non videantur hominem communicare: <sup>151</sup> cum spiritui appareant aures & oculi, nec possit mundus præstari, cuius apparitores inquinantur? Habet igitur & theatri interdictionem, de interdictione impudicitiae. [ <sup>152</sup> Sin & doctrinam secularis litteratura vt

**CAP. XVIII.** stultitia apud Deum deputatam aspernamur, satis prescribitur nobis & de illis speciebus spectaculorum, quæ seculari litteratura <sup>153</sup> lusoriam vel agonisticam scenam dispensant: quod sint tragœdia & comœdia sclerum & libidinum æctrices, cruenta & lascivæ, japa & prodigæ. Nullius rei aut atrocis, aut vilis commemoratione melior est: quod in facto relictur, etiam in dicto non est recipiendum. <sup>154</sup> Quod si & stadium contendas in scripturis nominari, sane obtinebis. Sed quæ in stadio geruntur, indigna conspectui tuo non negabis, pugnos & calcos & colaphos & omnem petulantiam manus, & quamcumque humanioris, id est, diuinæ imaginis depugnationem. <sup>155</sup> Non probabis vñquam vñnos cursus & iaculator & saltus vaniores, nusquam tibi vires aut injuriosas aut vane placent, sed nec cura factitij corporis, <sup>156</sup> vt plasticae Dei supergressæ propter oculum Græciæ aliles homines oderis. Et <sup>157</sup> palæstræ diaboli negotio est. <sup>158</sup> Primos homines diabolus elicit. Ipse gestus colubrina vis est tenax ad occupandum, tortuosa ad obliquandum, liquida ad elabendum. Nullus tibi coronarum vñsus est, quid de coronis voluntates aucuparis? [ <sup>159</sup> Expectabimus nunc vt & Amphitheatri repudium de scripturis petamus. Si <sup>160</sup> sevitiam, si impietatem, si feritatem permissam nobis contendere possimus, eamus in amphitheatum. Si tales sumus quales dicimur, deletemur sanguine innocens de suppicio alterius latari non potest, cùm magis competat innocentia dolere, quod homo par eius tam innocens factus est, vt <sup>161</sup> tam crudeliter impendatur. Quis autem mihi sponsor est, innocentes semper vel ad bestias vel ad quodcumque supplicium decerni, vt non innocentia quoque inferatur, aut vltione iudicantis, aut infirmitate defensionis, aut instantia questionis? Quam melius ergo est nescire cùm mali puniuntur, ne scilicet & quum boni percunt, si tamen bonum sapiunt. <sup>162</sup> Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, vt publicæ voluptatis hostiae fiant. Etiam qui dominantur in ludum, quale est vt de leuiore delicto in homicidas emendatione proficiant. Sed hec ethnici respondi. Ceterum abfit vt de istius spectaculi auersione diutius discat Christianus: quam nemo hæc omnia pleniū exprimere potest, nisi qui adhuc spectat. malo non implore quam meminisse. [ Quam <sup>163</sup> vana igitur, immò desperata argumentatio eorum, qui sine dubio tergiuersationem admittendæ voluptatis obtendunt. Nullam cius afflictionem mentionem specialiter vel localiter in scripturis determinari, quæ direxto prohibeant eiusmodi conuentibus interesse seruum Dei. Nouam proximè defensionem <sup>164</sup> suauitudij cuiusdam audiui. Sol (inquit) immò etiam ipse Deus de celo spectat, nec contaminatur. Plante sol & in cloacam radios suos defert, nec inquinatur. Vtinam autem Deus nulla flagitia hominum spectaret, vt omnes iudicium euaderemus. Sed spectat & latrocinia, spectat & falsa, & adulteria, & fraudes, & idololatrias, & spectacula ipsa. Idecō ergo nos non spectabimus, ne videamur ab illo qui omnia spectat. Compares hominem & iudicem: reum, qui quia videtur, reus est: iudicem, qui quia vider, index est. Nunquid ergo & extra limites circi furori studemus, & extra cardines theatri impudicitie intendimus, & insolentia extra stadium, & immisericordia extra amphitheatum, quod Deus etiam extra cameras, & <sup>165</sup> gradus, & <sup>166</sup> apulias oculos habet. Erramus, nusquam & nunquam excusat quod Deus damnat. Nunquam & nunquam licet, quod semper & vbiique non licet. Hæc est veritatis integritas, & quæ ei debetur disciplina plenitudo & æqualitas timoris, & fides obsequij, non immutare sententiam, nec variare iudicium. Non potest aliud esse, quod verè quidem est bonum seu malum. Omnia autem penes veritatem Dei fixa sunt. [ <sup>167</sup> Ethnici, quos penes nulla est veritatis plenitudo, q̄ia nec doct̄or veritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretatur, alibi publico vix necessitate vesicæ tunicam leuet: idem in circu aliter non exulter, nisi totum pe-

**Gen. 3.****Gen. 9.****Exod. 20.****Matth. 6.****CAP. XX.****CAP. XXI.**

A dorem in faciem omnium intentet. & qui filiae virginis ab omni spurco verbo aures tuerit, ipse eam in theatrum ad illas voces gesticulationesque deducat, & qui in plateis item manu agentem aut compescit, aut detestatur, idem in stadio grauioribus pugnis suffragium ferat. Et qui ad cadaver hominis communis lege defuncti exhorret, idem in amphitheatro derofa & dissipata, & in suo sanguine squalentia corpora patientissimis oculis defuper incubat. Imo qui propter homicida pecnam probandam ad spectaculum veniat, idem<sup>168</sup> gladiatorem ad homicidium flagellis & virgis compellat inuitum. Et qui insigniori cuique homicidae leonem poscit, idem gladiatori atroci<sup>169</sup> petat rudem, & pileum premium conferat. Illum vero confessum etiam amoris spectaculo repeat, libentius recognoscens de proximo, quem voluit occidere de longinquio, tanto durior si noluit. [170] Quid mirum de inaequata ista hominum miscentium & commutantium statum boni & malorum per instantiam sensus & iudicij varietate? <sup>171</sup> Etenim ipsi auctores & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos, xylisticos, harcenarios illos amantissimos, quibus viles animas foeminæ, aut illi etiam corpora sua substernunt, propter quos in ea committunt, quæ reprehendunt, ex eadem parte quam magnificiunt, depo- nunt, & diminuunt, imo<sup>172</sup> manifeste damnant ignominia &<sup>173</sup> capitis minutiōne, <sup>174</sup> arcētes curia, rostris, senatu, equite, ceterisque honoribus omnibus simul ac ornamenti. Quibus quanta peruersitas. Amant quos multant, deprecant quos probant. Artem magnificant, artificem notant. Quale iudicium est, vt ob ea quis offuscatetur, per quæ promeretur? Imo quanta confessio est malae rei, quarum auctores, quum acceptissimi sunt, sine nota non sunt. [175] Quum igitur humana recordatio etiam obstrepente gratia voluptatis dammandos eos censeat ademptis bonis dignitatibus in quandam scopolum famositatis, quanto magis diuina iustitia in eiusmodi artifices animaduerit? An Deo placet auriga ille tot animarum inquietator, tot furiarum minister, tot statuum, vt facerdos coronatus, vel<sup>176</sup> coloratus ut leno, quem currū rapiendum diabolus aduerus Heslam exornauit? Placebit & ille, qui<sup>177</sup> vultus suos nouacula mutat infidelis erga faciem suam,<sup>178</sup> quam non contentus Saturno & Isidi & Libero proximam facere, insuper<sup>179</sup> contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de p̄cepto Domini ludat? Docet scilicet & dia- bolus verberandam maxillam patienter offerre: <sup>180</sup> Sic & tragēdos cothurnis extulit, <sup>Matth. 6.</sup> quia nemo potest adiicere cubitum vnum ad staturam suam, mendacem facere vult Chri- <sup>Luc. 12.</sup> stum. Iam<sup>181</sup> vero ipsum opus personarum, quoārā ad Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri, quanto magis imaginis suæ. Non amat falsum auctor veritatis: adul- <sup>Exod. 20.</sup> terium est apud illum omne quod fingitur. Proinde vocem sexus, aetates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adscuerantem non probabit, qui omnem hypocrisin damnat. Ceterum cūm in lege præscribit,<sup>182</sup> maledictum esse qui muliebribus vestiatur, <sup>Deut. 22.</sup> quid de Pantomimo iudicabit, qui etiam muliebris curatur? Sanè & ille artifex pu- gorum impunitus ibit: Tales enim cicatrices cestuum, & callos pugnorum, &<sup>183</sup> au- rum fungos à Deo cum suo plasmate accepit. Ideò illi oculos Deus plasmatuit, vt vapu- <sup>Clando</sup> deficiant. Taceo de illo, qui hominem leoni præ se opponit, ne parum sit homi- cida, quam qui eundem postmodum iugulat. [184] Quot adhuc modis perorabimus, ni- <sup>CA. XXIII.</sup> hil ex his quæ spectaculis deputantur, placitum Deo esse, aut congruens Dei seruis, quod Dominus placitum non sit, si omnia propter diabolum instituta, & ex diaboli rebus in- structa monstrauimus: nihil enim non diaboli est, quidquid Dei non est, vel Deo disipli- cat: hoc erit pompa diaboli,<sup>185</sup> aduersus quam in signaculo fidei cieramus. Quod autem cieramus, neque facto, neque dicto, neque viu, neque prospectu participare debemus. Ceterum nonne cieramus & rescindimus signaculum, rescindendo testationem eius? Nū- quid ergo supereft ut ab ipsis ethnicis responsum flagitemus? Illi iam nobis renuncient, an licet Christianis spectaculo vti. Atquin hinc vel maximè intelligent factum Christianum, de repudio spectaculorum. Itaque negat manifeste, qui per quod agnoscitur, tol- lit. Quid autem spei supereft in huiusmodi homine? nemo in castra hostium transit, nisi proiectis armis suis, nisi destitutis signis & sacramentis principis sui, nisi paetus simul peri- re. [186] An ille recogitabit eo tempore de Deo, positus illic ubi nihil est de Deo? pacem <sup>CA. XXV.</sup>

CAP. XXII.

CA. XXIII.

Exod. 20.

Deut. 22.

CA. XXIV.

CA. XXV.

ULLIAN,  
in etatis omnibus  
CMBLE,AV  
16

spectaculo incundo prius cogitat, nisi videri & videre. Sed tragedo vociferante exclamations ille alicuius propheta retractabit. Inter effemimationis modos Psalmū secum cōminiscetur, & cūm athletæ agent, ille dicturus est repercutiendum non esse; poterit & de misericordia moueri defixus in mortis visorum, & <sup>188</sup> spongias retiariorum. Auerat Deus à suis tantam voluptatis exitiosæ cupiditatem. Quale est enim de ecclesia Dei in diaboli ecclesiam tendere? de <sup>189</sup> celo (quod aiunt) in cœnum? illas <sup>190</sup> manus quas ad Dominum extuleris, postmodum laudando histrionem fatigare? ex <sup>191</sup> ore quo Amen in sanctum protuleris, gladiatori testimonium reddere, <sup>192</sup> alij omnino dicere nisi Deo Christo? [Cur <sup>192</sup> ergo non eiusmodi etiam dæmoniis penetrabiles fiant? Nam & exemplum accidit Domino teste, eius mulieris quæ theatrum adiit, & inde cum dæmonio redit. <sup>193</sup> Iraque in exorcismo cūm oneraret immundus spiritus, quod auctus esset fidelem adgredi: constanter & iustissimè quidem (inquit) feci, in meo eam inueni. Constat & alij linteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragedium audierat, cum exprobatione nominato tragedo, nec ultra quintum diem eam mulierem in seculo fulse. Quo utiq; & alia documenta cesserunt de his qui cum diabolo apud spectacula cōmunicando à Domino exciderunt. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Quid luci cum tenebris? quid <sup>194</sup> vita & morti? <sup>195</sup> Odiisse debemus istos conuentus & cœtus ethnicorum, vel quod illic nomen Dei blasphematur, illuc <sup>196</sup> quotidiani in nos leonis expostulantur, inde persecutions decernuntur, inde tentationes emittuntur. Quidificies in illo suffragiorum impiorum astuorio deprehensus, non quasi aliquid illie patipofis ab hominibus, nemo te cognoscit Christianum, sed recognoscit quid de te fiat in celo. Dubitas enim illo momento, quo in diaboli ecclesia fueris, omnes angelos prospicere de celo, & singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguam, quis aures diabolo aduersus Deum administraverit? Non ergo fugies sedilia holium Christi, illâ cathedrâ pestilentialium, ipsumque ærem qui desuper incubat, scelestis vocebus contumaciam: Sint dulcia licet & grata & simplicia, etiam honesta quædam. Nemo venenum temperat felle & elleboro, sed conditis pulmentis & <sup>197</sup> benē saporatis, & plurimum dulcibus id mali iniicit: ita & diabolus letale quo conficit, rebus Dei gratissimus & accepit. inde habe ac si stillicidia mellis de <sup>198</sup> libacunculo venenato: nec tanti gulam facias voluptatis, quanti periculum. <sup>199</sup> Per suauitatem saginatur eiusmodi dulcibus coniurunt, & loca & tempora & invitator ipsorum est. Nostra cœna, nostra nuptia, nondum sunt. non possum cum illis discubere, quia nec illi nobiscum. Viciibus dispolitares, nunc illi latantur, nos conflictamur. Seculum (inquit) gaudebit, vos tristes eritis. Nunc ergo dum ethnici gaudent, vt quum lugere coeperint, gaudemus, ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es Christiane, si & in seculo voluptate concupisces, immo <sup>200</sup> nimiū stultus, si hoc existimas voluptatem. <sup>201</sup> Philosophi quidē hoc nomen quieti & tranquillitati dederunt, in ea gaudent, in ea auocantur, in ea possumus viuere sine voluptate, qui mori cum voluptate debebimus? Nam quod est aliud votum nostrum, quād quod & Apostoli, exire de seculo, & recipi apud Dominum? Hanc tam ingratis es, vt tot & tales voluptates à Deo contributas tibi satis non habeas, neque recognoscas? Quid enim iocundius, quād <sup>204</sup> Dei patris & Domini reconciliatio, neque veritatis reuelatio, quād errorum recognitio, quād tantorum retro criminum venientia, quād maior voluptas, quād fastidium ipsius voluptatis, quād seculi totius contemptus, quād vera libertas, quād conscientia integra, quād vita sufficiens, quād mortis timor nullus, <sup>205</sup> quod calcas deos Nationum, quod dæmonia expellis, quod medicinas facis, quod reuelationes petis, quod Deo viuis? Haec voluptates, haec spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita: in <sup>206</sup> his tibi ludos Circenses interpretare, cursum fecularum defende, ad signum Dei suscitare, ad tubam angeli erigere, ad martyrii palmarum gloriare. Si <sup>207</sup> scenica doctrina delectant, satis nobis litterarum est, satis veritatum, satis sentiarum, satis etiam cantorum, satis vocum, nec fabulæ, sed veritates, multa. Aspice impudicitiam deictam à castitate, perfidiam cœsam à fide, suavitatem à misericordia.

*Matth. 5.*

*2. Cor. 6.*

*Euseb. 33.*

*Ca. xxvii.*

*Psal. 1.*

*C. xxviii.*

*Ioan. 16.*

*Philip. 1.*

*Ca. xxix.*

A sericordia contusam, petulantiam à modestia obumbratam, & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Vis <sup>209</sup> autē & sanguinis aliquid habes Christi. [ <sup>210</sup> Quale autem spectaculum in proximo est aduentus Domini iam indubitati, iam superbi, iam triumphantis? Quæ illa exultatio angelorum, quæ gloria resurrectum sanctorum? quale <sup>211</sup> regnum exinde iustum? qualis ciuitas noua Hierusalem? At enim super sunt alia spectacula, ille ultimus & perpetuus iudicij dies, ille nationibus insperatus, ille derisus, cum tanta seculi vetustas, & tot eius nativitates uno igni haurientur. Quæ tunc spectaculatudo? quid admireret quid rideam? vbi gaudeam, vbi exultem, spectans tot ac tantos Reges, qui in celum recepti nuntiabantur, cum ipso Ioue & ipsis suis testibus in imis tenebris congregantes? item Præsides, persecutores Dominici nominis saevioribus quam ipsi flammis saeuierunt, insultantibus contra Christianos, liquefiantibus? quos præterea sapientes illos Philosophos coram discipulis suis vnam conflagrantibus erubescentes, quibus nihil ad Deum pertinere suadebant<sup>213</sup>, quibus animas aut nullas, aut non in prima corpora rediutras affirmabant, etiam poëtas <sup>214</sup> non ad Rhadamanti, nec ad Minois, sed ad inopinati Christi tribunal palpitantes? Tunc magis tragedi audiendi, magis scilicet vocales in sua propria calamitate. Tunc histrio cognoscendi solitores multo per ignem: tunc spectandus auriga, in flammea rota totus rubens: tunc xylisti contemplandi non in <sup>215</sup> gymnasii, sed in igne iaculari, nisi quod nec tunc quidem illos velim viros, vt qui malim ad eos potius conspectum infatibilem conferre, qui in Dominum desauierūt. Hic <sup>216</sup> est ille (dicam) fabri aut quæstuarij filius, Sabbathi destructor, Samarites & demonium habens. Hic est quem à Iuda redemisti, hic est ille aridus & colaphis diuerberatus, sputamentis dedecoratus, felle & acetato potatus. Hic est quem clam dissententes subiupiunt, vt resurrexisse dicatur, vel <sup>217</sup> hortulanus detraxit, ne lactucæ sua frequentia commeniant laderentur. Ut talia spectæ, vt talibus exultes, quis tibi Prætor aut Consul, aut Quæstor, aut sacerdos de sua liberalitate præstabit? & tamen hæc iam quodammodo habemus per fidem spiritu imaginante repræsentata. Ceterum qualia illa sunt quæ nec oculus vidit, nec auris audiuist, nec in cor hominis ascenderunt? Credo, Circo & <sup>218</sup> vtraque cauea & omni studio gratiora.

CAP. XXX.

ULLIAN,  
metat onibus  
PAMELI.AV  
16

### ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM DE SPECTACVLIS.

1. DE SPECTACVLIS.] Vti ne sepius infra eidem repentina sint, initio tum de his quæ Spectaculissimis communis sunt, tum de Spectaculorum variis generibus prefari visum est operari pietatum, quo fieri, ut reliqua ei sunt dilucidiora, qui haec memorie sive in cultauerit. Imprimis autem Authori sunt eadem Spectacula, Ludi, Certamina, in genere. Deinde ad omnium Spectacula referuntur que cap. v. v. vij. & vij. & vij. tractat de Ludorum Origine, Titulis, Apparatus, & Loci. Item ad omnia generata pertinet, quæ cap. xiiij. impugnat, concupiscentia, vel pecunia, vel dignitatibus, vel gula, vel libidinis, vel gloria aut voluptatis. Praeterea illud cap. 15. vbi voluppas est, ibi & studium, vbi studium, ibi & amulatio; porrò vbi amulatio, ibi & furor, & bilis, & ira, & dolor; denique (vii addit cap. sequ.) amor oiofus, & odium iniustum.

Argu quatuor genera Spectaculorum improbantur, non à Tertulliano tantum, sed & à BB. Cypriano, Epiphanius, Isidoro et Hrabano; nempe Ludi Circenses in Circo, Arres scenicos in theatro, Agones in stadio, & Munera, venationes, seu gladiatorijs Ludis in Amphitheatro. De quibus quidem singulis Tertullianus singulariter eadem ordine tractat c. ix. xxi. & xij.

opinor habebit in animo contendens pro Auriga; Tragedo vociferante exclamaciones alcuso Propheta rerractabit; cum Athlete agent; ille dicit non esse repercutiendum, poterit & de misericordia moneri defixus in mortuis virorum & spongeas retiariorum. Cap. 28. Tu mihi Metas, scenas, puluerem, & harenas suspirai. Cap. 29. In his tibi Ludos Circenses interpretare; si Scenice doctrine delectant; vis pugillatus & luctatus; vis autem & fanguinis aliquid: Cap. ultimo. Tunc spectandus Auriga in flamme rompe a toro rubet; histriones cognoscendis multo solutiores per ignem. Xystici contemplandi non in gymnasii, sed in igne iaculati; nec tunc quidem illos velum visos, qui in Dominum deseuierunt. Denique ibidem in ipsa calore libri: Credo ( inquit ) Circus & utraque caeca ( theatro nempe & Amphitheatre ) & stadio gratiora. Item Apologet. cap. 38. Nihil nobis est ( inquit ) cum infanta Cuci, cum impudicia theatri, cum xysti vanitate, cum atrocitate harenæ. Et iudicem penes verbis lib. 1. ad ser. Marc. Nihil est nobis dicta, visa, auditu cum infanta Circi, &c. ut prius. Postremo libro ad Martyrum cap. 2. Non clamoribus Spectaculorum, vel impudicitia, vel furor, vel atrocitate cœbantium cereris. Hanc absimiliter D. Cypriana quatuor enumerat Spectaculorum species libro quo Auctorem imitatur de Spectaculis, & de singulis eorum singula habet capita, nempe IIII. V. & VI. sed also ordine. Primum enim reprehedit cruenta Spectacula, ad que rabida fera nutritur in deliciis ad ponam hominis; deinde Circenia certamina, lites in coloribus, contentiones in curribus, inde scena sales inuercundos, &c. denique Græca certamina, & feda illa luctamina. Quorum duo Gladiatorios & scenicos Ludos etiam redarguit epist. 2. ad Donatum, & postremum Epistol. 62. ad Hieronimem. Nec disserit Epiphanius, qui sub nomine operis aduersus heres: Ecclesia ( inquit ) prohibet Ludos equestres, Theatra, Muticos item & venatores. Eodem pertinent que ipsis Tertulliani verbis habet Iudiciorum vbi supra cap. 62. Promde ( inquit ) nihil debet esse Christiano cum Circensi infanta, cum impudicitia theatri, cum Amphitheatri crudelitate, cum atrocitate harenæ, cum luxuria ludi ( seu sicut legendum censes, xysti ) Que ipsa cap. 16. datus explicans: Lodus autem ( inquit ) aut Circensis est, aut Scenicus, aut Gymnicus, aut gladiatori. Et eadem repetit Hieronimus vbi supra.

Porrò deferente illo priori feruore Christianismi, quum ubique ferè vanitate xysti appeller Auctorem duxerat, & apud Graecos proper numerum Olympiacum, que dicebantur ab Argonibus Olympis quanto quoque anno cœbantur, tolerandum videtur tertium illius genus spectaculum; posteriori scriptores, Arnobius, Lactantius, Hieronymus tres tantum reliquias species impugnarunt, fortassis reteno quarto illo, uti iuxta Apostolum exemplo eram sic currerent Christiani ut apprehenderent, & meminissent quod nisi legitimè certauerint, coronari non possint, & quod multi currunt, unus autem accipit brauium, maximè sublatum ut videatur impudicis illis in xysto meretricum colluditibus. Arnobius quidem de Amphitheatris lib. 2. paulo post medium, in quibus ( inquit ) mundi homines cernerent & bestiarum lanitatis dissipari, interficere se alios nullius ob meritum causam, sed ingratam voluntatem confessorum; ipsi que illos dies, quibus tantum committeretur

nefas, in gaudiis communibus dicerent, & festabilitate facerent. Idem de Circenisibus, quum aliquid aliud esset lib. 4. tractat de origine conudem latissime lib. 7, aliquot ante finem pagina. Denique de Theatralibus ludis sub finem lib. 4. aduersus Gentes. Lactantius vero latissime de singulis horum trium generum verbis infra citandis tractat lib. 6. cap. 20. ita tractatum suum includens: Et primitus quidem venationes, que & Munera vocantur, Saturno attributa sunt, Ludi autem Scenici Libero; Circenses Neptuno; paulatinus & ceteri diis idem honos tribui caput, singulique ludi eorum nominibus conservati sunt, sicut Silvianus Capitolio in libris Spectaculorum docet. Cui similitudinem petunt Epitome eiusdem cap. 6. B. Hieronymus denique partim Tertullianum, imitatus in vita Hilarionis: No ( inquit ) Circi furoribus, non theatri luxuria, ne harena sanguine delectabatur. Et ad Marcellum: His beat sibi Roma suis tumultus, Circus infantarum, them luxuriant, harena saeuiat.

Ex quo adeo loco constat, et si ( Eusebii lib. 4. deinde eiusdem cap. 28. & Zos. lib. 1. hisp. Edidit, fibi ) Constantinus Gladiatorios ludos leges iusticierat, quae exstat l. 2. Cod. de Gladiatoriorum, ut hinc tamen Roma non in uniuersum abolitus fuisset. Quod ipsum satius etiam constat ex lib. 2. de Gladiis, Cod. Theodosiani per Constantium lata, que Munerarios probet esse Gladiatoris milites, aut Palatina prediti ducate. Item ex lib. 2. de Spectaculis, eiusdem Cod. Teodosiani, ubi inter cetera dumtaxat interdictum Metheribus per Gratianum, Valentiniannum & Theodosium tempore ferarum curibus vacare, quam quo dicitur nati aut Imperij sceptris Principes saepe gerint. Rofion B. Augustinus lib. 6. Confess. cap. 8. ubi memini Gladiatori ludi Rome in sua adolescentia celebrati. Denique ex Prudentio ad finem lib. 2. ad Symmachum, quod Honorium Imperatorum hortatur virilis tollit invicem:

Tu mortes miserorum hominum prohibe litari, &c.

Qui certe ianum proficit, ut omnino Gladiatori ludum interdixerit occasione cuiusdam Telemachus Iliachi, qui quum Amphitheatrum in regno populi separari interierat a populo lapidibus fuit atritus, quod admodum a Theodooro memoria proditum est Eusebii lib. 5. cap. 26.

Verum enim uero permisso sunt reliqua duos Spectaculorum genera a Cesariis, quanquam Christiani quum tumulus repugnantibus Episcopis, ne ( ut loquuntur Arcadius & Honorius ) numia tristitia in populo raretur, interdicto dumtaxat Maimiū fieldo & anno spectaculo, viri patre ex l. ult. ff. de Maimiū Cod. Theodosij. Vnde & multis subinde fabiis recordent historie Ecclesiastice. Utrigurum Artaturum que factiōnibus. Hinc factioν ut B. Chrysostomus, & Augustinus, dum frequentissim aduersus Spectacula forant, non tan aliorum meminerint quum eorum quae in Circō aut Theatro fabantur. Chrysostomus quidem Circensium hom. 31. in Ioān. Scenicorum hom. 32. & 69. in Matth. & utrōrumque in Psal. 50. & 100. de Kalendis. Augustinus vero lib. 2. de Symbolo c. 2. l. 2. de Canticis Dei c. 6. Circensem. Lib. vero 1. de confess. Evangelij. c. 37. & dict. l. 2. de Canticis. De cap. 4. 7. 8. 10. 11. 12. 13. ac 14. Scenicorum. Hoc intermixerunt suis Declamationibus sancti illi viri, ut saltem in Theatrorum atque Circensium voloptat per

ueras urbes prohibita sit Dominicis diebus, & Festis Natali, ac Epiphaniis Domini, Pasche item, & per totam Pentecosten. I. Dominicis, de Spectaculis in Cod. Theodosii, que data est Kalend. Februario, Constantinopoli, Theodos. xi. & Valentiniiano Cesar. Cos. vii recte ante me adnotauit qui quis. Auctor est libri Observationum diuinorum & humaniorum, à quo non parum hac in re me adiutor ingenue factus. Qui interim recte & illud adnotauit Constantinopolis postea insoluisse Ludos illos Gladiatorum, ex eo quid expes lex vlt. Cod. De foris, qua Zeno Imperator interdicunt (non simpliciter, sed Dominici cunctatam die) Scenam Theatralem, Circense certamen, & ferarum lacrymosa spectacula. Ego vero

existimo aut non permitta nisi de Maleficiis, qui ad bestias subinde condemnabantur, aut certe non nisi ferarum inter se certamina, que tamen subinde lacrymosa facta sunt, sequenda (ut Tertulliani verbis utar lib. ad Martyras) feræ in mediis ciuitatibus elapsæ caucis, homines deuorauerunt. Certè etiam Circense, aut aliquod aliud spectaculum Dominicis die fieri interdictum est. 6. Synodi in Trullo celebratae, can. 66. Quid utram etiamnun obseruaretur, quin videamus plerumque Dominicis & Festis diebus spectacula exhiberi, nec modo Comædiarum aut Tragediarum veteriù honestiorum dramata, sed & lubrica subinde & pudenda, etiam ad medium noctem usque.

Ceterum post absolutas dudum huius libri Adnotations, vt Lectio r̄quis facilē colliget, tandem nactus Circi Maximi descriptionem Romæ à Bolognino Zalterio formis editam, auctore Pyrro Ligorio Pictore Neapolitano, candem à nobis subinde castigatam nouis formis excusam, in Lectorum gratiam simul edi, & superiori folio iussimus.

## C. A. P. I.

2. Qui status fidei, que ratio veritatis, &c.] Preter Prefatiunculam quandam hoc caput hanc metetur inscriptionem: De responsu ad duo ethnorum argumenta pro Spectaculis. *Et qui scriptum hunc librum non ad tam Christianos tantum, sed & Catechumenos, quos Auctor Audientes solet numerare, patet tum ex verbis istis: Dei serui cognoscite, qui maximè ad Deum acceditis, quia ad Catechumenos, tum ex illis: recognoscite qui iam confessi vos testificari & confessi estis, quod ad iam Baptizatos, qui fidei testificationem in Baptismo rediderant, pertinet, utrū infra l. de Baptismo Latius.*

3. Faluo erga Deum metu & honore.] Hoc ipsius argumentum in causa simili dilatum reperire est lib. de Panteris, cap. 5. Quantum autem præstiterit Galenus, vexel hoc loco licet reprehendere, ubi recte legit; nec verò Deum offendit, pro: nec verbo; & qua: pro: quo, item paulopōt: definita, pro: descripta.

4. ad hanc obstinationem.] Familiaris est Auctor in vox obstinatio in bonam partem, pro constantia, sicuti & apud Tacitum l. 19. obstinatio fidei, quare non placet quod paulopōt pro: obstinatio discipline, MS. codex Anglicus habeat: obseruatio. *Et qui ex coniectura Latinus legimus: quam iam supereruacuam sibi fecerint, pro: supereruacuum.*

## C. A. P. II.

5. Iam verò nemo est, &c.] Titulum similem huic capiti addamus: De tertio ethnorum argumento, quod idem permisso sint Spectacula, quia ex rebus consentaneis à Deo instituti & homini attributus. Quod in simili iterum soluit Auctor infra l. de Habitu mulierib[us], haud prouid[us] à fine, quemadmodum ex verbis supra in Argumento allegatis constat.

6. Leonem.] Auctor loco citato Pantheram rescripsit, pro: quod hic leonem; non enim leones dumtaxat, sed & Pantheras omnis generis in Amphitheatre adduci ad venationem solitas ex Ilinio manifestum est, hist. nat. lib. 8. cap. 16. & 17. Leonum (inquit) plurium pugnam princeps Roma dedit Q. Scœula P. filius in Curuli Adilitate. Centum autem in baturum primus omnium L. Sylla, qui possea Dictator fuit,

in Praetura. Post cum Pompeius Magnus in Circu D.C. in iis Iubatorum CCCXV. Cesar Dictator DCCC. Vbi certe Circus pro Amphitheatro Pompej accipiebat, de quo infra. De Panteris vero Senatusconsultum (inquit) vetus fuit, ne licet Africanas in Italianam adiungere. Contra hoc tulit ad populus Cn. Aufidius Tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importare. Primum autem Scaurus Adilitate sua varia CL. viuieris dedit; dein Pompeius Magnus CCCXX. Diuus Augistus CCCCXX.

7. inimicum Dei.] sic ex MS. cod. pro: Deo; nam Tertullianum esse, ut Adicitua cum Genitio costruat, adnotauimus vlt. c. 1. de Patrie, et mox idipsum etiā in excusa legitur. Ex quo etiam restitui: neque cultoribus Dei vitandū, pro eo quod corruptiss. legebatur putādū.

8. ab hac lecta.] Rursum in bonam partem accipitur secta pro Christiana religione.

9. voluptratem etiam sapiens vt tantam non contemnit.] Locus obscurus & fortassis corruptus, quia Lactantius ubi supra, tum ex Cicero in Catone maiore, tum aliunde, adfruit Philosophos voluptratem oculorū sustulisse, dicentes multo præclarius esse cælum, quam cælata intueri; ad quod etiam Spectaculum adhortatur B. Cyprianus vlt. c. lib. de Speciis.

10. Deum esse viuieratis conditorem.] Zenonis & aliorum Philosopherum sententias hac de re videre est apud Iustinum Martyrem, Apol. 2. & Anaxagoram eiusdem argumenti l. Item supra Apol. c. 21. qui viuieratis artificem & facilitatorem Deum [sic] Responent dicunt, de quo latius Lat. l. 4. verbis ibidem citatis, n. 310. & 311. Pro eo autem quod erat: quae sit æmulus ex diuerto, legimus, & melius, quis sit æmulus, quia mox sequitur: aduersarium, & interpolatorem, & postea: æmulum.

11. magicis deuinationibus.] Deuinationes accipi pro ligaturis, de quibus latius l. de Anima. Et hic verò pulcrum est Galenij castigatio: hominis necesse Auctor, pro: in nece est auctor. Ex MS. paulopōt lego: flagitiorum auctor, pro: auctor; neque enim homo, sed Diabolus interpolator illorum est auctor.

12. gulam ad gula crimen.] Gula crimen solummodo Ecclesiasticis notum pro gula intemperatia seu gulositate, prophanis non item. Similiter dixit l. de Leibus: Adam salutem gula vendidit, & l. adu. Marc. co-

ULLIAN,  
metatōnibus  
CMLII.

A. V.  
16

## Adnotat. in lib.

262

mitibus gulae, libidini scilicet atque luxuria. Sine autem legas: gula satieratem cum excusis sine societatem cum MS. perinde est.

13. aut spiritus ideo insitus corpori.] Videtur hoc pertinere ad eius errorem de anima traduce, de quo inter Prolegomena.

14. non in exitum operū constat condidisse quae damnat. ] Locus adnotandus corā Caluinum, qui instit. l.3.c.22.23. & 24. astrict, quod Deus creauit maximā partem mundi ad damnationem & perditionem simplici decreto voluntatis sua: quemadmodum ipsi ab Helvetiis obieciūt est. Verum de hoc Latini. de Fabriū virginū. Hic sufficiat quod subiungit: quando hæc sit tota ratio damnationis, peruersa administratio conditionis à conditis. Legimus autem: neq; mirari neq; dubitate, ex conjectura Ioh. Harrisj Angli, probdubitari, & cum Gagno: illa vis interpolatoris & emulatioris angelis ab initio de integritate deiecerit, pro eo quod irrevererat illi interpolatoris, &c. deiecerint.

### CAP. III.

15. Hac conscientia instructi, &c. ] Caput hoc inscriptum. Quod esti non exp̄lē, tacite saltem in Scripturis spectacula prohibeantur. In quo Autorem imitatur B. Cyprian. l. de Spel. c. 1. & Chrysostom. 62. ad popul. Antioch. ubi de Spectac. interpretatur illud Psalmi primi: Felix qui non abiit in concilium impiorum, &c.

16. ad nostrorum detrac̄tus. ] similiter l. Advx-rem 2. detrac̄ta & exerta sententia est; ubi Rhenanus: Novum (inquit) huius verbi usus: detracto. Sic & de Virgin. velandis: Nec detractamus, quare non & puerum nominarit. Compositum pro simplici. Atque legimus iterum cum Gagno: ad hanc abdicationem spectaculorum, pro: ab hac abdicatione. Est autem etiam hæc Iurconfessorum vox.

17. Non occides, non idolum coles, &c. ] Non sicut hic ordinarius Auctor, nam aliqui eporteret coniungere, sicut alibi facit: Non occides, non adulterium, non fraudem facies, & preponere illud: Non idolum coles, quod ipsum Paraphrasis citat. Verum de his latius alibi adu. Marc.

18. Vias enim vocat cardines balteorū per ambitū, &c. ] Facit ad huius loci intellectum quod habet Novus Marcellus. Neuro (inquit) genere nep̄e, Varro reū diuinari. l.1. Tragica vincula Balteas sunt. Accim. Auctor. & in eo lib. 8. Actionibus manus, baltea, macheras. Dicit itaque Auctor vias vocari cardines, id est quas patetab ingressus, balteorum sine singulorum: corso binis ornatorum (nam ita balteum definit idem Varro l.4. de Ling. Lat.) quibus theatrum concludebat. Illudre autem videtur ad Theatra duo pensilia C. Curionis, quæ (testē Plinio hist. nat. l.36.c.10.) fecit amplissime ex ligno cardinum singulorum, versatili suspensa libra mēto. In quibus virtusque antemeridianus ludorū spectaculo edito inter se aeneris, ne invicem obstreperent Scenæ, et repente circumactū ut contra starent: postremo tā die descendentes tabulis & cornibus inter se coenuntibus faciebat Amphitheatrum, & Gladiatorū Spectacula edebat; ipsum magis auctorum populum Romanū circumferens. Quod enim miretur quisque in hoc primum: inuenientem, an inueniunt: artificem, an auctorem: iussum aliquem hoc excoxitare, an suscipere parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere austi tam infida infatiblique fede, & paulopost. Ecce populus Romanus uniuersus velut dis-

bus nanijs impostus binis cardinibus sustinetur & seipsum depugnantem spectat, peritura, mouere aliquo laxatis machinis. Variavit ( inquit paulopost) hanc suam magnificientem fessū turbatisque cardinibus, & Amphitheatri forma custodita, nouissimi die duabus per medium scenis Athletas edidit, rapido contrario repente pulpitio, eodem die victores ē Gladioribus suis produxit. Vide infra cap. 8. num. 68. vero Caiodori huius pertinientia, & totius Circi descriptio Catigraphicam, quam Adnotationibus huius libri ab maiore intellectum vna excudi supra iussum.

19. Cathedra quoq; nominatur ipse in anfractu ad confessum situs. ] Anfractum, siue, ut legi Varro lib. de ling. Latin. amfractum, intelligentia theatri intima circuitum flexuositatem. Est autem & ita phrasis Tullianica: interpretari capit, de qua latini l. 5. adu.

20. Nam & specialiter quedam pronunciant generaliter sapiunt. ] Regula ad intellectum scripta facere ad primę vitis. Atqui quod hic dicit omnibus dētum quod Israhelites dicebatur, non vno in loco admittit. B. Hieronymus in Prophetas; quod addit de Egipto & Ethiopia, iisdem penitervis habet supra l. adu. 9. & infra l.3. adu. Marc. (vbi de hoc latini) præterquam quod vitius p̄s vocibus: omnis gens, praesquod totus orbis.

### CAP. IV.

21. Nequis argumentari, &c. ] Inscriptio apud huius hac est: Quod in baptismo cum Diabolo & pompa & angelis eius renuntiavimus, etiam Speculum renuntiauerimus. In qua etiam Auctor imitatur B. Cyprian. lib. de Spectaculis. cap. 2. & ipsum repetit. Auctor infra cap. 5. & 24. Boden patet quod habet Isidorus Etymol. lib. 18. cap. 61. Deinde (inquit) negat, qui talia prefasim: fides Christiana propagator effectiva est, qui id denio appetit, confundit lego, pro: quod) in lauacro iampidam renuntiavit: id est, Diabolo, pompa, & operibus omni. De qua renuntiacione etiam latini infra Tom. 3. lib. de Baptismo, sicut & de Christiane fidei in confessione.

22. Igitur si ex idolatria, &c. ] B. Cyprianus: Omnia ista spectaculorum genera (inquit) damnavit, quando idololatriam suscita, ludum omnium matrem, &c. que compendit gratia multum. Atqui de hac Metaphora Auctor, quibus in cunabulis adolescentur, vide lib. precedent. de Partitia, cap. 2. vbi supra.

### CAP. V.

23. De originibus quidem, &c. ] Veterem titulum huius capituli retinuum, sed ad marginē reuocatum. Vi- de ludi dicti, pro quo MS. etiam non male. De origine ludorum. Cuius ipsa verba, pleraque repetantur a. Opere Etymol. lib. 18. c. 17. & quadam etiam a. Opere cap. 2. vbi supra.

### 24.

Exstant Auctores multi, &c. ] Auctores qui de Spectaculis scripserint, citantur hic ab Auctore. Meus Varro, Piso, Suetonius, Tranquillus, Herodotus & Stephanus, de quibus infra latine: ut vero a Latini vobis Sigismundus seu Sisinnius Capio.

25. Lydos ex Asia transuenias in Herturia con-sediisse, &c. ] De hoc ita Plinius l.3.c. 5. Parte ita Lycuria inter amnes Varum & Matru CCXI. M. p. 17.

neclitur, *septima in qua est Hetruria ab anno Macro ipsius institutus sepe nominibus; Inde Umbros exegere Pelasgos, hos Lydi, et quarum Reges Tyrreni, mox à sacrificiis ritus linguis Graecorum Thucydites cognominati. Eadem pertinet quod habet Auctor l. de Pulto c. 1. de Toga à Pelasgiis ad Lydos, à Lydis ad Romanos, de quo ibi in Adnot. n. 14.*

26. vt Timaeus refert. ] *Timaeus Siculus Historianus recenter a Plutarcho in Nicia, et a Diodoro Siculo, et a Cicerone l. 2. de Orat. et Epist. ad Lucensem l. epist. 12.*

27. *Inde Romani acerbitos artifices, &c. Ludiones (inquit Liv. l. 7. Decad. 6.) ex Hetruria acciti ad sibicunum modos saltantes.*

28. *vt ludi à Lydis vocarentur. ] Huc pertinet quod habet Nonius Marcellus: Ludios Romanos Lydios evabant, et est in l. 1. Varro's de vita populi Roman.*

29. *Sed eti. Varro Ludos à ludo, &c. ] Quam priorem sententiam ex modo citare, verbis videatur Varro secutus, nec etiam repertius hodie apud Varronem de ling. Latina, forcas non ad M. Varronem sed ad Varro Atacinum, quem sepe citat Plinius, referendum, aut certe in libris Varro's de Scenici originibus, qui non existant, id legebatur. Correto Varro'ni etiam istud ascribit Iohannes ubi supra. Varro autem (inquit) dicit Ludos à Ludo vocatos seu potius Lusu, quemadmodum hinc est significandum.*

30. *sicut & Lupercos ludos, &c. ] Lupercalia dicta (inquit Varro de ling. Lat. l. 5.) quod in Lupercali Luperci facia faciunt. Et paulopost: *Nam & Lupercalia Februario, ut in Antiquariorum libris demonstratur. Atque iis festis etiam ludos Lupercos exhibent, solum dubi idem Varro restatur, in quibus nudi discurrebantus, idque in honorem primum Panis, qui & Lupercus ab Arcadiibus, deinde a Romanis in honorem Lupi Romuli matris. Vide item Adnot. nostras in Apolog. 26. n. 4. 19.**

31. *& cum promiscue ludi Liberalia vocarentur, &c. ] Idipsum repetitur infra c. 10. Pertinet autem idem quod supra ex Lactantio citatum, Ludos Scenicos Libero attributos; quod ipsum etiam reperit ubi supra fidetur, et Alexander ab Alexandre, Genial. lib. 6. cap. 19. Aperiisse autem B. Cyprianus: Ceterum dum urbem fames occupasset, ad aduscensionem populi acquisiti sunt ludi Scenici, et Cereri & Liberato diuicii per agros fiebant Athenis mensi Poseidone.*

32. *pro demonstrata gratia vini. ] Quod demonstrator vini dimicat Liber fuerit, non inventus, dicit Auctor supra Apolog. 11. vbi vide Adnot. nostras n. 16. 7.*

33. *Exinde ludi Confusalia dicti, &c. ] Confusalia (inquit Varro de ling. Lat. lib. 5.) dicti à Conso, quod non feriae publicae et Deo, et in Circu ad aram enim ab sacerdotibus sunt. Ludi illi, quibus virginis Sabina rapta.*

34. *qui initio Neptunum honorabant, &c. ] Hunc initium Laetantius, Neptuno attributos scribit ludos Circenses, ubi sapra. Nam eundem et Consummatum tradunt Linnaeus, Dionys. et Plutarchus (quem infra cap. 9. huius libro Auctor Neptunum equitem dicit, cuique facerit templum ad siccatum ab Arduibus ante Remulum et Remum. H. al. carnaeum intercedens lib. 6. eam magis probare sententiam, quod Ludi equestres Neptuno siebant, at arae constructa sunt alteri Genio arcane, quem Confum ab arcane confundunt nuncupantur.*

35. *Dichine Equiria Marti Romulus dixit. ]*

*Equiria (inquit Varro ubi supra) ab equorum cursu. Eo enim die currunt equi in campo Martio, et isdem Equiris verba Festus (ex quo adeo desumpta videtur) Equiria ludi, quos Romulus Marti instituit per equorum cursum, qui in campo Martio exerciebantur. Ea autem (uti adoravit Geraldus, hist. Deorum fragment. 17.) duplicita Ovidius commemorat Martio et Aprili mensibus.*

36. *quamquam & Confusalia Romulo defendunt. ] Preterquam quod aperitissime id habeat B. Cypr. et lib. de Idol. vanitate, et l. de spectaculis, idipsum habent Auctores mox citatis: quippe qui scribunt eius Dei consilii usum Romulon in rapido Sabini. Certe etiam Armobius lib. 3. et August. l. 4. de Civitate Dei cap. 11. consilij Deum, Confum nuncupari, et latissim historia recenter Livius l. 1.*

37. *& nunc quoque apud ipsos Romanos, &c. licitum, &c. ] Ironia est; nam multis legibus ante Christiana fidic nobilitiam, rapta virginitum (vel ipso Autore teste aliucibi) fecere est prohibitus. Lego autem: ab impudentis violentia alio Deo, pro impudentia, ut correspondat ei, de quo prius, Consilij Deo. Confo nempe, qui erant violentiae Deus sit; aut loquuntur de ipso Romulo: nam et (ori inquit B. Cypr. lib. de Idol. Pantrite) Romulus peccante Proculo Deus factus est; de quo ibi Adnot. nostris n. 19.*

38. *& fraticida institutore, à filio Martis. ] sic Romulon nuncupat, quod fratrem Remum interfecerit, scitis patet narrant historia. Et teste Quantiliano l. 3. c. 7. Romulus Martis filius, educatusque à Lupa dicitur.*

39. *& nunc arc Conolo illi in Circo defollia est, &c. ] Ate Consi fit mentio apud Varronem lib. 5. de ling. Latina, et Dionys. Halicarnasseum lib. 2. Plutarchus in Romulo, dicit repartam ab eis aram conditam sub terra in Circo, eique Deo nomen indidisse Conso, à consilio; aramque ipsam reliquis lateris temporibus, in equestribus vero certaminibus aperiri. Quid postremum videtur quidem prima facie repugnare cum eo quod dicit infra cap. 8. Conus, ut diximus, Deus apud Meras sub terra delitescit; sed quam hic ipsam inscriptionem Ate recitet, que videtur non potest, nisi aperiretur, consistere cum Plutarcho videtur. Atque de Metis infra laius cap. 28. Porro habes etiam Aram Consi consilij Dei in Circi descriptione apud Metas à parte Septentrio nalicu etiam P. Victor adfertur.*

40. *MARS D'VPLLO. ] Duellum (inquit Varro l. 6. de ling. Lat.) id possea bellum; ab eadem causa facta Duellona Bellona. Idem itaque hac vetus inscri*

*significatio quod alias dicitur Mars Bellipotens.*

41. *LARES COMITIO POTENTES. ] De Laribus vide Adnot. nostras in Apolog. c. 13. n. 188. Atque an propterea Comitio potentes, quod aedes Larium ab Emilio Ruggillo Praetore dedicata fuerit in campo Martio, in qua fiebant comitia, aut vero legendum Comititalio potentes; quippe in quorum honore celebrari soleant Comititalio ludi. Habes et Larium aram in Circi descriptione, iuxta Metas; item et Aras potentium ac valentium Deorum. De quibus, etiam infra num. 74.*

42. *facerdotes publici. ] Quod Varro ubi supra ad Sacerdotes in genere refert, Auctor restringit ad facerdotes publicos. Quod verisimile interim facit ibidem Varro, qui mox subiungit, quod Opeconjina die in Deo Opeconjina (fritte ab Ope et Conso in unum idem conflata) sacrarium preter virginis Vestales et facerdo-*

ULLIAN,  
metu onibus  
MELLI.

A. V.  
16.

## Adnotat. in lib.

264

tem publicum introeat nemo.

43. xii. Kal. Septembres.] Quum Gyraldus scribat, ubi de Confo agit, raptas fuisse Sabinas xvii. Kal. Septembres, forte ita & hic legendum, nisi apud illum numerus correctione indiget, ut potest qui nullum Autorem citet.

44. Flamen Quirinalis.] Flamines dicti (re) varrone lib. 4. de ling. Lat. quid licet in apice velati erant semper, ac caput cinctum habebant filo. Qui quin omnes sint a singulis Deis cognominati (vbi idem inquit l. 6.) in quibusdam apparent Etyma, ut cur sit Martialis, Quirinalis, &c. in aliis latent origines.

45. Ioui Ferterius ludos instituit, &c.] Post pompa triumphi (inquit Dionys. Halicarnass. lib. 2. his t.) & sacrificium, Romulus exstruxit templo in vertice montis Capitolini (qui & antiquitus Tarpeius dicebatur) Ioui, quem Ferterius Romani vocant, Cenensem in eo Regis sua manu interficti spolia consecravit.

46. quos Tarpeios dictos & Capitolinos Piso tradidit.] Ludos Capitolinos recenseret etiam Alexander ab Alexand. Genial. dier. l. 6. c. 19. L. Pisonis autem de Annalibus libros frequenter citat Plinius, ad quem illi fuisse Autorem est verisimile vel ex loco infra citato.

47. Post hunc Numa Pompilius Marti & Robigini fecit, &c.] Robigalia (inquit Varro de ling. Lat. l. 5.) dicta ab Robigo. Secundum segetes hisce Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes. Atque & semi-nino genere Robiginem appellat Laetantius l. 1. c. 20, item August. de Civit. Dei l. 4. c. 22. Nec Dea (inquit) Robigo. Atque Plinium hic imitatur Auctor, qui l. 18. c. 29. Rubigalia (inquit) Numa constituit anno regni sui xi. que nunc aquintas ad viij. Kal. Maij, quoniam tunc ferre segetes robigo occupat. In iis igitur & ludos institutos Auctor affirmat.

48. Dehinc Tullus Hostilius.] L. Piso (inquit Plinius l. 28. c. 2.) primo Annalium, auctor est Tullum Hostilium Regem ex Numis libris, eodem quo illum sacrificio, iouem celo decucare conatum, quoniam parum rite fecerit quedam fulmine ictum; quod refert B. August. de Civit. Dei l. 3. c. 15. Attribuit autem hunc etiam ludos quosdam ad imitationem Numi sui predecessoris.

49. Dehinc Ancus Martius, & ceteri quoque per ordinem.] Quos ludos Ancus Martius instituerit, nondum reperiunt luci. A Servio Tullio vero institutos Ludos Comitalios, & postmodum renovatos per dictum Lucium Pisonem, auctor est, vbi supra, Alexander ab Alexandro, Macrobius item Satir. l. 1. narrat restitutos fuisse Laribus & Maniis ludos Comitalios à Tarquinio Superbo ex responsa Apollinis, cum sacrificio quo pueri mactabantur; quod Luminus Brutus Cos. pulso Tarquinio, mutarit in capita papaueris pro capitibus puerorum.

50. apud Suetonium Tranquillum.] Videtur liberum peculiarem de ludis scripsisse Suetonium Tranquillus, idem cuius exstant historiae Caesarum, & libri de Claris Grammaticis & Oratoribus.

CAP. VI.

51. Accedit ad testimonium antiquitatis, &c.] Etiam hic titulum veterem seruauimus, ad marginem tamē. De titulis ludorum. Atque dum dicitur utriusque generis ludi, refert ad Scenicos & Circenses; quippe de quibus solis egit cap. praeced.

52. Megalenses.] Megalesia ( inquit Varro l. 5. de

ling. Lat.) dicta à Gracis, quod ex libris Sibyllineis acribta ab Attalo Rege Pergami Peſinunte, vbi Megalesion templum eius Dea (magna inquam matris Deum) unde aduenit Roman. Hinc & Ludi Megalenses, de quibus in hac verba B. August. de Civit. Dei. 2. c. 4. Venerabamus nos etiam aliquando adolescentes ad festa ludibriisque sacrilegiorum, spectabamus arepitini, audiebamus symphoniacos, ludis rursumis qui Dei Deabesque exhibebantur, delectabamur. Caloris virginis & Berecyntias matris Deorum omnium talia per publicum cantitabantur à nequis. Scenici, qualia matrem Deum, sed matrem querunquamque Sensamus vel quorundam hunc eorum virorum immo vero quia nec matrem ipsorum Scenorum decret audire, Luius l. 29. dicit celebrari solitos pridie idus Aprilis, & l. 3. primos scenicos hos fuisse scribit, a Marco Iunio Bruto primis exhibitos. Alludit ad eisdem Auctor Apoll. c. 15. his verbis: Cybele pastorem suspirat fatidissimum, non erubescitibus vobis, & paulop̄. Videlim aliquando castratum Aten illum Deum ex Peſinunte, de quo latius ibi Adnotat. infraenum. num. 22.1.

53. & Apollinares.] De Apollinaribus ludis infra latius l. de Baptis.

54. item Cereales.] Cerialia (inquit Varro l. 3. de ling. Lat.) à Cerere: ita & ludi Cereales, quae sibi narrat Luius 16. anno secundi beli Panis ex Scenico consulto à Dictatore Gn. Serrulio Gomino, & M. Equitum Alio Peto. Deinde primus Adilitatus nota cassa eisdem C. Memmio & Edil. Cur. fecit in Circo celebrari. Neque tamen propterea idem sunt, cum Celsus in quo hallucinantur Politianus & Alexander ab Alexandro, quippe multo antiquiores à Romula primi instituti, & in honorem vel iniusta Auctor c. 4. Nuptiae equestris, non Cereris.

55. & Neptunales.] Neptunalia (inquit Varro l. 3. de ling. Lat.) à Neptuno: eius enim Deifera. Neptunes autem ludos eisdem esse existimo cum Circensis, Neptuno equestris sacris.

56. & Latiales.] Quod Latinus Rex (inquit Febo Ossillo) pralio quod ei fuit aduersus Melentium Cetum Regem, nisquam apparuerit, indicatque ille piter factus Latialis, itaque per sex dies ferunt, liberos seruosque requirere eum, non solus in terris, sed iam qua videbatur celum posse adiri per solitum & c. quae compendij gratia hic omittentes, Lectionem mitimus ad Adnotat. nostris in lib. de Palio l. num. 17. Hi ergo sex dierum Auctori ludi Latialis. Et Macrobio vero: Latiar, quod in honore feruntur Latiaris seu Latialis, ut legunt Latianus & latius locis citatus. Apoleger. 8. cap. num. 12. ob Auctor Ecce in illa religiosis virbe fandatur piorum est Iupiter quidam, quem ludis fons in mano prolunt sanguine. Sed bellatian, inquit. Hoc opinor minus quam hominis, &c. Ex quo patet fuisse hos Gladiatoriis ludos.

57. & Florales.] De Flora (quam meretrices cat Minervam in Octanis, & Tatianus aduersus Genes florum uti loquebantur Dea, trahit Laetantius l. 1. cap. 20. Augustin. de Civit. Dei lib. 4. cap. 8. adnotat Vines quibusdam cādem esse Floram, quae de Larentina, matrem Romuli. Floralia autem festum l. 18. c. 29.) IIII. Kal. Maias instituerunt, vixit ann. 516. ex Oraculo sibyllae, ut omnia bene definiatur. Hunc diem Varro determinat (inquit ibidem Sol. l. 1. cap. 20).

## de Spectaculis.

255

partem quartam decimam obtinente. Arqui de Ladiis  
Floralibus in hac verba B. A. greg. de consens. Evan-  
gel. lib. i. cap. 37. Cicer. (inquit) sibi Flotiam ma-  
nus Ludorum celebritate plescandam ait. In quibus  
tudicente curiatio exhibuit conseruit. et in invoca-  
tione tarchius in Themistocle. Plinius l.34. cap.13. narrat effeda  
vehicula, petoris etiam argento ornari, solere; quod ad  
pompam Circensem pertinere puto.

*Ludus tanta turpitudine exhiberi conseruit, ut in eorum comparatione ceteri benefici finit.*  
38. & municipalibus Fastis superstitionis. I  
Si demum cum *Graecis*, pro eo quendam mendicis super-  
stitiose cum *Quinque annis* excedere. Ex quo *Fastis* ad  
adstant Romanum intelligi. Est autem de vinea intelligendum quod dicitur: & surculus modicus ex sua fronde; neque enim ex frondibus aliarum arborum, sed ex  
trunco aut radice surculi oruntur.

66 Louis tamen plaistrum est. ] Quam Deoris omnium exusio, (uti mox diximus) thensa veherentur, maxime certe, Louis Deum patris supremi. Ceterorum ex coniectura Latinis, omissa particularia; sed legimus in huius capituli calce: vel modice locuples, splendida est censu criminis sui.

59. facri & funebres.] Sacri erant, de quibus pan-  
ante Magna matris Deum, Apollini, Cereri, Neptuno,  
Saturni, Iovi, & Flora dicati: funebres vero, de quibus  
est cap. 12.

CAP. VII.

67. Ut & de locis secundum propositum exe-  
quar, &c.] Retinamus etiam hic titulum priorem ad  
marginem: De ludorum locis. Multa autem ex hoc  
capite descripti usq[ue] l. 18. Etymol. c. 28. Et post eum  
Hrabanus ubi supra.

## CAP. VII.

60. Communis igitur Ludorum origo vtiui-  
us generis, &c.] Nibil etiam hic in italo immi-  
num, sed caput hoc ad marginem in scriptum: De  
paratus Ludorum. Atque placet magis illud  
eiusmodi de reatu generali, quia quad habet MS.  
entali.

6. Sed Circensium paulo pomptior sugge-  
s. ] Suggestus pro apparatibus vel ornacionis fre-  
quenti accipitur ab Latere; eleganter autem pom-  
ptior nonum vocem formavit a pompa; nam et se-  
quibus propriis hoc nomen pompa præce-  
dit. *Ac si dicas proprie pompa diu Circensium lu-  
cum, ac inde etiam ad eum communem venisse. Hinc*  
*lib. 4. unam reddit rationem cur Circus dicatur,*  
*quod ibi circum Metas pompa formatur. Haec perti-  
cula Ciceronis lib. 1. Offic. Caendum ne tarditatis  
vitamus in gressu molitoribus, ut pomparum feru-  
miles esse videamur: illud Quidam Eboracorum sopra-  
ram lib. 4.*

*Circus erit pompa celebris.*

de simulacrorum serie, de imaginum agmina-  
tis in ecclesiis facie quadraturam & Cyrilico h. p.  
sum, hincq. 7. ex Planarchi de simulacris. A sol-  
licitudinibus: Vehementer (ingrat) fuscato, velut  
suebantur in pompa ludorum. Circensium  
signis Deorum.

3. de curribus, de thensis. ] Carrus, prophana,  
nse, sara erant vehicula. Thensum enim ( teſte Fe-  
niacis vocari Sennius ) ( seu, uti legendum ex Laſtintio  
& Sennius ) Capita vehiculum, quo exiuit Deorum  
vix Circensibus in Circu[m] ad palinum voluntari, &  
pros, et apud Titinius in Barbato, & ex argento.  
Pefci Reſta verba malium posere, quam quod ha-  
bit Beaumaria partim ex illo, partim ex Padiano in  
Tertulliani lib. de Cor. milis, quas ( nempe co-  
sas, de quibus ibi latius ) ad deducendas thenfas  
a palinatis togis fumunt. Ex quo interim illud  
etiam etiam admodum: Omneq[ue] Dij[es], qui ve-  
la thenfarum sollemnes eae no[n] ludorum, ire ins-  
de atmamaxis. T[em]p[or]e p[er]ea[ct]o, vehiculi genus, de-

...7-en tis xp̄mūt̄os es d̄suec̄at̄z̄, quid  
t̄m̄t̄p̄es ex curru in effed̄t̄a. Valla parat̄ esse viro-  
vibiculū̄, cōs̄ and̄ p̄d̄ūc̄z̄, sed pro curru, quo mulie-  
b̄runt̄, claus̄s̄ undique ~~z̄~~ m̄beraculū̄, accipit Plio-

*tarchus in Themistocle. Plinius l.34. cap.13. narrat effed  
vehicula, pectora etiam argento ornari solere; quod ad  
pompam Circensium pertinere puto.*

65. illius urbis, &c.] *Recte in margine Gagnaeus adserit Romanum intelligi. Est autem de vinea intelligendum quod dicit: & surculus modicus ex sua fronde; neque enim ex frondibus aliarum arborum, sed ex trunco aut radice surculi oriuntur.*

66 Iouis ramen plastrum est. ] Quia Deoris omnium excusis (uti mox dicimus) thensa vicherentur, maxime certe, Iouis Deum patrii supremi. Ceterum ex coniectura Latinis, omissa particularia: sed, legimus in huius capituli calce: vel modicue locuples, splendida est censu criminis sui.

CAP. VIII.

67. Ut & de locis secundum propositum exequar, &c.] Retinimur etiam hic titulum priorem ad marginem: De ludorum locis. Multa autem ex hoc capite descriptis fidetur. l. 18. Etymol. c. 28. & post eum Hirabani ubi supra.

68. Circus Soli principaliter consecratur, &c.]  
Primus ( teste Caesiodoro Variarum lib. 3. Epist. 51.)  
hoc spectaculo in apud Heliadem Asia ciuitatem Oenam  
murus ferrari edidisse. Quod postea Romulus in rupi Sa-  
binarum necdum fundatis ad scitis ruraliter ostentauit  
Italia. Deinde ( Lutio teste lib. 1.) Tarquinia Priscus  
Roma Circum primus infirmis, in quo ludo opulentius  
in struthio quæquam ceteri Reges fecerunt. Postea mundi do-  
minus ( inquit ibidem Caesiodorus ) ad potentiam suam  
opus extollens, mirandam etiam Romanæ fabrician in  
vallo Martiam terredit Augstas; ut immensa moles  
sumiter precepsa montibus ( Palatino nemp. & Aenone,  
iuxta Pomponium Letum de Antiquit. Rom.) con-  
tinueret, ubi magnarum rerum iudicia clauderentur.  
Bis-  
sema quoq[ue] opis ad duodecim signa posuerunt. Hæc ab  
Hermilus, sumibus demissis ( quo aliud hauddebet supra  
autem, quon loquitur de cardinibus balteorum  
per ambitum) subite equalitate panduntur. Quod sic  
explicat in descriptione Pyrrus Elygorius, ac se unico isto  
signo duodecim penderint. Ratione autem reddit  
uctor, & pote cum Iudoribus ( cum quibus etiam conne-  
xit Circi catagraphica sive ditta descriptio) quod ades  
polis medio spatio Circi, & effigies de fastigio  
edis emicet. In coemus quod habet Lector, Solem  
non sub tecto fuisse consecratum, sed in aperto,  
sitetur Virtunum, ubi de templo rum sita traxit. Qui-  
us fulguri ( inquit ) & caelo & soli & luna xedifi-  
ca tub duo hypertragæ construantur. horum  
nam deorum & species & effectus in aperto mundo  
lucenti presentes videamus. Quamquam tamen ille  
iden Herculis, non Soli, adem ad Circum collisci iu-  
at, ubi non fuerit gymnasia neque amphitheatra. Et  
item Circus ( teste Iudoro ) omni illud spatium quod  
eure equi solent. Ex qui quum Varro lib. 4. de ling.  
facias mentionem Circi maximi, Circi intimi, &  
Circi Flaminii: videtur primum, iuxta quod habet Iu-  
dor lib. 27. locus ille idem, qui Circus dicitur,  
sunt ducentas circuus in solitus, deinde & baltice per  
abitum conclusas ( vix supra c. 3. Lector subindicat )  
Primum pœnitibus ( vix Varro loquitur ) circum di-  
tius. Et intimus Circus, id est interior pars ad Martiū  
carus, sine à Marcius, quod est locus usq[ue] inter scigulos, si-  
& Martero, sine à facello Martis Veneris, de qua p[ro]p[ter]a o-  
Lector. Deinde quid amplior factus esset, Circus Ma-  
nus appellatus sit. Nam ( inquit Plini. l. 36. c. 15.) Circus

ULLIAN,  
metatis annibus  
MELLI.

三

Maximum à Cesare Dictatore exstrutum longitudine  
stadiorum trium, latitudine unius, sed cum edificiū iu-  
gerum quaternū ad sedēm C CLX milium inter ma-  
gna opera dicimus. Postremū & Circus Flaminius  
dicitur, qui adificatus est circa campum Flaminium, qui  
an idem sit, an alius, dispeciant alij. Exstant interim di-  
uersæ quidem utriusque descriptiones, sed que in multis  
consentiantur.

69. Quod spectaculum primum à Circe ha-  
bent. ] Ad concordiam huius loci cum Varrone, facunt  
verbā Isidori ubi suprā. Romani (inquit) dictum pu-  
tant à circuitu equorum, eo quid ibi circum metas equi  
currant. Græci vero à Circe, filia Solis, que patris suo hoc  
genus certaminis instituit, afferunt nuncupatum, & ab  
ea Circi appellationem argumentantur. Fuit autem Ma-  
gæ & veneficæ & sacerdos dæmonum, in cuius ha-  
bitu & opere Magice artes & cultus idolatriæ re-  
cognoscuntur. Atqui quintum hunc Solem fuisse,  
quis Colchis Etan & Circen procreaverit, testatur Cicero  
l.2.de nat. Deorum, ad quem alludit Arnob. l.4. adu.  
Gentes. Quintus (inquit) Sol Scythici Regis & veripellis  
habetur Circes pater nempē.

70. Oua ] spatia curricularum in Circō ouis notata  
fuisse vbi Linus, Dionē, & Caſiodorū primus adnotauit  
Alciatū l.4. Parergon c. vlt. Quo etiam alludit Varro  
de re Rusticā l.1.c.2. quum dicit apud illam Agricola: Non  
modo illud ouum sublatum est, quod Ludis Circen-  
sibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis, sed  
ne illud quidem ouum vidimus, quod in Cereali pompa  
solet esse primum. De his ita ubi suprā Caſiodorus: Nec  
illud irritum paretur, quod Metarum circuitus ouo-  
rum erectionibus exprimitur; quando actus ipse, mul-  
tis supersitionibus granibus, qui exemplo, geniturum se  
aliqua proficitur. Atqui ad huius loci intellectum etiam  
facit dicta descripsio. Vide etiam n.72.

71. honori Caſtorum adscribunt. ] Explicatiū  
paulo Isidori: Caſtors & Pollucis, quippe qui nomine  
Caſtorum antiquitus vocentur. Hinc apud Trebellium  
Pollionem & Capitolinum, & Edes Caſtorum. Ame-  
nibus similiiter Tindarida Caſtores (inquit) unus  
equos domitare conſuetus, alter pugillator bonus. Caſ-  
tori interim singulari numero uirupat etiam Aut̄or  
infī lib. 4. aduersi. Marc. vbi de eorum patre latius, &  
cap. sequent. Itaque Caſtors & Polluci deputatur hac  
specie.

72. Delphinos Neptuno vount. ] Gagn. Del-  
phines. Perinde est. Delphinos autem vocat Aut̄or  
columnas Delphinis inscriptas, de quibus citat Al-  
ciatū loco citato Dionem lib. 4. qui tradit Marcum  
Agrippam, quam in ἡπταπλάκω (quod nos Circum-  
dicimus) videbat plerosque errantes in numero, dum du-  
orum stadiorum circuitum cūsumptum minus recte ob-  
servarent, inßiſſe fieri τές τε δελφίνας χρυσοὺς δι-  
πλούς πηγατα (pro quo interpres veritatem machinas seu  
phalas in ovi formam, quas Metas dicimus, quibus via-  
rum circuitus certius demonstrarentur. Atque eo allude-  
re Iauenalem hoc verſū,

Cōſultante Phalas Delphinorūque colūnas.  
Atqui tam ad hā, sum ad eas que sequuntur colū-  
nas, refertur illud Seueri & Antonini hac tempeſtate  
reſcriptum: Si columnas Circensibus promiſſi, &c. l.1.  
8. denique de pollicit. Atqui comprobatur Aut̄oris ſen-  
tentia, quod habet H.ignis in Delphino: Qui neptu-  
no (inquit) simulachrum faciunt, Delphinum aut in ma-  
mū aut ſub pede eius conſtituere videmus, quod Neptuno

gratiss. eſſe arbitrantur. Atque adeò in dicta descripsione  
super Columnas Delphino facias oportet ſuperim adiungi  
Delphini.

73. columnas ſeffias à ſementationibus, meſſis  
à meſſibus, tutelinas a tutelis fructuum. ] Religio  
veteri conſtitui finit: ſi Calio Rhabdgino Antiqu. lib.  
lib.1. cap.30. creditur, ut qui Salutem Semoniā, Se-  
tianam Segeſtam, Tutelinam inauicuſam nominaret, a  
ſeriat obſeruasset. Quid habere illū ex Maſtris teſtaſ  
Turnebus. Aduer. lib.20. cap.36. vbi & citat locum Pla-  
ni similem lib.18. cap.2. Sciam (inquit) à ferenda Seg-  
tiam aſſegit, appellabant, quarum ſimilachrum in Co-  
co ſunt, ſectiam ex iis nominare lib. teſta religio eſt. Hoc  
poſtremā Macrobius lib.1. Saturn. cap.16. vocat, quen-  
admodū & hic Aut̄or, Tutelina. Atque adeò quā  
adnotet Turnebus in MS. Plinius legi: ſeriam ex ou-  
nitate litterarum puto legendum Setiam, quānam  
interim Macrobius. Sciam vocet; & eandem recte adiu-  
Turnebus, hic vocari ſeffiam. Ego vero etiam exſimū adiu-  
dem eſſe plini Segestam, Macrobius Segetiam, & Tu-  
telinam Melfiam. Que tria explicatis diſtinguantur.  
Petro Crinito de honest. discipli. lib.25. cap.11. & 12. Au-  
gust. de Ciuit. Dei. lib.4. cap.8. Seia (inquit) qua ſatū  
ſumentis opitulatur, antequam ē ſolo exiftant. Segetia, pa-  
ſeges iſſe commandantur; Tutelina collecti atque  
condiſſi, ſeu potius (uti & apud Varronem & No-  
num Marcellum & omnes ſcriptores) legendum eſt,  
quod à Tutela deriuetur, Tutelina, ſui namque &  
ara dicata, in Aventino, ad tutelam populi Remani, illa-  
bes Columnas ſeffias, Melfias & Tutelinas in  
dicta descripsione.

74. Eoſdem & Samothracas exiftimant. Im-  
tatur hic Aut̄or Varronem lib. 4. de ling. Lat. Terrae  
enim (inquit) & cœlum, & Samothracam ſunt  
doceat, ſunt Dei Magni, & hi quis dixi multa non-  
nib. Nam neque qua Samothracia (ſic enim legi)  
pro eo quod alij Ambracia, vel Imbracia) duas ſimiles  
species abenues Dei Magni, neque ut volens putat, hi Se-  
mothracij Dij, qui Caſtor & Pollux; ledi mani & fo-  
mina, & hi quos Augurum libri ſcripti habeat ſe-  
uipores (hoc eſt enim quod addit Aut̄or, potentiibus  
valentibus) & ſunt pro illis, qui in Samothracia de  
deuotio. Habes ubi ſuprā etiam Aras Deorum poten-  
tium & valentium, de quibus & n.41.

75. Obelisci enormitas, ut Hermateles ſe-  
mat, &c. ] De hoc Plinius lib.36. cap.9. It autem Ob-  
eliscus (inquit) quem Diuus Augus-  
tus in Circō magno ſtatuit, exciſus eſt a Rege Semmeretto, qui regnante  
thagore in Egypto fuſt, centum vnguis quaque  
dum & dodrantiū preter baſim eiſdem lapidis, in  
qui eſt in campo Martio, ſuē pedibus minor, a diſſer-  
iptiū ambo, rerum natura interpretatum. Augu-  
ſtiorum (atque hinc eſt quod addit Aut̄or. Scripti-  
cione, vnde & census, de Egypto ſuperfluitate &  
pera Philoſophie continent. An autem legendum ſe-  
tinet Geleno: Hermateles, an cum Gagnas: Hermateles  
uenerit. Atqui Caſiodorus ubi ſuprā dicas in Circō  
Obeliscos ponit: Obeliscorum (inquit) prolixatates ad  
li altitudinem ſubleuantur, ſed potius ſeli, inferiori  
dicantur eſt. Vbi ſaxa priforum Chaddai ſignis (me-  
quod Tertull. & Plinius de Egypto) quaſi latera in  
dicantur. Eoſdem reperiſſe eſt in ſupradicta descripsione

76. matre magna. ] Ita Tellurem numerouſam  
moſteſt eſt, ex eo quod inſtitit, ſequi. Terra matris (in-

que Euripo präsidebat, scuti ex dicta descriptione constat, leonis insidens, iuxta illud:

sedibus in curru biungos agitare leones.

77. ea itaque illic præludit Euripus.] Plinius sūmīlter lib. 8. cap. 7. p. 49. Suetonius, ubi de Elephatis agit, qui ne erumpent, circundari erant clavis, seu utrī alijs legunt, clavis ferreis. Quia de causa (inquit) Caesar Dictator poterit simile spectaculum editurus, Euripi harenā circundedit, quos Nero Princeps sustulit. Super quo loco Hernolam: Euripi, fossa in ludiū circundata pro seipibus, quorum loco temporaria prīna clavis fuerunt. Eadem permittit quod habet Spartiū in Heligabalo: Euripi vi- no plenis nauibus Circenses exhibuit. De eodem Caſiodorus in haec verba ubi supra. Euripi maris vitri reddit im- ginem, unde illuc Delphini equore aqua interfluit.

78. Murtias quoque idolum fecit. Murtiam enim, &c.] Sic omnino legendum, non Mortiam, tum quod precedit Murtias, tum quod omnes veteres Attītes Murtiā, seu Murceā, hanc Deam nuncupēt. Atqui quid apud Metas coleretur, indicat illud Apulejū lib. 6. cum dixit Metas Murtias, tum quod p. V. Victor in xi. regione urbis Aedem Murcia cōfūstis, scūti & Cir- cum. Quod autem Murtia Dea amoris vocata sit, pater ex Plinio lib. 15. Quin (inquit) & ara vetus fuit Veneri Myrtæ, quam nunc Murtiam vocant. Aliunde inter- deruit eam hic Autor à Murtia, qui idolum pri- mū fecerit. Plinio partim consentit Varro de ling. Lat. l. 4. loco supra citato, deruvans aut à Murteto, seu Myrto, et Plinii, in quo facillum erat adūctum Murtia Ven- turi, aut à Murciis, id est figulis. Atqui in dicta Circi de- scriptione visitur etiam Ed. Murtia.

79. Ceterū plateæ, & forum, & balneari, & stabula, & ipsi domus nostræ sine idolis nō sunt.] Plateatum, sive Comitabilitis Deos supra cap. 5. Lares eis diximus. Mercurio Virtuini in foro templum con- struunt. In balneari & in stabulis & in dominis Djy- pates cōfūstis solent. Eodem pertinet, de quibus libro sequi. Osterium dī.

80. Proinde si Capitolium, si Serapeum. ] De Capitolio infra cap. 12. num. 127. de Serapeo supra Apolog. cap. 18. num. 271.

CAP. IX.

81. Nunc de artificio quo Circenses exhiben- tur, &c.] Caput hoc ad marginem adnotauimus eodem titulo quo prius: De cetera Circi, quid integrum fere de- scriptione Iſidorus & Hrabanus ubi supra.

82. Res equestris retro, &c.] Hunc locum ad ver- bum penè transcripsit Iſid. lib. 18. cap. 27. de ludiis Circen- sibus, ubi quid Author retro dicit, ipse antea nō & vi- que cōmuniis vīsus reatus nō erat, pro: com- munis vīsus reus nō erat, & trāflatus est, pro eo quod Author transiit iuxta MS. non enim recte legebatur trā- fū. Rēt autem Tertullianus, nam & ab equis Hippo- domis Graeci Circus dicebat.

83. Itaque Caſtori & Polluci depuratur hæc species.] Iſidorus: depurantur haec species, sed illud placet, et quod procedat: res equestris de dorso age- batur. Huc autem pertinet in primis quod habet. Arnobius lib. 8. Teste equestrum fratrum in lacu sicut se ostendat, statim consecrata, qui anheli spumantibus equis atque sumantibus de Perse victoriam eadem die que fecerat, nuntiauerunt. Ad quod alludit Prudentius ada- symphoniam his verbis:

Nocturnique equites celæ duo Numina Rome.

Ligit etiam Iſidorus: quibus equos à Mercurio distribuitos

historiae docent, pro eo quod nos: Stesichorus docet; qui si existaret, aliquid hac de re adnotari posset. Fortasse id ha- bet libro quæ scripsit de vita operatione Helenæ; de quo Ste- dichorus inquam, Poeta insigni, Quintilian. lib. 16. cap. 1. & Horatius lib. 4. Carm.

84. Sed & Neptunus equestris, &c.] Viciūm hīc castigadūs est Iſidorus omīssa voce ludus, & ita ut legatur iπ πτον. nō Hippo. Atqui de Neptuno equestrī latiss. Geraldus bifor. Deorum syntag. 5. ex Dionysio Ha- licarnassio, Pausania in Achaeis & Arcadiis, Dio- dorū Siculū, Valerio Probo, Festo, Plautino, Artemidoro 1. Oniroton. Qui fere in hoc consentiunt, quod equestrianis inuenitor fuerit, ut fabulas omittamus, quodque primus equos domuerit. Atqui Iſidorus hic addit: Sed & Marti & Ioui in ludiis equestris sunt consecrati, cui correspūderet, quod legatur etiam Hippus Mars, & Hippia Iuno. qua- re videtur apud illum potius legi debere & Iunoni, quum nusquam Iupiter Hippus legatur aut equestris.

85. De iugo vero quadrigas Soli, bigas Lu- nae, &c.] Iſidorus ubi supra cap. 36. de equis quibus cur- runt: Quadriga (inquit) & Biga & triuga, & sen- ge, à numero equorum & iugo dicitur. Ex quibus Quadrigas Soli, Bigas Luna, triugas inferi, senge Iuno, defitores Lucifer & Hespero sacrauerunt. Qua- drigas ideo Soli, quia per quatuor tempora annus ver- tur, ver, etatem, autumnū, & hyemem, Bigas luna, quoniam (sic enim lego, pro: quo) gemino eius cum Sole contendit, filie quia nocte videtur & die; tangunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. Vide infra la- tius num. 90.

86. Primus Erichtronius currus & quatuor ausus iūgū equos, rapidissime rotis insūltor evictor, &c.] Ita hunc locum refitumus, iuxta quod admouit Harris- sus, tum ex Virgilio Georg. 3. ex quo sumptū sunt hi ver- sus, tum ex Iſidoro ubi supra cap. 3. 4. qui addit Erichtronium, quod res est, Athenis regnasse, & legit porten- tum dæmoniacum, pro eo quod excusi Tertulliani cod. dæmonicum. sed istud placet, eo quod & Lactantio dæmonicæ fraudes appellantur. Atqui ad huius loci intellectum facit, quod habet in dictum Virgilij locum Seruini: Vulcanus (inquit) impetrato à Iove & Minerva cō- iugio, illa relataente effectum libidinis proicit in ter- ram. Inde patris est puer draconis pedibus, qui appellatus est Erichtronius, quasi de terra & luto procreatus. Hic ad tegendam pedum fiditatem iunctis equis eius est curru. Porro his consentit etiam Plinii lib. 7. c. 56. Bigas (inquit) primū iuxxit Phrygium natio, Quadrigas Erichtronius.

87. Trochilus Argivius, &c.] Hinc ita castigadūs et supplendūs Iſidorus: Si vero Trochilus Argivius au- tor est currus, primo (sic enim & hic lego, pro eo quod erat prime) Iunoni currū dedicauit. Legi enim iuxta emendationem Leopoldi lib. 1. cap. 15. Trochilus, pro eo quod hic anteā erat Acrophilus, iuxta Gelenium & Gagnam, aut Prophilus in margine apud Gag- nam. Adducitur autem auctoritate Theonis in haec verba: οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἵππον λέγουσιν εἴναι ἔλλων ἡ βελλερόφοντα, ἡ τροχάλη τῆς καλλί- θεας παιδός, &c. Item Pausania in Attica ὑπερον (inquit) δε τερψίλον τὸν ἵροφάντην φυγόντα εἰς ἄρρενας, &c. Quare eodem modo etiam legi nūm est apud Enescium in Chronic: Primus quadriga iuxisse fetur Trochilus, non autem vī hæc tenus: Arogilus, seu Proclitus, & apud Higinum. Nonnulli etiam qui de Iſideribus scripserunt, hinc natione Argum, Trochilum

Z. iiiij

ULLIAN,  
motatōnibus  
CMELE.

A V  
46

(non autem Orsilochum) nomine, primum inuentorem quadrigarum esse dixerunt, & pro inuentione siderum locum possidisse.

88. primò Iunoni id opus suū dedicauit. ] In quia Argia Iuno, an vero quod dedicator eius curio, quo de more ad arcā perficunda pergebat, duobus fratribus currum siveunitibus, uti narrant Paphatus in Incredib. Herodotus & Valerius Maximus, si creditur Gyraldo ubi supra syntagm. 3.

89. si idem est Quirinus. ] Vide Adnotat. nostras in Cypr. lib. de Idol. vanit. num. 19. & supra cap. 6. num. 37.

90. albus & russeus. ] Pro eo, quod hic, & bis postea: rusceus legitur, Gagnani legebatur & similiter Isidorus: rusceus. verum nostram veram esse lectionem patet vel ex his verbis: rusceus astati ob Solis ruborem. Quam enim duo soli adscribantur equi à Martali, Xanthus & Ethon, & Ξανθός Græc ruseum significat flavidum, & primit etiam rusceum. Eodem pertinent fere quatuor nomina equorum apud Ouidium, Pyris, Eos, Ethon, & Phlegon, & quae sunt apud Fulgentium Mythol. lib. i. Erythreus, Aethon, Lampos, & Philogenus. Nam Pyris & Erythreus, rusceum etiam significat, si Græcis derivatioem spectemus. Certe etiam Cat. Orig. lib. 7. russea facie dixit, de qua latius lib. de Hab. mulier. Similiter castigandus Caesiodorus lib. 3. Variarum Epist. 34. Colores autem in vicem temporum divisione funduntur. Prasinus virenti verno; Venetus nubila hyemi; rusceus & stria flammæ, albus pruino ab autumno dicatus est.

91. rusceum alij Marti. ] Etiam hinc confirmatur dicta letio. Quidam Calaber Paralip. in Homer. lib. 8. inter quatuor Martis equos, Phlegon etiam enumerat, ab igne, cuius color rusceus.

92. album Zephyritis. ] Imprimis Phœnicie Vſōnem Tauri templo posuisse, & illi sacra fessa narrat Eusebius lib. de Preparat. Euang. ubi de Phenicia theologia tractat, si Gyraldo creditur, syntagm. 5. Virgilius vero Aen. 8. inducit pecudem albam Zephyritis felicibus immolasse. Reddit rationem Isidorus ubi supra cap. 42. quia sereni ferè Zephyri.

93. pratinum terræ matris. ] Huius rationem reddit etiam ibidem Isidorus, quia terra viridis; & similiter Veneti, quod mari tribuebatur, quia carolet est coloris.

#### C A P. X.

94. Transeamus ad Scenicas, &c. ] His ex tribus titulis in unum caput coniunctis, unicum hunc in margine adnotandum: De Theatro & Artibus Scenicas. Imitatur autem etiam hic, & quadam ad verbum describit ubi supra Isidorus cap. 43. cuius hoc ad intellectum huius capitis & 17. facit, Scena (inquit) erat locus infra Theatrum in modum domus constracta cum pulpite, qui pulpitum orchestra dicebatur; ubi cantabant Comici, Tragici; atque saltabant Histriones & Mimi. Dicta autem Scena, Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa: unde & apud Hebreos Tabernaculorum dedicatio à similitudine domiciliorum Scenopœgia dicebatur. In Orchestra autem (vii addit. c. 44.) etiam Poëte, Comedi & Tragedi ad cātum conscendebant, hisque canentibus alijs gestus edebant. Officia Scenica, Tragedi, Comedi, Themelici, Histriones, Mimi, & Saltatores.

95. infelicitate thuris & sanguinis. ] Vide Adnotat. nostras in Apolog. cap. 30. num. 441. & 444.

96. inter tibias & tubas. ] Tibiae (inquit Gyraldi hisb. Deor. Syntag. 17.) quibus in sacris vibrabant, ex buxo fuerat; quæ autem in ludi, ex tibia alfinæ oile, aut ex argento confeccæ erant. ubi etiam citat latorem, de se tractatum suum in Poëtarum Historia de Scena. De sumpsi ille id ex vlinio lib. 16. cap. 36. Qui etiam lib. 7. cap. 56. obliquam (inquit) tibiam Midas in Phrygia, geminas tibias Maſſas in eadem gente inuenit. Vñ & paulo prius Aeneam tubam Piseum Tyrrenum inuise tradit.

97. designatore & haruspice. ] Sic omnino legimus quod erat: designatore. Ex eo vero quod praeditum funerum & sacrotum, videtur Author legum de funeris designatore, & facrorum haruspice, de his infra latius lib. de Idolatria, & de Anima. Designator autem, est Budas qui funebri pompe praecedit, & à Autore Pollinctor appellatur Apolig. cap. 13. vñ in adnotandum num. 198. Verum quia ibi quo differt (inquit) ab haruspice pollinctor, nam & haruspex mortuis appareat; verisimiliter est & ad funera, & ad sacra referri ab Autore Designatorem & haruspicem: immo & ad Ludos. Nam Vlpianus l. Athene. De his qui notantur in fama. Designatores namque quos Græci βούλευτας appellant, qui ministerium, nam autem artem ludicram exercent. Βούλευτις autem erat, qui distribuebat βούλευτα.

98. Theatrum proprium sacrarium Veneris. ] Quam Agricultores ferias dies (inquit Celsidius Variarum lib. 4. epist. 52.) sacra diversi numeri lucos vicisque celebrarent Atheniensis, primum ergo principium in urbanum spectaculum colegerunt. Theatrum Græco vocabulo visorium nominantes, quod emissa apstantibus turba conueniens sine aliquo impedimento videatur. Frons autem Theatrici Scena dicitur, ab eius luci densiss. ubi a pastoriibus inchanterne verne discollis carmina catabantur, ibi & actus musis & tristis. saeculi dicta claruerunt. Theatrum vero dicitur & parua, id est, à spectando. Clarissimus Tertullianum expeditus dicit lib. cap. 42. Theatrum erat (inquit) pars loca in includebatur, semicirculi figuram habens, in qua scatentes (immò postea etiam sedentes) omnes inservient. Conforma primum rotunda erat, sicut & Amphitheatre ex medio Amphitheatro. Theatrum factum est ex vero Venetis sacrarium, infra hinc & cap. 17. operi. De theatris vero pensilibus Curonis, supra exponit diximus cap. 3. De Theatris M. Scauri ibidem prius: Hic (inquit) fecit in. Aedificare sua opus maximum omnium que omquam fuerit humana manus, non temporis a mera, verum etiam aeternitatis delineatione. Theatrum huc fuit. Scena ei triplex in altitudine CCCXL columnarum, in ea ciuitate quo sex Hemisphaeriae tulerat sine probris ciuis amplissima pars Scena est maxima fuit, dimidia est vitro: inaudito etiam postea generis horaria. Summa tabulis inaugratio ut diximus, una dividenda genum pedum. Signa area inter columnas fuerunt in milia numero. Cœnea ipsa cepit LXXX, heminum indecim item idem Theatriti Marcelli ab Argenti dedicati lib. 8. cap. 17.

99. Nam scep̄ Censores renascenda cum maximè theatra destruebant. ] Quam plures enfracti Censorum edita adversus Theatra passim occurserunt Liuio, & Nasita Scipione sic scribit B. Augst. lib. 2. & Ciuitate Dei cap. 5. de simulacro agens, & India matris. Absit (inquit) ut Senator populi Romanus, mente præditus, qua Theatrum ædificari in vobis

tium virorum prohibuit, sic coli vellet matrem suam, ut talibus Deo sacris propitiaretur, qualibus matrona verbis offendetur. Atque videtur Auctor pro eodem habere: in telamonum, & in exaggerationem.

100. Itaque Pompeius Magnus solo theatro suo minor, &c.] Tertullianus imitatus videtur his verbis ubi supra Cassiodorus: Hos ritus (inquit) Romani sicut ceteras culturas ad suam rem, trahentes, ad fiduciam alter cogitatione conceptum magnanimitate mirabiliter considerant. Vnde non immerito creditur Pompeius hinc potius Magnus fuisse vocatus. De hoc etiam ubi supra Plinius Pompeij Amphitheatri causa toties multiplicata verba, tantoque maiore populo, sufficiat large XL. milibus. Fortassis fuit duplex Theatru, quale supra Curionem, atque hinc a Plinius Amphitheatru distinx. Aut patim, quod colligi potest ex variis Plini locis, tum antea, tum postea hoc libro citatis, patet pro ei dem usurpare Plinius & Circum & Theatrum, & Amphitheatrum, ubi de variis animalibus Roma exhibuit agit.

101. Veneris ædem superponuit, &c.] Tractat latius istud Plutarchus in vita Pompeij, quod iuxta Porphyriensem, viætricis Veneri ædes superponuit sit in theatro Pompeij. Meminit & Plinius lib. 8. Pompeij (inquit) altero Consulatu dedicatione templi Veneris viætricis pugnauerunt in Circo xx. aut ut quidam, XVII. elephanti, Gervilius ex aduerso facilius, mirabilem venientiam, qui pedibus confuso repedit genibus in cerasus, arrepta seua riacens in sublimine, qua decidentia voluptate spectantibus erant in orbem circumacta, veluti arte, non furor bellus iacerentur.

102. quod sunt Dionysia penes Grecos. ] De Liberalibus supra cap. 5. Eadem fuisse appellata à Graecis Dionysia vel inde patet, quod eundem fuisse & Libernum, & Bacchum, manifestius si quam quod probatio indegat, atque Bacchon Dionysium à Gracis appellatum tradit Euseb. de Preparat. Euang. lib. 2. cap. 2. eo quod ad speluncam Nyses, que inter Phoenicam & Nilum sita est, puer à Mercurio transmissus sit, ibidem à Nympis educatus. Quibus addit quod huic loco maxime conuenit. Satyri (inquit) eum fecerunt dicuntur, qui saltando & Traquie canenda voluptatem ei adferabant. Ab hoc primum Theatrum & Musicae fuisse harmoniam inuentam. Atque hic omnisimus illud: DE ARTIBVS SÆNICIS, & quod non ita multo post erat: DE ARTIBVS, quia ex margine in extum irrepserant. Deinde ex MS. & Isidor. dicti lib. cap. 51. legimus: quae priuata & proprias sunt Scene de gestu & corporis fluxu, non: flexu, eo quod sequatur, iuxta quod castigauimus ex eodem: Nam mollitiam (seu molliciem) Veneri & Libero immolant, illi per sexum, illi per fluxum dissoluti, pro corripere legebatur: dissoluti,

103. Que vero voce & modis & organis & lyris transfiguntur. ] Ita etiam ex eodem, pro eo quod erat: organis & litteris: nam & Poëtae lyris sua concinebant carmina: hinc Lyrici dicti. Si interim ad Mercurios postremum illud referatur, posset retineri litteris, ut postquam inuentum illi tribuit Auctor infra de Coronam, miles, veruntamē ibidem: Sed etiū neruos (inquit) idem in sonum strinxit, non negabo: quorum quem usus fit etiam in lyris, placet magis haec lectio. Coniunctur deinceps ea lectio ex B. Cyriano lib. de Spec. cap. 2. ubi Taurum imitatus; Graeca (inquit) ceramina vel in canticis, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus praesertim habent varia demonia.

104. Apollines & Musas & Mineruas & Mer-

curios mancipes habent. ] Vel hinc confirmatur precedens lectio: nam & Apollinis simulacro lyra adiungebatur, & Musis tribuebatur lyra septichordis, quemadmodum & Musica ab eis ita cognominata, atque adeo omnis generis & vocum modi & organa instrumenta reliqua. Redd̄ etiam & Mineruas & Mercuriis eade tribuuntur, eo quod artium omnium illi parentes traduntur. Plura vide apud Gregorium Gyraldum de Diis Gentium, de Apolline & Musis syntag. 7. de Mineruis syntag. 11. & de Mercuriis syntag. 9. Ex quo opere multa me passim fateor descripsiſſe his in hunc librum Adnotationibus, eoque magnopere me adiutis, quippe qui multum lucis addere posse scripitoribus omnibus. Porro quid mancipes dij, vide Apolog. c. II. num. 164.

105. nequam spiritus scilicet dæmones. ] De his vide peculiariter capita integræ 22. 23. & 27. Apologeticæ, & Adnotat. ibidem nostras. Atque lego in cauce capitii: constituerant ex MS. pro: constituerunt.

CAP. XI.

106. Ut ordo peragatur, ineamus etiam agonū retractarum. ] De titulo prior nihil immutauimus, preterquam quod ad marginem reiecerimus, qui est: De Agonibus. Atque nemo exactius annus generis Agones describit quam Auctor ipso. Imprimis infra in Scopacio: Agonas (inquit) istos, contentio follementa, & superstitione certamina Graecarum & religionum & voluptuorum, quanta gratia saculum celebreret, etiam Africa liquit. Adhuc Carthaginem singula ciuitates gratulando inquietant, donatan Pyrrhico agone post Stadij senectutem. Ita ab aucto (alludens quantum apparet ad Ludos seculares, de quibus in Argumento) digniss. creditum est, studiorum experimentum committere artes, corporum & vocum præstantiam expendere, præmio indice, spectaculo iudice, sententia voluptate, qua nulla sunt prælia, nonnulla sunt vulnera, pugni quassant, calcis arietant, cæstus dilaniant, flagella dilacerant, nemo tamē Agonis Præsidem fuggillauerit, quod homines violentia obieceret. Iniuriarum actiones extra Stadium: sed quantum luores illi & cruores & vices negotiantur intendit, coronas scilicet, & gloriam, & dorem, priuilegia publica, stipendia ciuica, imagines, statuas, & qualē potest præstare saculum de fama eternitate, de memoria restituere. Et Pyrtes ipse non queritur, dolere se non vult; corona præmit vulnera, palma sanguinem obscurat; plus victoriatum est quam iniuriarum. Hunc tu læsum exsiccabis, quem videtis latum: Sed nec vicitus ipse, de Agonotheta casum suum exprobabit. Deinde Metaphoricas Christi ab Auctore cap. 3. lib. ad Martyras vocatur Agonothetes, Xystarches & Epitates, ubi recte exponitur per Rhenanum Agonothetes, qui certamen instruit præmis propoſito. Xystarches, Xysti præfes, loci (inquam) in quo per hyemem exerceretur, & Epitates Athletarum missiſſer, addens apud Athenenses, qui decem viris diuino præter imperio, 657 a. Chr. dictum Domusibeni, Metaphora accepta ab iis qui in acie 657 a. Chr. & 658 a. Chr. apud Alianum appellantur, quos recte Theſſalonicensis Gal. 2. tranſtulit Subſites & Epitates. Adiicit ibidem Rhenanus apud Grecos olim luctatores Athletas ceromate, id est aleo cerato perfundi feliros, quibus sic unctu puluis inspergebatur; binc unctores Ceromatiſtas dictos, atque adeo Christum suos athletas spiritu ungere. Deinde locum certaminis, in quo athleta cogrediua-

ULLIAN,  
innotacionibus  
MELE.

A V  
16

tur, οὐαῖα Graecis dictum, quod is fossa cingi soleret, παρὰ τοις θέσις, atque adeo proverbialter dixisse ibidem Tertull. ad hoc Scamma produxit, de quo latius inter Proverbiales formulas in nostro Prolegomeno. Denique Et Athletas ad strictiorem disciplinā segregari solere, & ibidem Tertull. & Epist. 2. ad Donatum tradit. B. Cyrianius, de quo videat ibi Lector Adnot. nostrus num. 25. & infra quoque, ubi de Gladiatoribus agimus; nam idipsum in illos competit.

107. Proinde Tituli.] *Ibid.* Tituli ex MS. adieci-  
mus; nam eodem ordine & de reliquis agit, primum ab origine, deinde à Titulis, ab apparatis & à locis.

108. Olympia Ioui que sunt Romae Capitolinae.] Hercules (inquit plinius lib. 7. cap. 56.) Olympia Athleticam instituit, ab his quod quinto quoque anno fieren Olympiades, de quibus sic Euseb. in Chronicis: Εποχή (inquit) Iudicis Atheniensis anno 2. prima Olympias acta, qua erat Agon Gymnicus, in quo Chorobus Helenensis exstitit vicit. Hely enim agunt quinquennale certamen quatuor annis in medio expedit, in quibus principes anni constituantur quatuor: quam Olympiade Iphitus filius Pyacksonis sive Hamonis primus construxit: idque anno 3. Phaceiae regio Israël. Cui correspondet illud Pöponij Melæ: In Achaea quandam Pisæ Oenomai Elis, & nomen delubrumque Olympij Louis, certamine Gymnico, ipso simulacro, quod Phidias opus est maxime celebre.

109. Hercule Nemæa.] Nemæa (inquit Rhenanus in lib. de Cor. milit.) celebrabantur in honorem Herculis, qui in Nemæa flua leonem occidit. Ludi instituti propter Archemorum.

110. Neptuno Isthmia. ] Ludos Gymnicos (inquit ubi supra Plinius) in Arcadia Lycaon, funebres Acastus in Iulo, post eum Theseus in Isthmo. Hinc & Strabo lib. 8. In Isthmo (inquit) Neptuni, quem Isthmiū vocant, templum eminet, piccarum arborum luce circumclusum, ubi ludos Isthmiōs deceratos Corinthijs celebrare solent. Legimus autem cum MS. certeri mortuorum varij agones, pro eo quod erat: mortuarij.

111. de sacerdotibus prefidibus, de Collegiariis ministris. ] Similiter supra dixit cap. 7. Quo collegia, quo sacerdatoria, quo officia. Atque Sacerdotum Collegij meminit Cicero aduers. Verrem, & mox Author Collegij artium Musicaum, Mineralium, Apollinarium, & Martialis per duellum, per rubram. Atque Numa Pompilius plura in ciuitate (ut Plutarchus scribit) Collegia constituit, que per artes singulas distinxit. Ea I. Iulio & C. Marci Coss. Senatus consulto sunt sublata, quam aduersus Remp. esse viderentur. Post nouem deinde annos quam sublata fuerant, P. Clodius (ut est apud Pediamum) legem tulit de Collegiis restituendis, nonisque in ciuitate instituendis. Vnde Cicer: Collegia (inquit) non solum que Senatus tulerat restitura, sed innumerabilia quadam ex omni sece virbi ac seniuit concitata; idque ad varios Deorum honores. Deinde Iulius Caesar (Suetonius teste cap. 42.) cancta Collegia præter antiquiū constituta detraxit. Quod ipsum restitutus etiam in Octauij cap. 31. idem refers in Claud. c. 21. quod in cooptandis per Collegia sacerdotibus, neminem nisi iuratus nominavit.

112. ut studio Circum emulmentur. ] Καλόν iuxta Gell. lib. 1. cap. 1. Στὸ τῆς γέρων, id est a statione, quod Hercules ex spatio uno spiritu confecto, constitueret. Institutum quippe ab Hercule Stadium tradunt, eisque pedibus suis metatum est id Stadium, quod est Pisis apud Iouem Olympicum, secundumque longum pedes sexcen-

tos. Atque Domitianus Romæ inter cetera etiam Stadiū extruxit. Hinc Iulio Firmico Stadiodromus, qui stadium precurrunt, & et Plinius lib. 3. cap. 8. Leontius (inquit) et Stadiodromum Stylos, qui Olympia offenditur. Non enim Stylos, loci ipsius nomen, ut quidam volunt, sed Athlete. Legimus vero cum MS. & ipsum eius idoli, ex quo adieci-: eius.

113. Sed & Gymnicas artes Castrorum, &c. disciplinas prodiwerunt. ] Sic iterum cum Gagnæ, pro quod irreferat Gymnica. Gymnicus autem (inquit) est velocitas aut virium gloria. Antea certante certarunt ne nudarentur: post relaxato cingulo repente profectus & examinatus est quidam cursor, quare ex eo de cetero tunc Archon, id est Xystarchus, Hippomenes, omnes deinceps omnes exercitarentur, permisit. Ex illo 700. dictu est (sic enim legendum ibi tenet) non gymnatum, de quo prius gerat) quod muenes inuidi cœmarunt in campo, ubi sola tantum pudenda operantur, genera autem Gymnicorum quinque, Saltus, corsus, ieiunii, virtus, arque luctatio. Atque teste Plinius lib. 7. ap. 5. ludos Gymnicos instituit in Arcadia Lycaon.

## C. A. P. XI.

114. Superest illius insignis. spectaculi accipitri. recognitio. Munus, &c.] Etiam hic præventualum retinimus, at in marginem recteponit istum: De Munere.

Quod ipsum ita pulcre quid sit plecat, vicentario magno non sit opus, oratione adiungamus. 2. B. Cyriani ad Donatum, num. 27. ad illud: Et palcula licet pretium largior Muneris apparatus amplexus. Eodem pertinet phrases Iurisconsulitorum, Munus, & Mortuo. & Munus edere, & hardenius, De plicet. Quid autem Author hic & Apolog. cap. 4. non in loco Cicero simpliciter Munus, Suetonius, in Cesar. cap. 2. Munus gladiatorum dixit. Munerarium autem (inquit Quintilian. 18. cap. 2.) Augustus primus dextera appellat nomine & Suetonius Domitianum cap. 10. ciōn ferarum spectaculum seu Gladiatorum ludum cibberet. Causamodis, quando, & à quibus exhibiti sunt huius, mox dicimus latius, supra etiam aliquot adiungamus. 77. 19. 8. & 101. Atque B. quoque Ireneus lib. adh. 1. cap. 1. hereticis inter cetera impingit, quod non arbitrantur, quod est apud Deum & homines dissum (sic causa lego pro ecclasiam) Muneris homicidiale spectaculi.

115. quoniam officium etiam Muneris non est. ] Huc pertinet quod Veteres Officium munulū serere coniungere soleant. Hinc Cicero lib. 4. de Divin. Officium & munus oculorum, & lib. 4. de Finibus. Officium munulū sapientia; quanquam interim Author Officium accipere magis videatur pro Officio monorum, quod postremum officium Tacito lib. 5. & Cartius lib. 3. dicitur.

116. captiuos vel malo ingenio seruos metu-  
in exequiis immolabunt. ] Habet idipsum Alexander ab Alexandro Genial. dierum lib. 6. addens quod Archenenses & Iuni obtinuisse, ut Imperatore etia-  
cō diodecem captiuos ad sepulchrum iugulari vici-  
lentur.

117. edicto Inferiarum die apud tumulos ce-  
gabunt. ] Inferia (inquit Festus) sacrificia que in  
Manibus inscrebantur. Facti autem pro Lecture illud 7.  
gilij 10. & cneid.

Viventes rapit inferias quos immoler videntur.

Atque etiam huius secundo introducta confundit-

em

tamen, non modo Gladiatores à Lanistis eruditos prodicisse, sed & à Nerone exhibitos ad ferrum Senatores cccc. & Equites dcccc. Et Domitiani quoque temporibus non modo Nobiles ad virtutis specimen ostendendum, in arenam prodiisse, sed & mulierum pugnas illum commisso, donec tantum fuit, ne Equites Romani Ludo arenae poluerentur. Primum autem & Iunius Brutus, in honorem patrie manus edidisse Gladiatoriorum testis est Linium in Perioche. Legimus autem ex MS. cod. quia ferrum voluntati fatus non faciebat, pro eo quod erat: ferarum voluntati fatus non fiebat; alioquin enim repetitio fieret supernacenes in eo quod subnuntiatur.

118. nisi & feris humana corpora dissiparetur.] Valerius Max. lib. 2. tradit Appium Claudium & Fulvium Coss. primis in foro Boario Gladiatores cum feris commissi. De hoc in hac verba istud, ubi supra cap. 58. Ferarum pugnarerat, missas bestias iuuenes excopere, & pugnare aduersus eas, ultroneo funere certare, non crimen, sed faveore.

119. Quod ergo mortuis litabatur, vtique parentari depubatur. ] Alludere videtur ad illud Ciceros pro L. Elaco. Literum igitur Lentulo, parentem Cethego. Parentare enim primum accipiebatur parentibus iusta celebrare, deinde & ad alios translatum. Ad institutum autem nostrum pertinet illud secundum epist. 123. Mortui certe viuvi parentantur.

120. Questuras dico. ] De Questoribus aliiquid diximus in epist. 2. ad Donatum B. Cypr. num. 42. At qui buc pertinet quod habet ubi supra Alex. ab Alex. Quoniam antea Gladiatorij Ludi Imperatorum munus fuerint, Claudia princeps ut pecunia Questorum fieri, currit editio.

121. & Magistratus.] Magistratus (reste Feijo) qui imperia potenter sunt quam priuati. Hac itaque applicatione intelligit Auctor Edilitatem, Praetoram, Consulatum ac Dictaturam. Nam apud plinium lib. 8. sive natura legitur, in Edilitate Curuli Claudi Pultini primum Rome pugnasse Elephants, deinde & Lucullum, cap. 7. Leonum plurium pugnam Rome primum edidisse Q. Scaevolam P. filium, cap. 16. M. Scaurum 150. Pantheras & 5. Crocodilos, cap. 17. & 26. Domitium denuo. Enobarbum Vrsos Numidiacos 100. & totidem venatores Aethiopas, cap. 36. In Praetura vero centum iudicatores Leonum pugnam primum omnium L. Syllam, qui postea Dictator fuit, cap. 16. In Consulatu Pompej alico Elephants 20. & Leones 60. Cesaris Dictatoris teris Elephants etiam 20. ac Leones 400. cap. 7. & 16. Denique Dictatoris Cesaris Ludis Circensis primum usq[ue] Camilopardalium, cap. 18.

122. Flaminia & sacerdotia.] Fortassis ob Flaminis & sacerdotes, qui Munerum editionem preterirem videntur, Tiberio imperante, cautum fuit (vixi) quod Alexander ubi supra ne quis Gladiatorum munus daret, cui minus quadringenuis milibus census esset.

123. quod opipuræ, quod fasciæ, quod vitta, quod corona.] ita omnino lego, pro eo quod irreperatur emporii fasces, neque enim falces in G. adiutorio munere usurparantur, sed fasciæ. Vide autem de purpuris & vittis Adnotat. nostra ad cap. 15. Apolog. nu. 231. De coronis vero, quarum hoc lib. frequentissim, mentio, lude Cor. milit. pene integrum, & ibidem de tenuis seu fasciis, cap. 18.

124. conciones & edicta.] Similiter loquitur Liu. lib. 2. Concone (inquit) edicto fecit fidem, ne quis

ciuem Romanum vinculum aut clausum teneret. Videntur itaque ante editionem Muneris Gladiatorij aut inter sacrificandum, aut paulopost, varia suffice usurpare conciones & edicta (ut cum Tacito loquerat) in populum; que plerisque etiam edebantur contra Christianos, vix infra latini cap. 23.

125. & pulces pridianæ.] Pultium & liborum solitos Deorum vicius irridet Arnob. lib. 7. dicens se opinari propterea illius vino opus esse in sacrificiis, quo putrefiat fasciæ, & percoquatur cibis. Et multo ante eadem lib. Quid frutilla (sic enim lego à frut, pro frutta) quid frumentum; quid gratilla, catumenum, conspluum, cimbula, ex quibus duo que priora sunt, pultium nomina, sed genere & qualitate diversa, series vero qua sequitur liborum significatio continet.

126. Amphitheatrum.] Amphitheatrum (inquit Isidorus, ubi supra, cap. 52.) locus est spectaculi, ubi pugnant Gladiatores, ita dictum, quod ex duabus theatris sit factum: nam rotundum est, theatrum vero semicirculi figuram habet. Huc pertinet illud Suetoni in Neron. Hos Ludos spectantes & Proscenij festigio, munere quod in Amphitheatre dedit. Addit Cassiodorus Var. 1. 5. epist. Theodosiorum Regis ad Maximum: Qui specie (sic enim castigo) eius arenam concludens.

127. Capitolium omnium demonum templum est.] Capitolium non modo Roma, sed & aliae in locis, atque ciuitatis eructum fuisse ex Sidonio paret, qui & Narbonensis, & Rauennatis, & Tolosani Capitolij meminit, in Vitis sanctorum Apollinaris & Saturnini; atque adeò & Carthagini fuisse Capitolium patet ex Cyriani Epist. 55. & lib. de Lapis. Atqui de Romani Capitolio clariss. omnium scribit Arnobius adu. Gentes lib. 4. Nonne (inquit) vides in Capitoliis omnibus virginales esse species Mineruarum? & lib. 6. Regnatoris (inquit) in populi Capitolio quis est hominum qui ignorat, Tolsi esse sepulcrum Vulcanum? Quis est, inquam, qui non sciat, ex fundaminis sedibus caput hominis evolutum, non ante plurimum tempore, aut solum sine partibus cetero (hoc enim quidam ferunt) aut cum membris omnibus humanioris officia sortitus? Quod si planum fieri testimonio postulatis Auctorum; Sammenicu, Grannu, Valerianu vobis, & Fabius indicabunt, cuius Tolsi filius fuerit, gentis & nationis cuius, ut à germani seruilo vita fuerit, spoliatus & lumine, quid de suis commercuerit cibibus, ut ei sit abnegata telluris patria sepultura. Conditis etiam (quamus nolle istud publicare se fingant) quid sit capite resecio factum, vel in qua parte fuerit curiosa obscuritate conclusum, ut immobilis videbatur atque siccus obsernati omnis perpetuitas starer. Quod quum opprimi par est, & vetustatis obliteratione celari, compitiss. nominis leuit in medium, & cum suis causis per data fibi tempora inextinguibili fecit restituacione procedere; nec erubuit auctoritas maxima & numerum cunctorum cultrix, cum vocabulum templo daret, ex Toli capite Capitolium, quiam ex nomine louis nuncupare.

128. Martem & Dianam, &c.] Vtrumque Ludem intelligit, opinor, tum cum qui per solos Gladiatores Marti, tum cum qui cum feris febant Diana consecratis: Diana (inquam) Scythica, vix tradit Theodosiorum Rex epist. ad Maximum, Variarum Cassiodorus lib. 5.

CAP. xiii.

129. Satis, opinor, impleuimus ordinem, &c.]

ULLIAN,  
metationibus  
MELI.

A.V.  
16

## Adnotat. in lib.

272

Titulum huic capiti dedimus: Præcedentium Epilogus; quo nemp̄e concluditur ab omnium 4. generum spectaculis, tanquam ab idolatria abstinentum.

130. in consecrationibus idolorum sive mortuorum, sive (vt putant) Deorum. ] Vide Adnot. in Apolog. cap. 12. num. 176. De consecrationis ritu, & quod Dij non sint, sed homines mortui, integris duabus capitibus tractat. Author eiusdem Apolog. cap. 10. & 11. De idolatriam, quod nihil sint, libro sequenti de idolatria.

131. de parentato edimus. ] De abuso obsoniorum parentantium ad bestia, vide Adnot. nostras supra ad lib. de Testim. anima, cap. 4. num. 20.

132. ab idolothyris & necrothyris voluptatis. ] Quemadmodum elōdōbōla in scripturis sacrī appellatur qua idolis immolantur, ita & eadem derivatione dixit Author verxōbōla, mortuis immolata.

C A P . X I V .

133. Nūc interposito nosse de idolatria, &c.] Capitulū huī titulū a nob̄ attributū est: Quod concupiscentia nomine interdicuntur Spectacula. Legimus autem omnino: nosse de idolatria, ac si dicat: Postquam interposuit nos notitiam de idolatria, quod temp̄ ad idolatriam pertineant spectacula. Et mox cum MS. quasi parum etiam de spectaculis pronuncietur, pro: de litteris.

134. cūm concupiscentia saeculi damnantur, &c.] Alludere videtur ad illud 1. Ioan. 2. Omne quod est in seculo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vita, que non est ex patre, sed ex seculo est, & seculum transit, & concupiscentia eius.

135. nominate concupiscentia. ] MS. nomina concupiscentiae, sed neutrum satisfacit; integra periodus hæc aut mutilla est, aut corrupta.

C A P . X V .

136. Viderit ergo, vt diximus, principalis titulus idolatria, &c.] Caput hoc inscriptissimum: De furore, bile, ira, & dolore. Porro etiam hic corpus est locus, cui sine MS. codicum plurimum ope mederi non potuimus.

137. Deus præcepit spiritum sanctum, &c. tranquillitate, &c. tractare, &c.] Alludit haud dubie ad illud Ephes. 4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis, in die redemptiois. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia; indicans per posteriores illa verba explicari præcedentia.

138. & dolor. ] Insigne huī rei exemplum recitat Plinus lib. 8. cap. 7. Vnuerſi (inquit) Pompeiani elephanti eruptionem tentauere, non sine vexatione populi, circumdati clostris ferreis. Sed amissa fuga sp̄e misericordia vulgi incannabili habitu quarentes, supplicare, quadā sc̄ē lamentatione complorantes. Tanto populi dolore, ut oblitus Imperatoris, ac munificentis honori suo exquisite, flens vniuersus conſurget, dirásque Pompeio quas ille mox luit, penas imprecaretur. At qui sine legas immobilis animi, cum excusis, sine: immobili animo cum MS. perinde est.

139. Ipsius causas incitamenta sunt adfectus. ] Huīs quoque experientiam videre est apud D. August. Cōfess. lib. 6. cap. 8. de Alypio. Quum (inquit) auctoraretur & detestaretur talia, quidam eius amici & cōdiscipuli, cūm forte de prandio redeuntibus obuius esset, recusantem vehementer & resistentem, familiare violentia duxerūt in Amphitheatrum, crudelium & funestorum Lu-

dorum diebus, hac dicentem: Si corpus meum in illa locum trahitis, & ibi constitutis, numquid & animos & oculos meos in illa spectacula possum intendere? Adoro itaque absens, & sic & vos & illa superabo. Quibus audiens illi nihil occidit cum abducentur secum, id ipsum explorare cupientes, vtrum possit efficer: Quo vobis est, & fedibus quibus portuerunt locati sunt, sensabant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausus oculorum, interdicit animo, ne in tanta maledictione; atque utinam & aures obturasset. Nam quid pugnæ calu, quum ingenis clamor populi rotua vehementer cum pulsasset, eurostate victus, & quasi percuti illud esset, etiam visum contemnere & vocem, aperuit oculos. Et percussus est grauiore vulnera in anima, quam ille in corpore quem videre concepuit, condigne miserabilis, quam ille que cadere factus est clam. Porro post aliquot lineas, pro eo quod excus legit: nulli & talia facientibus non conferamus, MS. facilitatibus, eligat alterutrum Lector.

C A P . X VI .

140. Quā ergo furor interdictus nobis, &c.] Huic capitulū titulū dedimus: De furoribus Circis, quo imitatur illūm B. Cypr. locis sup̄a citatis, præter quod hīc pulcherrimè explicat morem Sponsonis impulso committendorum Gladiatorium, iuxta sorte in ore volvatur, & similia, de quibus max latius.

141. iam de sponsonibus concitatum. ] Speciones (inquit Turnebus Advers. lib. 8. cap. 4.) melioris perfidis pignoribus aut pecunia de alium Gladiis vitoria factis. Eodem pertinet illud Martialis:

Sed cum sponso fabulaque lassus  
De scarpo fuerint & incitato.

142. Tardus est illi Prator, &c.] Eadem istud pertinet cum eo quod mox sequitur: Dehinc ad signum anxii pendent. Nā Prator (vit. adnot. Turnebus Advers. 18. cap. 33.) signum quadrigis mittebat, è carceribus exirent. Missus autem seu emisso quartum forte mittebatur, & Prator qui Ludi premeret virna eas educebat; hoc est enim quod habet Author. Sed per oculi in virna eius cum sortibus volvuntur. Hac ille. His addit quod adnotat Politianus, agens de die seculi aribus in suis Miscellaneis: Centum milibus signum in Circensibus, proinde Domitianus Ludi, qui facti totidem peraguntur, singulos à septem statim ad quatuor etiam corriptos. Deinde alludit huc haud dubio, de cetero supra lib. de Pallio cap. 1. his verbis: At quinque larium fortium signum variauit virna, ubi aliud de se sortium in virnam mittebundorum diximus namque. Ceterum in Scenici spectaculis forte emitit soler certamen, patet ex illo Suet. de Nerone cap. 21. Nomen suum ceterum in albo praesertim circenses adorandum insit adscriri, scilicet in virnam dimissum cum ceteris intravit ordinatio.

143. Misit dicunt, &c. non vident nullum quod sit, Mappam putant. ] Mappam (inquit Quint. lib. 1. cap. 9.) usitatum nomen Circi, Peni fibi vendicante, per quo loco intelligit interpres Mappam vultus, dirigere a Pratore mitti solitam. Virnum magis placuisse sententia, qui tradit signum suisse committendum, a rigarum, quam sequitur Turnebus ubi supra, ex quo sequatur: Ex eo itur in furias & animos & diffidias, &c. Odij etiam suffragia. Si enim mappam pro rata signum erat post bramum seu coronam datum, fibebant suffragia. Confirmat id ipsum ex Suetone, de Nerone cap. 22. ita scribit: Vnuerſorum (inquit) scilicet in Circi Maximo præbuit, aliquo liberto manu

mappam, unde magistratus solerit. In qua sententia *Cassiodorus* fuisse adnotat in *Suetonius Sabellicus*, allegans ibidem similes locos, *Martialis lib. 12.*

Creratam Pratorum quā vellet mittere mappam, Pratorum mappam surripit Hermogenes.

*St. Irenaeus Satyr. 22.*

Interea Megalefiaca spectacula mappa. Certe nostram sententiam veriore esse convincit dictus *Cassiodorus Variarum lib. 3. epist. 51.* supra citata ad *Faustum Prepositum*: Mappa (inquit) que lignum dare solet Circensibus, tali casu fluxit in morem. Quoniam Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut afficeret, audius spectandi populus flagaret, ille mappam, qua tergredi manus recubatur, iussit abiici per fenestrā, & libertatem daret certaminis postulati. Hinc trāctūm est, vt ostēta Mappa certa videatur esse promissio Circensium futurorum. Atqui inde Proverbium orum indicat *Auctor lib. adu. Valent.* infra Tomo sequenti: Sed (inquit) mappa, quod aīunt, misa, ubi postmodum eadem multa apud Rhenanum reperi. Atqui illud: sed est diaboli ab alto precipitati figura, etiam confirmat nostram sententiam, eo quod post mappam missam incipiunt diaboli infinita furia & discordia, &c. Est autem Tertullianum illud: quam sine causa odisse, pro: potius quam.

144. Vnde in Principibus quidem suis aut ciuibus parciunt. ] Præterquam quid super eius rei exemplum possumus, certe idipsum habet supra *Auctor suis Apolog. cap. 35.* *Ipsos* (inquit) Quirites, ipsam venaculam septem collium plebem conuenient, ac alii Casari suo parcat illa lingua Romana? Tethis est Tiberis & Scholæ bestiarum. Huc pertinet illud *Suetonij* in *Domitiano*: Patrem familiæ quod Thracem Myrmilloni parem, munierario (Imperatori nempe) imparem dixerat, detractum est Spectaculis in harenam, canibus obiecit cum hoc titulo: Impèr locutus Parmalarius. Quare & has iniurias *Theodosius Rex epist. 27.30.31. & 32. lib. 1.* *Variarum Cassiodori* editio vetat. Aque ideo (inquit epist. 30.) Edicis scimus, ut si atrociter iniurias in quenquam Señatorum vox iniusta scriperit, nonerit se à Prescello urbis legibus audiendum, &c. ne prolixiores simus. Idipsum Scena ibidem subiungens, quamquam paulo obscurius, clarius autem *B. Augusti de Comedia, & Circeno lib. 4.* de Republica, mentionem faciens de legge XII. *Tabul.* contraria lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 9. & 12.

145. aliubi.] *MS. & Gagnensis*: alibi. verius illud placet: nam similiter *Plinius lib. 11. cap. 14.* Aliubi (inquit) fani cera spectabiles gigantur, ut in Peloponnes, Sicilia, aliubi melior copia, ut in Creta, Cypro, Africa, aliubi magnitudine, ut in Septentrionalibus.

#### CAP. XVII.

146. Similiter impudicitiam omnem amolit inuenitur. ] Deditus huic titulum capituli: De Theatris impudicitia. In quo illum disertis verbis imitantur *B. Cypr. epist. 2. & lib. de Spectaculis, cap. 5. Lactantius lib. 6. cap. 20. & August. lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 4.5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.* Illustrat autem hic *Auctor ad illud Marci 7. de quo religio sita fabri finem huius capituli: Quia de homine excutit, illa communiqueret hominem. Ab intus enim de corde hominum male cogitationes procedunt, adulteria, fornicatio-*

tiones, &c. impudicitiae, &c. Omnia haec ab intus procedunt, & communicant hominem. Fortassis & ad illud *Roman. 13. Non in cubilibus & impudicitis.*

147. Atellanus gesticulator. ] Ita omnino legendum cum Latino, pro: gesticulator. *Atella Ptolemeo & Stephano oppidum Oſcorum, ubi grande & egregium Amphitheatrum, biu Atellani ludi, Luuo teſte lib. 7.* quod genus ludorum (inquit ille) ab Oſca acceptum tenuit inuenit, nec ab his trionibus pollui paffa est.

148. quam Mimus etiam per mulieres representat. ] Ita omnino legendum, pro eo quod antea corruptiss. minus, nam iūdem pene verbi & B. Cyprian. epist. 2. & Lact. & August. de Mimis loquuntur, de quibus aliquid diximus ad dictam Cyprian. epist. num. 30. Illud huc etiam fidetur, quam dicit: Theatrum etiam lupanar vocatum & prostibulum, eo quod post ludos exactos meretrices illi preferuerintur. Quod ipsum iam diu antea reprehendit Chrysost. hom. 6. in Mappam.

149. Quam denique Pantomimus. ] Similiter distinguunt *Arnobius lib. 4.* Quid Pantomimi vestri, quid Hisfriones, quid illa Mimorum, atque excole generis multitudo? Dicebatur autem Pantomimus tamquam personarum omnium imitator effectorque. Hinc *Cassiodorus* ubi supra lib. *Variar. 4. epist. 10.* Pantomimo (inquit) a multifaria imitatione nomine est. Idem corpus Herculem designat & Venerem (cui similia *Auctor Apolog. cap. 19.*) feminam presentat & marem, Regem facit & mulierem, senem reddit & iuuenem, ut in uno credas esse multis, tam varia imitatione discretos.

150. Stipes, elogium. ] Alludere videtur ad ludos Scenicos Matris Deum Cybeles, de quibus postif. August. valde obſcenis; nam editio cauebantur (vti adnotauit *Alexand.* ab Alex. ubi supra.) Præter Idee matris families, eisque iufia diebus ne quis stipem cito. Quia ipsa de re plura videat *Lector in Apolog. cap. 13. nu. 195. & 42. cap. num. 555.* De elogio vero lib. ad *Scapulam cap. 4. num. 26.*

151. cum spiritui apparent aures & oculi. ] similiter dixit lib. de *Relig. carnis*: apparere animæ, super quo loco *Rhenanus*: Apparere (inquit) est ministrare, famulari, inservire. Et est, ut *Aſconius* docet, minoris ad maiorem. Vnde & Apparitores dicti viatores, qui iudicibus praefo sunt, & iufa, mutuusque eorū expellant. Quo sensu & hic accipi patet vel ex ei quod de iſdem oculis & auribus subiunguntur: cuius apparitores inquinantur. Eodem etiam significatu dixit *Auctor lib. de Prescript. adu. harf. & apparitio de- uota.*

#### CAP. XVIII.

152. Sin & doctrinam secularis litteraturæ. ] Inſcripsimus hoc caput, De stadij & paleſtricæ vanitatibus. In quo imitantur *Auctorem B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. 7. & Lactantius ubi supra, ac Arnob. lib. 7.* Illudit autem ad illud *I. Cor. 3. Sapientia huius faciliſtutitia est apud Deum.*

153. Iuſoriam vel Agonisticam scenam. ] Quamqua prima facie pertinere iſtud adhuc videatur ad Theatrum, certe et in Olympis, ac quinq̄uaginta certaminibus quæ in ſtadio fiebant, more Grecorum (quod pertinet illud propter Graecia oīum) caperunt tandem etiam Comedie & Tragadia celebrari. Quod imprimis indicat illud *B. Cyprian. lib. de Spectac. cap. 2.* Graeca illa certamina, vel in cantibus, vel in fidibus, vel in vocibus, vel in viribus, praefides suos habent diversa demania.

A a

ULLIAN,  
metam onibus  
MELE.

A V  
16

## Adnotat.in lib.

274

atque adeò etiam Comicas & inutiles cursus, & Tragicae  
vocis infanias cap. 6. inter Graecia oblectamenta recen-  
ser. Deinde Alexand. ab Alex. vbi suprà: Fuit prete-  
res (inquit) quinquennale ludicrum, in quo tam ver-  
sa quam praes ora trahere Graec Latineque (en secula-  
rem, de qua hic Author, literaturam) tum Musica  
per citharædos & citharistæ, tum Gymnicis ludis cer-  
tabatur. Quos Nero Caesar primus ad morem Graeci cer-  
taminis ex Graecia Romanum deduxisse, Iouique Capitolino  
dicasse, atque singulis quinquenniis magno animorum  
certamine celebrasse legitur apud Suetonium, iam in-  
termisso ducentis annis à Lucij Memmiij triumpho, qui  
primus hoc Spectaculi genus in Urbe præstisit. C. Cali-  
gula vero horum instar, miscellos Lugduni fecit, Graecæ  
Latineque secundis experimento; in qua lege sancitum  
erat, ut vicitur vitoribus hoc premij darent, ut ipsorum  
laudes tamquam obnoxij carmine celebrarent. Postea  
à Domitiano triplex institutum ferunt eidem Capito-  
linio Ioui, Musicum, Equestre, & Gymnicum, in quo  
Publius Mimbryphus palmarum tulisse fertur.

154. Quod si & stadium contendas in scriptu-  
ris nominari. ] Hunc locum imitator B. Cyprian. lib.  
de Spectac. cap. 2. De stadiis (inquit) Apofolue su-  
mis exempla; corona quoque collocat premia. Cur ergo  
boni fidei Christiani non licet plectare, quod licet  
diuinis litteris scribere? Responder autem: Argumentum  
est excitande virtutis, non permisiva sine libertate  
spectaculorum. Alludit vterque ad illud 1. Cor. 9. Ne-  
scitis quid i qui in stadio currunt, omnes quidem cur-  
runt, sed unus accipit brasum? Omnis autem qui in a-  
gone contendit, ab omnibus se abstinet; & illi quidem  
et corruptibilem coronam accipiunt, nos autem incor-  
ruptionem.

155. Non probabis visquam vanos cursus &  
iaculatus, &c. ] Huc periret illud Isidori libri sapientiæ  
cap. 26. Agonum genera, immensitas virium, cur-  
sus celeritas, sagittandi peritia, standi patientia, ad  
citharam quoque vel tibias incendiendi modus; de mori-  
bus quoque, de forma, de cantandi modulatione, terre-  
stris quoque & natalis prelii perpetuandoque sup-  
eriorum certamina.

156. vt plasticam Dei supergressæ propter o-  
cium Graecia alites homines oderis. ] Si hoc modo  
legatur, constabit aliquis sensus; aliqui Hyperbaton est,  
si legatur supergressæ propter Graecia oicum. De  
Plastica infra lib. de Cultu femin. Porro alites homines  
pulcherrima metaphora vocat Allecto, qui ad  
instar altillium, id est animalium, que inclusa alun-  
tur ut pinguisant, saginabantur. De quibus in hac ver-  
ba B. Cyprianus epist. 2. ad Donatum: Impletur in suc-  
cum cibis fortioribus corpus, & arvina toris membro-  
rum molas robusta pinguiscit, ut saginatus in paenam  
carius pereat. Allecto autem & infestabantur Ra-  
mena. Gladiatores à lanista, strabone teste.

157. Et Palæstrica diaboli negotium est, &c. ]  
Palæstram (inquit Isidorus vbi suprà cap. 24.) vel  
στρο της παλαιν (sic enim suppleo quid desiderab-  
er) id est, à luctatione, vel στρο της παλαιν, id est  
à motu ruina fortis, nominatam dicunt, scilicet quid  
in luctando, cum medios arripiunt, sere quatiant, id  
que apud Graecos παλαιν vocatur. Et recte quidem il-  
le, non secus atque alijs qui deriuant στρο της παλαιν,  
id est à motu urnae, eo quid ducta forte luctabantur.  
Nam παλαιν & vibrare, & concutere, & fortiri  
significat. Addit ibidem: Quisdam opinari artem lu-

ctandi & rororum contentione monstratam; namque int-  
er ceteras feras eos solos & erigi congregatos, & subsidere ut  
leter ac resereti; ac modo manus tentare inueniunt, mo-  
do complexus abigere (sensu potius, vbi lego, subigere) fit  
more lucubantium, dicunt.

158. Primos homines diabolus eligit, &c. ] Me-  
taphorice istud adaptas ad lapsum primi hominis,  
similitudinem diaboli in forma colubri seu serpenti, Gen. 3.  
ad quod Author potius referre videtur lucta originis.  
Quod vero Chritianu nullus coronarum vult, de-  
tiss. tractat integro libro de Corona militis.

C A P . xix.

159. Exspectabimus nunc, vt & Amphitheatre  
repudium de scripturis petamus. ] Dedam in-  
lum huic capituli: De Amphitheatre leuitia. Imma-  
tetur autem Authorum B. Cyprian. & Leuitium his  
sepe citatis, ac Arnobius lib. 2. verbis initio hunc lo-  
bri citatis, & Theodosius Rex epist. 42. ad Maximum,  
lib. 5. Variarum Caesioidori, vbi diuersissima humana  
cum feris certamina quasi ad oculum verbi aliquo  
obscurius depingit, quod Lectorem compendit gena  
remittimus. Idem epist. 49. lib. 3. meminit ruitum  
Amphitheatre Cataniensis, unde patet etiam in dia-  
cinitatibus erecta fuisse. Suetonius vero in Augusto,  
cap. 12. Amphitheatre autem maxime Augsburgi  
fuerunt, Vespasianus exstruxit, Titus dedicavit.

160. Si leuitiam, si impietatem, si feccit  
permittam nobis, &c. ] Alludat ad scripturas con-  
cedentes leuitiam, impietatem, feritatem. Quia  
sancti imprimis illa Gen. 9. Qui effuderit sanguinem ho-  
minis pro sanguine hominis eius effundetur. Dende pro  
ceptum Decalogi Exodi 20. Non occides: illaque con-  
fondet sermo Domini in monte, Matth. 6. & empli-  
res alij. Lego autem paulopost: Et tamen innocui  
de supplicio alterius lætari non potest, pro quod  
irrefrerat circa editionem Gagnæ: nocentes & non  
oportet, eo quod sequatur: cum magis compen-  
innocenti.

161. vt tam crudeliter impendatur. ] Impen-  
dit accipit Author pro morte consumi.

162. Certe quidem Gladiatores innocentes  
Ludum veniunt, &c. ] Isidore penit. verbo ha-  
buntur ab Authorum initio huius capituli allegati, ut  
ipso Tertulliano suprà lib. ad Martyras. Gladiatores  
autem genera plura ex Rheno, libro ad Martyras  
censimur in dictam 2. epist. B. Cyprian. ad Donatum  
num. 22. De Retiariis infra latius cap. 25. Certe vero  
(vbi sribit Senatus Viribus Romæ Rex Theodosius Fe-  
riariis Caesioidori lib. 1. epist. 30.) non erant ana-  
certamina, sed pugni se quamlibet fruenda luctatio-  
nem; unde & Pugna nomen accepit. Pugna bel-  
fereum gladium primus produxit, à quo & bello  
placuit nuncupari. Coriolanus atrox, deinde crudel-  
prefidium, ferina certatio. Non permittit gena  
familis vestris fieri in ciuibus, quod admittit debet in  
ciibis accusari.

C A P . xx.

163. Quam vana igitur, immo desperata.  
Caput hoc in scriptis: Quod alia sit ratio homi-  
& Dei in aspectu Spectaculorum. Effervet & te-  
lianum illud: specialiter vel localiter.

164. suauiludij cuiusdam. ] Eadem modo de-

# de Spectaculis.

275

Suauiudos nostros lib. de Coron, militis, quos recte  
Rhenanus ibi interpretatur, eos qui ex Christiano Spe-  
ctaculorum adhuc oblectamentis, seu sauitate ludorum  
delectabantur. Paulopost MS. legit: Planè sol & in  
cloacam radios suos deflectit; sed placet magis quod  
vulgatum est: radios suos defert. Lega vero: Com-  
pare homo reum & iudicem, pro eo quod erat:  
Comparas.

165. extra gradus] In Circu gradus fuisse patet ex  
Suetonio. Hinc lex illa Othonis, Linu & Plin. testibus, ne  
quis nisi cui 400. esset sefertia, ex XIII. gradibus spe-  
ciaretur quam legem Iuliam theatralē alicubi Plinius num-  
cupat.

166. & apulia. ] Vox est Graeca, composita ex 2, 2,  
3, que idem significat quod extra portas. Simile  
Ariophani dicuntur στόια ἀπολάτων, pro effrenate  
ore, ac si dicas sine foribus, sin manus extra columnas,  
quam πύρην etiam columnam significet, ut alludat ad  
Circum. Si apeleas legeretur, posset intelligi de locis à Sole  
remota, voce composta ab ἄνδρι & θνητο. Denique edē  
pertinet, quod confusiss. ac solitiss. spectante morem cor-  
rent Augustus, ut primus sub feliorum ordo vacaret  
Senatus, Legati in secundo sub felio collocarentur. Mi-  
litum etiam se ferent a populo: maritus è plebe propriis or-  
dines adsignauit: pretextatis caueam suam proximā pa-  
dagogis: fermis, ne Gladiatores quidem nisi ex superiori  
aliquo loco spectare conceperent. Sols Vestalibus locum in  
Theatro separatum contra Praetoriū tribunal dedit, ut  
patet ex Suetonij Octauio cap. 41. 42. & 43. Item quod  
Ner Caesar Circensibus Equiti loca secreta à ceteris tri-  
bus legiūnū apud Sueton. cap. 11. Hinc confirmatur mea  
coniectura libri ad Scapulam, quod subinde Auctōr ex  
diaboli vocibus Graecū unam nouam componebat, ubi tra-  
duxi illud Eubode procuratorem num. 34. cap. 4. Ut  
et sit, confirmatur etiam hinc Meekerbi de prouint.  
ling. Graecā sententia, quod v. Graecū Latinū per V. lit-  
terā reddere soleant. Paulopost legit MS. quod verē  
quid est. pro: quidem; & penes vos veritate de-  
fina sunt. pro: penes veritatem Dei fixa, sed placet ex-  
eis codicis lectio.

CAP. XXI.

167. Ethnici quos penes nulla est veritatis plen-  
nitudo, &c.] Inscriptionē huīus capitū dedimus: Quod  
Ethnicis alibi sit malum, quod in Spectaculis bo-  
num dicunt. Porro qui alibi Latini Gentes aut  
Gentiles plerisque, h̄ & lib. de Refurri. carn. Ethnici vo-  
cantur secundum Graecos. Si autem usquam alibi, certe  
hic multum valer Sigismundi Galenij casigatio, uti ex  
collatione cum editione Gagriai colligere est.

168. Gladiatorem ad homicidium flagellis &  
virgis compellat inuitum. ] Huc imprimitur pertinere  
videtur quod de Cesare scribit Suetonius cap. 27. quod  
Gladiatores, scibū infestis spectatoribus dimicarent, vi  
repandas resurserūdūque mandauit. Certe sensit Auctor  
Gladiatores a lanīs, siquando tardiores essent in pu-  
gna flagellis compulsi.

169. rudem perat, & pileum præmium confe-  
rat. Rudem petere dixit eodem significatu, quo Cicero  
et Philip. tan. bonus (inquit) gladiator tam citio rudē  
accipit. Ad est, dimissis ei à munere: que cessatio indica-  
batur circa rudi, que dimissis dabatur, unde & Rudia-  
ri dicit, quod tantum Rudibus batuere (iuxta quod  
& Turnebus ubi supra adnotauit) cogentur, quod con-  
firmat Lampridius in Commodō, quoniam eum ait Rudia-

bus in harenā inter cubiculares Gladiatores depugnasse.  
Porro de Pileo libertatis insigni, vide supra lib. de Pa-  
tient. cap. 4.

CAP. XXII.

170. Quid mirum de inaequata ista hominum,  
&c. varietate, &c.] Caput hoc inscripsim: Quod ca-  
pitis diminutione damnati fuerint quadrigarij,  
Scenici, Xystici, & harenarij. Porro omnino hoc modo  
legendum, pro eo quod erat corruptiss. Quid mirum,  
inaequata ista, &c. varietatem. Accipitur autem:  
inaequata, pro: inaequali.

171. Etenim ipsi auctores & administratores.] Iterum ex MS. pro eo quod erat mendose: auctores; nam ag-  
it de Auctōribus seu datoribus munērum Imperatori-  
bus, quos alij vocabant Munerarios; & inter ceteros Suetoni-  
us, loco supradicto num. 144. Administratores ve-  
rò Praetores intelligi constat, sum ex c. supra 16. tum ex  
Edicto Praetoris, ad quod mox alludit.

172. manifeste damnant ignominia. ] Eodē per-  
tinet quod initio cap. sequens, eos damnatos dicit uti  
castigat, de qua infra Petrus Faber) in quandam scopu-  
lum famositatis. Alludit handdubie ad Edictum Prae-  
toris (quem Spectaculorum Administratorem di-  
ximus) quod exiftat lib. 3. Digest. Tit. 2. De his qui notan-  
tur infamia. l. 1. qui inter cetera continetur: Infamia no-  
tatur, qui artis ludicra pronunciandive caussa in Scenam  
prodierit. Ed quod Edictum lib. 6. ita rescriptis Vlpianus  
ibidem l. 2. s. vlt. Eos enim qui quiescauſa in certami-  
na descendunt, & omnes proper premium in Scenam  
prodeunt, famosū esse Pegasis & Nerus filium respon-  
derunt. Arque adeo etiam intelligi debet locus hic Ter-  
tulliani de is, qui quiescauſa gratia in Circu quadrigarij,  
in Scenam Scenici, in Xystum Xystici, aut in harenā pro-  
dibant harenarij. Nam dimicatores ludorum sacrorum, qui  
à quibusdam etiam appellabantur generali nomine Agi-  
tores, Thymelici, Xystici, ignominiosos non haberi re-  
spondisse Sabiniū & Caſiū idem Vlpianus eodem lib.  
tradidit leg. 4. tituli supradicti.

173. & capitū minutiōne. ] Hæc queque phrasis  
est Iureconsultorum, apud quos est Digest. lib. 4. Tit. 5.  
De capite diminutis. Arqui quam teſte Pauli lib. 2. ad  
Sabinum, vti illic legatur l. vlt. Capitis diminutio-  
nis tria sint genera, maxima, media, minima; tria e-  
nam esse que habemus, libertatem, ciuitatem, familiam;  
que quam omnia amittimus, maximam esse ca-  
pitis diminutionem; cum etiam amittimus ciuita-  
tem, medianam cum familia tantum mutatur, mini-  
mam: Videtur hic impropriè accipi capitis minutiōne ab  
Auctōre, pro: fama diminutio, atque hinc vocari à  
Caſiodoro Variarum lib. 7. cap. 35. fama diminut. Nā  
neque ciuitate pulsi sunt nisi ad tempus ab Augusto (vit  
est apud Suetonij Octauij cap. 41.) neque in servitu-  
tem redacti, Senatus tamen moti & omnibus honoribus,  
et sequitur, quia infames.

174. arcentes ciuita, rostris, Senatu, Equite,  
cererisque honoribus omnibus simul ac ornamenti-  
s. Quibus quanta perueritas. ] Ita omnino legen-  
dum, pro eo quod erat mendose: ac ornamenti qui-  
busdam. Quanta perueritas. Quod autem Senatu  
arcerentur, patet ex Suetonio in Cesare cap. 39. Mu-  
nere (inquit) in foro dimicauit A. Calpenus Senator  
quondam; ac si dicat, antea quidem Senator, at nunc  
minime. Clarus item ex eiusdem Octauio cap. 43.  
de Equite. Ad Scenicas (inquit) & Gladiatores

Aa ij

ULLIAN,  
notari onibus  
MELLI.

A V.  
16.

operas, & Equitibus Romanis aliquando usus est; verum prius quam Senatu consulo intercederetur. Vnde pater sub Augusto tale Senatus consultum editum, ad quod haud dubie Auctor alludit. De quo plura apud Petrum Fabrum Presidem Tholosatem Semestrium lib. 1. cap. 20. si non falsa memoria. nam nunc ad manus non erat liber. Atqui de Curia vide Adnot. nostris in Apolog. cap. 39. num. 511. & de Rostris in B. Cypr. sepedam Epist. 2. num. 5. Reliqua notiora sunt.

C A P . XXIII.

175. Quum igitur humana recordatio, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod si humana, multo magis diuina iustitia in Spectaculorum artifices animaduertat. Et comprobat id ipsum apte singulis scripturis.

176. coloratus ut leno.] De coloribus equorum in ludis Circensibus supra affatum diximus cap. 9. Hic indicat etiam Aurigas seu moderatores equorum (nam utroque nomine appellantur a Caesiodoro Variarum lib. 2. cap. 9. item diversis coloribus usus, & a coloribus singulare nomen suum habuisse factiores, diversas in partes & populos. Huc pertinet illud eiusdem Caesiodori l. 3. epist. 5. Transf. Praefinis, pars populi maret; procedit (nam sic lego, pro eo quod erat: procedit) Venetus, & postor turbula cuitatis affigitur. similiter de rusleo & albo aurigae dicere licet. Quin quod etiam Scenicos Pantomimos diversis istem coloribus usus significet idem Caesiodorus l. 1. epist. 2. 27. & 33. Partis (inquit) Praefini infinitio comperimus (quoniam hoc introductum est, ut populi de colore vocentur) seditiones turbulentas (sic cum corrigo, pro: turbulentas) a quibusdam selectissimis incitari, & causam letitia publice ad furoris certamina prorsippe. Quapropter, &c. a vobis Praefini Pantomimos constitutatur, &c. Eodem pertinet illud Antonini Imperatoris in vita sua: τὰ μὲν τρόποντος, μητέ Βερτανίων, μητέ παραγλάζος: intelligamus qui factio fauēbat Praefinæ aut Venetæ. Item Praefini agitator meminit Suetonius in Nerone cap. 22. & Spartanius, qui Neronem Praefinæ factio fauisse tradit. Item quod Domitianus duas Circensibus gregum factio-nes aurati purpureaque panni ad quartus pristinas addidit; apud eundem cap. 7.

177. qui vultus suos nouacula mutat, &c.] De his abunde lib. de Pallio supræc. 44. num. 62. Quod autem addit: infidelis erga faciem suam, I. latius explicat B. Cyprian, de Dif. & habit. virg. tamquam peccetur contra Dei similitudinem, ad quam nos factos Gen. 1. scriptura dicit.

178. quam non contentus Saturno & Isidi & Libero proximâ facere.] significat Auctor depingi felere imberbes Saturnum, Isidem & Liberum, quod ex diversis Numismatibus Goliij est animaduertere. De Saturno id ipsum confirmatur a Gyraldo, libello suo De facie in ore luna apparente, quodque castratus à Ioue filio tradatur, cuiusmodi carere barba solent. De Iside, quod Dea fuerit, nihil difficultatis. Alludit fortasse etiam ad eius sacerdotes, qui non barbam modo, sed & caput solent rastare. Liberi denique simulacrum (Macrobius teste) partim puerili, partim iuvenili etate pingebatur: ad que Auctor respicit: nam raro erant barbata specie.

179. insuper contumelii alaparum sic obiicit, &c.] Mimi enim (uti adnotat loco super citato Turnebus) in Theatralibus spectaculis quum dabantur, alias Mimos ad risum excitandum alapis cedere solebant. Alludit autem ad preceptum Domini, scilicet monachum,

vti commadius lib. de Patient. cap. 8. loquitur (de quo alibi latius.) Verberanti te in faciem etiam alterangnam tribue.

180. Sic & Tragedos cothurnis exultit.] De cothurnis diximus aliquid in Epist. B. Cyprian 2. 59. 29. Formam vero eiusmodi calceorum tradit Caesiodorus Variarum l. 4. epist. 5. Tragedia (inquit) ex voce vestitate nominatur, qua concavus reperitus rubore talis sonum videtur efficiere, ut penes ab homine non edatur exire. Erigitur autem in hincinos pedes, quia quis inter pastores tali voce placuerit, capri murex dabatur.

181. Iam vero ipsum opus personarum, &c.] Persona (inquit Plin. lib. 12. cap. 14.) adiutor equi, densius reticulus. Huc autem pertinent quae supra dictum 149.

182. maledictum esse qui muliebris vellet.] Hunc locum imitatus est B. Cypr. epist. 6. ad Echthriatum de Histione, ubi facit ad intellectum em quib[us] dicitur: qui etiam muliebris curatur, quod in legitur; sed & gestis quoque turpes & molles & muliebres magisterio impudice arti exprimer, qui pro corruptum putem illud: curatur, & legendum tenetur curat, nam Plautus Trinummum, curare rebū posuit dixit; deinde Auctori visitatum procurare cum Diutino ostendimus lib. ad Scapulam cap. 4. 9. 34. & Canticis similiter. Apolog. cap. 46. num. 57.

183. & aurium fungos.] Fungū admittit obi- prā Turnebus, appellari a similitudine in auribus pol- lum tuber prominen ex istib[us] caelatum.

C A P . XXIII.

184. Quot adhuc modis perorabitur, &c.] Inscriptissima hoc caput simili quo 4. cap. supra titul. Quod in Baptemo Spectacula eiaturauius, & Christiani agnoscamur de repido corundem; tandem ipsam latius hic repetit, quod & factum imitatur. Cyprian, sepedicta epist. 2. Nos autem omnino heremus. Quot modis, pro eo quod corruptiss. legebatur. Quod in Lugdunensi editione.

185. aduersus quam in signaculo fidei conser- mus.] Latius hac de re lib. de Baptismo. Vox autem ei- rare eiatura est ab Auctore, probariatur; & illa de Pallio cap. 4. & Apolog. & de Cor. militi, &c. eiare patrem & matrem dicit. Ad quem hec res Rhenanus: Eiara fise eiara, renuntiat & dicere. Vnde illud apud Tacitum: Eiara magistrum sic etiam paulo inseritur: semel iam in sacramenti testatione eiari. Cui simile est quod hic fabuletur. Ceterum nonne eiaramus & relinquimus figura- culum, reficendo testationem eius? Quam ei- testationem nuncupat supra cap. 4. qua renuntiat nos diabolo & pompe & angelis eius ore nolle contestamus. Pertinet etiam huc illud B. Hieronymi de Gerontiam, de Mongamia. Hierophanta apud Alcibiade eiarat (sive ut aliq. legunt: eiurat) virum. Quod deinceps de etiam infra Tom. 3. lib. de Prescript. ada. hoc cap. 33. nn. 185. & qui de Proverbialibus formaliter. Peccati re arma, & destituere signa & sacramenta, &c. fra Prolegomena.

C A P . XXV.

186. An ille recognoscit eo tempore deo. &c.] Huic capiti titulum scribimus: Quod de Deo cogitat non possit in Spectaculis politus,

187. scintillas libidinum conflabellant, & compo- gans compositione vocis: conflabellant, metaphora fungo-

ab illis qui flabello scintillas quantumvis exiguis in ignem exstant.

188. & Spongias Retiariorum. ] Spongias (inquit Turnebus ubi supra) Retiarj ad secundum vulnernum sanguinem & reprimendum vtebantur, cum sepe numerò usq[ue] veniret, ut cum Christi aliisque bestiis, aut cum Myrmillibus depugnantes vulnerarentur, ut potè nō sat aduersus eos muniti, cim toti in rei sacrae intenti essent, Retiarius autem (Iudor teſte ubi supra cap. 54.)

ita dicit ab armatura genere, quod in Gladiatorio ludo cōtra alterum pugnantes occidre forebant, rete, quod iaculum appellatur, ut aduersarium cuſpide infidente (ſeu potius infido) operirent, implicatoque viribus superarent; que armatura pugnabat Neptunus Tridentis caſa. Inferuit

Caius Cæsar etiam catervas Aſſorum Campanoriumque pugnare, utrūq[ue] apud Sueton. cap. 8. Secutor vero (ut idem habet Iudor cap. 55.) ab inſequendo Retiarium diuina. Geflabus enim cuſpidem & masam plumbeam, que aduersum iaculum impedit, ut antequam ille ferri retre, ifse superaret. Hec armatura facrata erat Vulcano; quis enim ſemper inequatur, ideoque eum Retiario compenabatur, quia ignis & aqua ſemper inter ſe inimicafunt. Aqui eindem fuſſe cum Secutore Myrmilonem patet, ex illo Quintilian. lib. 6. cap. 3. Et Peda (inquit) de Myrmillone qui Retiarium conſequetur, ne ferrebat, Vnum, inquit, capere vult. Thrax contra idem fuſſe cum Retiario, ex illo Ciceronis de Provinciis, cor. Rex (inquit) Aſſobar. Quaeſitum verſum ad eadem faciendam tamquam aliquem Thracem conduceat, quippe qui oculū (ut modò diximus) ſine ſoleant. Addit autem ibidem Iudor (ut omnia perfringam eadem opera Gladiatorum genera.) Equeſtrem Iudum cap. 53. qui Marti ob diuīum ſacrabatur, quale per Thessalos equites exhibuit Claudius apud Sueton. cap. 21. & cap. 56. Laqueatorum pugnam addit Iudor, quorum erat fugientes inēto laqueo impeditos proſtrere, nam ſic lego pro proſtrare amicos umbone pelliſer. Denique e. 57. Velutum, qui vltro citroque tela obieſtabant ſic dictorum ſtue à velitatione, ſine a ciuitate Heretorum Velite.

189. de cœlo (quod aiunt) in conūm. ] Vide in ter Proverbiales formulas Prolegomena noſtra.

190. illas manus quas ad Dominum extuleris. ] De manibus ad Dominum extolliti confutatis in ſacrificio Christiano, vide lib. de Orat. cap. 3. & Adnotat. nra ibidem num. 1. & 51.

191. ex ore quo Amen in sanctum protulebris, &c. ] Ex quod additur: eis ἀγνοεῖς alii dicere quām Christo, videtur loqui de Sacerdotibus, quos non pudebit ſpectacula frequentare; quod etiam conſirmatur ex praedictis verbis: exclamations ille aliiſcuis Prophetæ retrahit, ac: Pſalmum fecum comminfetur, que magis in illos quām Laicos competent. Si quis ſimilis locum trenei quoque de illo eis ἀγνοεῖ adnotauimus ad dictum lib. de Oratione num. 1. ubi de reliquis Miffa ceremoniis latifimè.

#### CAP. XXVI.

192. Cur ergo non eiusmodi, &c. ] Inſcriptionem huius capituli dedimus: Quod dæmonis fiant penetra-biles qui ſpectacula adeunt.

193. Itaque in exorcismo, &c. ] De Exorcismo vide inſtit. lib. de Baptismo, qui etiā promitti iam ab initio Ecclesiſe conſenserit. Eſt autem exemplum, quod merito ſpectacula detergere debet, ſicut etiam id quod sequitur, de linteo in ſomnis oſtenſo.

194. quid vita & morti. ] Quum iſtud non addatur apud Apoſtolum, videtur alludere ad illud Ecclesiſticuſ 33. Contra mortem vita. Vide idipſum inſtr. lib. de idol. cap. 13. n. 85.

#### CAP. XXVII.

195. Odiſſe debemus iſtos conuentus, &c. ] Titulum dedimus huic capiſ: Quod odiſſe debeamus iſtos conuentus, in quibus nomen Dei blasphematur.

196. quotidiani in nos Leones expofulantur. ] Qua de re aliquid diximus Apolog. cap. 40. num. 52. 4. ad illud: Christianos ad leonem. Quod iſpum iſdem verbis repetit lib. de Refur. carni. Paulopſt lego ex MS. Sint dulcia licet, pro eo quod erat corrumpit: licet.

197. & bene ſaporatis. ] Similiter alicubi Ammanus: In vita (inquit) inuiti ſunt appeti, ut neque igni neque ſaporatis indigent cibis, ſed radicibus herbarum agrestium, & ſemicrada cuiusvis pecoris carne vescantur. Atque adeo accedit ſententia Turnebi Aduerſ. l. 28. c. 45. ut ſimiliter legi debeat apud Maronem:

Melle ſaporatam & medicatis frugibus offam. Melle enim (uti illeret) adnotauit) veteres in omni opere dulciori ut ſoliti, quum ſaccarum priſci non noſerant: pro quo etiam facit Auctor, ſo quod paulopſt ſequatur ſtillicida mellis. Legimus aitem: Ita & diabolus lethale quo conſicit, pro: quod.

198. de libaunculo venenato. ] Ego ſic omnino ſcribendu exiftim, pro: liuanculo; ut à libaudo deriuetur vox noua.

#### CAP. XXVIII.

199. Per ſuauitatem ſaginenter eiusmodi, &c. ] Caput hoc tali titulo inſcrībimus: Quod à Christianis nulla debeat in hoc ſæculo concupiſci voluptas.

200. immò niūi ſtultus, ſi hoc exiftimas voluptatem. ] Paſſo aliter, ſed in candem ſententiam (quād quidam etiam Philofophorum autoritate nitatur) Laetant. l. 6. c. 20. Deus (inquit) idcirco virtutem dedit, ut expugnaret ac vinceret voluptatem, eamque egrediuſ ſines ſibi datoſ inſra præſcriptum correret; ne hominē ſuauitatem delinſitum & captum diſtoni ſue ſubiceret, ac ſempiterna morte muſtaret. Voluptas oculorum varia & multiplex eft, que capitū ex affectu reuī qua ſunt in uia hominum, vel natura, vel opere deleſtabiles. Hanc Philofophi (Architas nempe, Cato, Cicero) rectiſſiſ ſuſtulerunt. Aīunt enim multo eſſe præclarum, & homme dignum, cœlū porciuſ quām coelata intueri.

201. Philofophi quidem hoc nomen quieti & tranquillitati, &c. ] Fortaſſe alludit ad Epicureos, qui quām ſumnum bonum eſſe volupitate, eam interpretatur Auctor Apolog. cap. 3. animi aequitatem ex Cicer. l. 1. de Fin. bonorum. Eodem pertinet quod habet Laetantius l. 3. c. 7. Epicurus ſumnum bonum eſſe volupitate animi eſſe conſet; item illud c. ſeq. apud eandem. Sapiens ergo non ſunt, qui ſumnum bonum credit voluptaſe, quoniam ſunt illa ſecuritas (quā Auctor quiete & tranquillitatem vocat) ſine gaudioſi, communis eſſe omnibus.

202. Metas. ] Septem Metis (inquit Caſiodor. Variarum l. 3. c. 51.) omne certamen peragitur, in ſimilitudinem hebdomadis recipreca. Ipſe vero Mete ſecundū Zodiaco decanos ternas obtinet ſummitates, quas adinſtar ſolis celeres Quadrige pernagantur. Aſt erat proinde uti adnotauit Vives ad B. Auguſt. l. 2. de Ciuit. Dei c. 6. nō parus in equis rotis queſtis ad finem Metarum, ne posterior dexteritate fleſtendi priorē anteuerteret. Atque adeo huic pertinet illud Properij:

Aa iii

ULLIAN,  
notari onibus  
MELLI.

A.V.  
16.

Haud prius infecto deposita præmia cursu,

Septima quam Metam tulerit antè rotta.

Et illud Suetonij in Domitiano cap. 4. supradicato: Circensium (inquit) die, quòd facilius centum missus peragrentur, singulos à septem spatiis ad quina corripuit. Qui etiam tradit in Claudio cap. 21. quod Circum Maximum marmoreis carceribus (erant carceres, quibus equi coe-  
bantur ne longius progrederentur, Iſidoro teſte ſedepedito lib. c. 32. iisque xiiij. numero, vii ex ſupradicta Circa deſcri-  
ptione maniſtum eſt) avariſque Metis, que vitraque  
& topina (id eft ex vīlo topo lapide) & lignea ante  
fuerant, exculerit. Quòd haud dubie ſpectat illud. B. Cy-  
prian. lib. de Spectac. cap. vlt. Quid Theatrum (inquit)  
humanis mambis exstructum operibus Dei poterit com-  
parari? Magnis liceat lapidum molibus exstruunt, crux  
funt montium, & auro liceat tecta lacunaria refulgeant,  
aſtronum fulgore vincentur. Sunt autem qui ſcribunt (&  
conſtitutis ditta deſcriptio) Metas exstructas fuisse in for-  
man coni, seu fruis alicuius in acutum tendentia di-  
etas, quòd in dimenſo ſpatio ſint conſtitute. Atqui ſeptem  
hec ſpatia circum Metas (teſte Iſidoro ubi ſupra cap. 37.)  
creta ſignabantur. Atque hoc eft quod dicit Plinius lib.  
36. cap. 17. Eft viliſſima creta, qua Circum preducere  
ad victoria notam iſtituerunt maiores. Quod quomodo  
factum, Caſiodorus loco citate memorat: Aiba (inquit)  
linea non longe ab oſiis in vtrumque podium quāſi regula  
directa producitur, ut quadrigis progredientibz ina-  
certamen orietur, ne dum ſemper prop̄e conantur elidere  
ſpectandi volupatem, videarentur populi abrogare. Qui  
Podium vtrumque vocal locum ſpectaculis accommoda-  
tum inſtar pulpi exponendi, ut commodiſſim ſpectare li-  
ceret.

## C A P . x x i x .

203. Iam nunc ſi putas, &c.] Contrarium pre-  
dens titulum hīc poſuimus: Quòd longè maiores vo-  
luptates à Deo contributas habeamus. quale quid  
habet etiam B. Cyp. vlt. cap. l. de Spectac. præterquam  
quid aliaſ voluptates reſcenſeat, quas liceat carpe ex ſacili-  
bus curſa longe latius.

204. quām Dei patris & Domini reconcilia-  
tio, &c.] Ifſi periodus ad beneficia Baptiſmi pertinet, de  
quibus omnibus latius lib. de Baptiſmo.

205. quòd calcas Deos nationum, &c.] Ifſiud  
ad Gratiarum diuſiones pertinet, de quibus Apol. 1.  
Cor. 12. Aīj quidem datur per ſpiritu ſermo ſapien-  
tie, quo calcat (vt Tertull. inquit) Deos gentium; alij  
fides ſue operatio virtutum in eodem ſpiritu, qua dæmo-  
nia expelli; alij gratia ſanitatum, qua medicinas fa-  
cit; alij propheta, qua reuelationes petit; alij diſcretio  
ſpiritu, qua Deo viuit.

206. in hiſi tibi ludos Circenses, &c.] Pulcrē  
hīc ad more Christians accommodat ea que ad Circē-  
ſes ludos ſpectant, curſus, tempora, metas, ſocie-  
tatis ſignum, tubam, & palmarum denique. de quibus  
omnibus alicubi ſuprā, exceptis temporibus. Quo per-  
tinere videtur illud Caſiodori Variarum lib. 3. epift. 51.  
Nec vacat (inquit) quòd viginti quatuor mensibus con-  
ditio huius certamina expeditur, vt diei noctiſque horæ  
tali numero clauderentur. Quod iſum quum obſcurum  
ſit, videtur ſentire quòd ſingulis viginti quatuor mensi-  
bus renouari ſoleam ludi Circentes.

207. Si Scenicæ doctrina delectant, &c.] De  
hiſ ſuprā late num. 153. Hic præterea exprimit in Scenis  
vſitata, litteras, verſus, ſententias, cantica, voces,  
fabulas, & ſtrophas, & econtrario exhortatur ad

cantica Eccleſiaſtica, quemadmodum etiam B. Chrys. hom. 2. in Matth. de quibus aliiquid dicimus minime lib. de Oratione num. 1. & plura Apolog. cap. 39. num. 320. quemadmodum & de lactarum litterarum commemo-  
ratione ibidem num. 501.

208. Vis & pugillatus & luſtatus, &c.] Pluri-  
mero uſurpat vtrumque. Pugillatus autem uice ſig-  
natur & Plantus Captiuus, & Luſtatus Plinius lib. 8.  
cap. 12. & lib. 32. cap. 2. Eſt autem ſimilis loci apud  
Chrys. hom. 3. t. in Ioannem, & in Pſalmachus tra-  
dictio, ubi alſipere eft, impudicitiam ſeu libidinam co-  
ſtitute ſeu pudicitia deiecatam; perfidiam ſue idoli-  
atriam cefam à fide; ſexuam ira nomine à mil-  
cordia, quam patientiam ille vocat, conuafam: pen-  
ſantiam denique luxuria titulus, à modestia, qua &  
ſobrietas, obumbratā. Sic enim lego propterea que-  
rat: adumbratam.

209. Vis autem & ſanguinis, &c.] Sanguinis  
Christi effuſi memoria obiicit ſanguinaris voluptatū.

C A P . x x x .

210. Quale autem Spectaculum in proxima  
eft, &c.] Poſtem hoc caput inſcripſimus: Quid mul-  
to ampliora Spectacula fini Christians indeſ-  
die exspectanda. Quem quomodo Tertullianus in pro-  
ximo eſſe dicat, alibi, ni fallor, libris aduerſis Mac-  
nem latius, ne hic prolixiores finit. B. Cyprian. lib. ſu-  
biſi libri de Spectaculis, hortatur Christians ad Spectacula  
miraculorum conditi & redempti mundi, iſi quod eum  
addat poſtem loco, diabolus illum, qui tutum de-  
unphauerat mundum, ſub pedibus Christians fe-  
ctandum iri: quod hic etiam inſiā infimat.

211. quale regnum exinde uitorum? quali ci-  
uitas noua Hierusalem?] Ifſud fortassis ad certi-  
lenariorū pertinet, de quo latius inter erroris Tertulli-  
ni noſtris in Prolegomenis, quemadmodum & illud quod  
ſubiicit: de tot ſacculi natuſirabus.

212. item Praefides, persecutores Dominini-  
minis, &c.] Tum ex hoc loco, tum ex ſuperiori de qua  
ſuprā num. 146. patet librum hunc in ipſa perficien-  
tia Christianorū conſcriptum eſſe. Legimus autem in illis  
inſultibus contrā Christians, pro eis quod eis  
corruptiſſ. Christians.

213. quibus animas aut nullas, &c.] De diſci-  
bis Philofophorum erroribus latius lib. de Anna, &  
Reſurr. carnis; aliquid etiam diximus de poſtre, Apo-  
log. integro capite 48.

214. non ad Rhadamanti, nec ad Minot. lib.  
hīc etiam diximus Apolog. cap. 23. num. 58. ab iſo

ſt. locuſ.

215. non in gymnaſiis. ] Gymnici hīdi domi-  
(inquit lib. 18. ſuprā dicto Ifſiud. cap. 17.) Gymnaſium de-  
celatur, ubi exercetabantur Athletæ, & auſi ſimile  
tis comprobabatur: ita dictū, quòd iuuenes nude exercen-  
tur. Hinc accidit, ut omnium propter Actum certam  
Gymnaſia dicantur, ſic & Caſiodori Variarum lib.  
5. epift. 23. Oſtentent (inquit) iuuenes neſtri belliciquali-  
mina.

216. Hic eft ille (diča) fabri aut queſuari filii  
Omninō ſic lego, pro: queſtuari. Neque enim legit  
uſquam Christians niſi fabri filii, nempe Matth. 13.  
vox Graeca non modo fabrum, ſed & queſuari ſig-  
nificat. Atqui de Discentibus pro diſcipulis, a di-  
ſcipulis.

217. vel hortulanus detracit, ne laetare ſu-  
ſequentia commenſantium laederentur. ] Iteraſ ſu-

videtur irridere aliquem illorum hereticorum, qui Christum veri passum negant, Marcionem nempe, Cerdonem eius magistrum, & ante eos Basilidem, & Simonem Magum.  
 218. & vtraque cauea. ] Intelligit cauea & Theatrum, & Amphitheatre. De cauea Theatri Scuri meminit & Plinius l. 36. c. 17. & mediae caueae mentionem facit Suetonius in Claudio cap. 21. & Virgilius dixit: rotum cauea confessum. Qui omnes videntur accipere caueam pro altiori parte Theatri, in qua erat confessus spectantium; & similiter Celsidorus l. 4. Variarum epist. 52. his versis;

bis; Caueas illas saxis pendebitibus absidatis, ita iuncturis absconditis in formas pulcherrimas conuenisse, ut cryptas magis excelsi montis crederes, quam aliquid fabricatum esse iudicares. Sic etiam Cicero lib. de Senect. de eo qui in prima cauea spectat, & eo qui in ultima. Verum Auditor hoc loco & Chrysostomus de Kalendis item August. l. 1. de Confess. Ewang. c. 37. Caueam acipiunt pro area in medio Theatri aut Amphitheatri, ad imitationem cauearum vndeque clavise, primum clostris seu clavistris ligneis, deinde ferreis, denique & europe, ut supra diximus c. 8.

## ARGUMENTVM LIBRI DE IDOLOLATRIA

PER IACOBVM PAMELIVM.

**P**ost librum de Spectaculis editum (vii infra pater cap. xxij. quam tumuis adhuc durante persecutione, cupiens Tertullianus etiam reliquias Idololatriæ species in uniuersum tollere, hunc sibi conscribendum putauit, ne diutius Christiani ignorantia crassa laborarent, existimantes in solo Idolorum cultu Idololatriam consistere.

Imprimis autem docet omnia crimina in Idololatriæ criminis, & in omnibus Idololatriam deprehendi.

Deinde in multas venas eam defundi, & multifariam seruos Dei subuertere.

Ita ad originem Idololatriæ, & interpretationem vocabuli descendens, Idola esse ostendit habenda, non solum hominis effigie consecrata, sed quecumque simulacula.

Agens deinde aduersus confectores Idolorum Christianos, ostendit tam fieri quam coli prohibita Idola.

Neque se excusare illos posse prætextu operationis manuum ab Apostolo præscriptæ, que intelligitur de Artibus quas Ecclesia Dei recipit, neque à Deo sunt prohibita.

Maxime quod renuntiantes Diabolo & angelis eius, illis repudium dixerimus; quippe quibus plures Deos, eoque falso confiteantur, atque adeò eosdem colant, qui faciunt ut coli possint.

Quod denique Zelus fidei prohibeat Christianum ab Idolis in Ecclesiam venire, ad tolle re ad Deum Patrem manus matres Idolorum, his manibus adorare, eisque admouere corpori Domini quæ Dæmoniis corpora conferunt; multò verò magis in Ordinem Ecclesiasticum adlegi artifices Idolorum, quorum manus potius amputandæ, quibus quotidie corpus Christi lacerant, quibus Domini corpus scandaliatur.

Eandem esse rationem fabrica templi, arcæ, ediculae, domus, in honorem Idolorum, sive expressionem in bractea, aut insignibus corundem.

Deinceps Professores Astrologorum, Mathematicorum, Magorum, Idololatriæ obnoxias esse tradit.

Item & Ludimagiſtros, ceterosque litterarum professores adſines esse multimoda Idololatriæ, qui eorumdem sollemnia obſeruent, quum etiam fidelium sit magis discere quam docere litteras.

Quin etiam negotiatiōes mercium earum, quæ ad Idololatriam pertinent.

Et verò necessitates humanas minimè prædicta omnia excusare, quod fidei ſemel obſignatae ſint contraria, atque adeò propter Dominum derelinqua Apostolorum exemplo.

Aa iiiij.

ULLIAN,  
in statu onibus  
PAMELI.

A V  
J 6.

- xiii. Porro non solum à sacrificiis & sacerdotiis Idolorum & Spectaculis (de quibus alio volumine) sed et à festis illorum diebus abstinentem, etiam extraordinariis.
- xiv. Neque in his placere nos ethnicis posse, ut eos Luciferiamus, quod nomen Dei blasphemetur, quando Saturnalia, Ianuaria, idque genus alia à Christians frequentantur; quum ipsi econtrario non octauo quoque die Dominicum diem, non Pentecosten, immò nullam Christianorum sollemnitatem obseruent.
- xv. Immò neque solennibus Caesarum tabernas, seu ianuas Christianorum lucernis ornandas, aut laureis coronandas, tum quod omnis Idololatria ab hominum cultura caperit, & ipsos Deos Nationum homines retrofuisse constet, tum quod et Ostiorum dñi varijs apud Romanos, tum denique quod Magistratibus subditos quidem esse oporteat, sed intra limita Christians discipline.
- xvi. Aliud esse iudicium de communibz aut priuatis sollemnitatibus & sponsalium, & mptiarum, nisi quis inter sit illorum Idolorum sacrificii.
- xvii. Neque verò etiam seruis licere ministros esse Idololatriæ.
- xviii. Omne item superfluum vestium ornatum & honorum apparatum, maxime qui Idololatriæ dicatus sit, ab initio in diaboli pompa damnatum esse.
- xix. Item & militiam, cui necessitas sit immolationum vel capitalium iudiciorum, cùmque qua militandum sit sub signo diaboli, cui non conuenit cum signo Christi.
- xx. Quum autem cōueratio diuinae disciplinae etiam verbis pericitur, ne Idola Deos vocamus interdictum; item & deicationem omnem, exempli gratia; Me Hercule, Me Diue, & similia.
- xxi. Perinde etiam esse, siue iuret quis per Idola, siue ab alio adiuratus adquiescat, siue perlet dicat, Iupiter tibi sit iratus, siue respondeat: Immò tibi.
- xxii. Aequè etiam benedici per Deos Nationum Christo initiatum non debere permittere, cùm pli gratia, si eleemosynam accipiens Deos suos propitos ethnicus imprecetur, respondendum, Dei causa id factum esse.
- xxiii. Postremo neque pecuniam ab ethnicis mutuantes Christians iuratos cauere posse, quam àequè stylo & scripto, etiam alio dictante, atque verbo Christians negetur.
- xxiv. Epilogus denique breui concludit, inter hos scopulos, inter hæc vada & freta Idololatria, velificare debere fidem Dei tutam & securam.
- Ceterū hunc librum verè Tertullianicum esse, vel ex eo constat, quod his verbis in supradictum Spectaculorum librum c. xij. De Spectaculis autē & voluptatibus similmodi suū iam volumē impleuimus. Viderunt eriam iam olim B. Cyprianus qui adiutor conscripsit librum de Idolorum vanitate, & B. Isidorus, qui Etymol. lib. 8. cap. v. vobis ipsis vñit c. 3. huius libri, ubi agit de vocabuli Idoli interpretatione. Quod itaque Themius & Politiacus hunc præterierint, hinc factum, quod nuspian exemplar MS. reperirent. Certè Gagnæus sua editione ex MS. Gallico codice illum edidit, & postillum ex Britannico Lælandi codice quam accuratiꝫ. per Sigismundum Gelenium castigatus est, cùm ad eadē ut vix ullus hiatus, aut corruptus super sit locus. De qua eius diligentia tanto magis congratulandum, quod nullus etiam mihi MS. codex contingere potuerit. Nofrū in primis Adnotationibus haud parum illustratus, Deo faveente, nunc primum prodit.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI DE IDOLOLA-

TRIA LIBER.

**P**RINCIPALE<sup>1</sup> crimen generis humani, summus seculi reatus, tota C A P. I.  
causa iudicij, Idololatria. Nam et si suam speciem tenet vnumquodque  
delictum, & si suo quoq; nomine iudicio destinatur, in Idololatria tam  
men crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognosce, Ido-  
lolatres, idem homicida est. Queris quem occiderit? si quid ad elo-  
gij ambitionem facit, non extraneum nec inimicum, sed scipsum.  
Quibus insidiis: erroris sui. Quo telo? offensa Dei. Quot plagi?  
quotquot Idololatriis. Qui negat Idololatren perisse, is negabit Idololatren homi-  
cidium fecisse. Proinde adulterium, & stuprum in eodem recognoscas: nam qui falsis  
deis seruit, sine dubio adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est. Sic &  
in stupro mergitur. Quis enim immundis spiritibus operatus, non conspurcatus &  
confutatus incedit?<sup>2</sup> Atque adeò scripture sanctæ stupri vocabulo vtuntur in Idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea est opinor, si quis alienum rapiat, aut alij de-  
bitum deneget, & vtique erga hominem admissa fraus maximi crimini nomen est. Ezech. 23.  
At enim Idololatria Deo fraudem facit, honores illi suos denegans, & conferens aliis, vt  
fraudi etiam contumeliam coniungat. Quòd si tam fraus quam stuprum atque adulterium  
mortem<sup>3</sup> adferunt, iam in his aequè Idololatria de homicidij reatu non liberatur. Post ta-  
lia crimina, tam exitiosa, tam deuoratoria salutis, cetera quoque ad aliquem modum, &  
seorsum proinde disposita, in Idololatria conditionem stram repræsentant. In illa & con-  
cupiscentiæ seculi. Quæ enim Idololatria solennitas sine ambitione cultus & ornatus? In  
illalasciuie & ebrietate, cum plurimum vietus & ventris & libidinis causa frequentan-  
tur. In illa iniustitia. Quid enim iniustius ea, quæ iniustia patrem nescit? In illa etiam vani-  
tas, quum tota eius ratio vana sit: in illa mendacium, quum tota substantia eius mendax  
sit. Ita sit, vt omnia in Idololatria, & in omnibus Idololatria deprehendatur. Sed & alias  
quumvniuersa delicta aduersus Dominum sapient, nihil autem quod aduersus Domi-  
num sapiat, non dæmonii & immundis spiritibus deputetur, quibus Idola mancipan-  
tur: sine dubio Idololatriam admittit, quicunque delinquit: id enim facit quod ad Idolo-  
rum<sup>4</sup> mancipes pertinet. [Sed<sup>5</sup> vniuersa nomina criminum discedant in operum suo  
C A P. II.  
proprietas, remaneat Idololatria in eo quod ipsa est: sufficit sibi tam inimi-  
cum Deo nomen, tam locuples substantia criminis, qua tot ramos porrigit, tot venas  
defundit, vt de hoc cum maximè materia suscepta sit, quot modis nobis præcauenda sit  
Idololatriæ latitudo. Quoniam multifariam seruos Dei nec tantum ignorata, sed etiam  
diffimulata subvertit. Plerique Idololatriam simpliciter existimant his solis modis  
interpretandam. Si quis aut incendat, aut immolet,<sup>6</sup> aut pollueat, aut sacris aliquibus aut  
sacerdotiis obligetur: quemadmodum si quis existimet adulterium in osculis, & in am-  
plexibus, & in ipsa carnis congressione cœendum: aut homicidium in sola sanguinis pro-  
fusione, & in anima<sup>7</sup> erexitio reputandum. At enim Dominus quam extensis ita dis- Matth. 5.  
ponat certi sumus, cum adulterium etiam in concupiscentia designat, si oculum quis im-  
pegerit libidinofē, & animam commouerit impudicē: cum<sup>8</sup> homicidium etiam in verbo Ibidem.  
malèdicti vel coniūcij iudicat, & in omni impietū iræ, & in negligentiā charitatis in fra-  
trem. Sicut Ioannes docet homicidam esse qui oderit fratrem. Alioquin in modico consi- 1. Joan. 3.  
fisteret, & diaboli ingenium de malitia, & Dei Domini de disciplina, qua nos aduersus  
diabolititudines munit, si in his tantum delictis iudicaremur, quæ etiam nationes de-  
creuerunt vindicanda. Quomodo abundabit iustitia nostra super Scribas & Phariseos, vt Matth. 5.  
Dominus præscripsit, nisi abundantiam aduersariæ eius, id est iniustitiae perspexerimus?  
Quòd si caput iniustitia Idololatria est, prius est vt aduersus abundantiam Idololatriæ  
præmuniamus, dum illam non solum manifestis recognoscimus. [Idolum<sup>9</sup> aliquandiu C A P. III.  
retro non erat. Prius quam huius monstri artifice ebullifcent, sola<sup>10</sup> templo & vacuæ ædes  
erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent. Tamen Idolo-

ULLIAN<sup>9</sup>  
notati omnibus  
MELII.

A V.  
16.

Iatria agebatur, non in isto nomine, sed in isto opere. Nam & hodie extra templum & sine Idolo agi potest. At vbi artifices staturarum & imaginum, & omnis generis simulacrum diabolus seculo intulit, rude illud negotium humanæ calamitatis, & nomen de Idolis consequutum est, & profectum. Exinde iam caput facta est Idololatria ars omnis que Idolum quoquomodo edit. Neque enim interest, <sup>10</sup> an plastes effingat, an cælator excupat, an Phrygio detexat: quia nec de materia referit, an gypso, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur Idolum. Quando enim & fine Idolo Idololatria fiat: utique cum adest Idolum, nihil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id solum Idolum habendum, quod humana effigie sit consecratum. Ad hoc necessaria est vocabuli interpretatio. <sup>11</sup> Græcè formam sonat, ab eo per diminutionem εἰδῶλον deductum, & que apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma vel formula Idolum se dici exposcit. Inde Idololatria omnis circa omne Idolum famulatus & seruitus. Inde & omnis Idoli artifex, eiusdem & vnius est criminis: nisi parum Idololatriam populus admisit, quia <sup>12</sup> lacrum vituli, & non hominis sibi consecravit. [ <sup>13</sup> Idolum tam fieri quam coli Deus prohibet. Quanto præcedit vt fiat quod coli possit, tanto prius est ne fiat si coli non licet.

*CAP. III.* Propter hanc causam, ad eradicandam scilicet materiam Idololatriæ, lex diuina proibidem <sup>20</sup> mat: Ne <sup>14</sup> feceritis Idolum. Et coniungens, Neque similitudinem eorum quæ in celo sunt, & quæ in terra, & quæ in mari. Toto mundo eiusmodi artibus interdixit ferius Dei.

*Exod. 32.* <sup>15</sup> Anteceperat enim hoc prædicens Enoch omnia elementa, omnem mundi sensum, quæ cœlo, quæ mari, quæ terra continentur, in Idololatriam versuros demonas, & spiritus desertorum angelorum, ut pro Deo aduersus Dominum consecraretur. Omnia igitur collit humanus error, præter ipsum omnium conditorem. Eorum imagines Idola, <sup>16</sup> imaginum consecratio Idololatria. Quicquid Idololatra committit, in artificem quemcumque & cuiuscumque Idoli deputetur necesse est. Denique idem Enoch simul & cultores Idoli & fabricatores in cōmītatione prædamnat. Et rursus: Iuro vobis peccatores, quod in die fanguinis perditionis pœnitentia parata est. Qui seruitis lapidibus, & qui imagines faciunt aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & seruitis phantasmatisbus, & demoniis, & spiritibus infamibus, & omnibus erroribus non secundum scientiam, nullum ab his inuenietis auxilium. Esaia verò: Testes, ait, vos estis, si est Deus absque me. Et non erat tunc qui fingunt & exculpant, omnes vani qui faciunt libita sibi, quæ illis non produrrunt. Et deinceps tota illa pronunciatio, qua in artifices, qua in cultores detestatur, cum clausula est, <sup>17</sup> Cognoscite quod cinis sit cor illorum, & errant, & nemo animam suam berare possit. Vbi æquè Daud, Et <sup>18</sup> tales fiant, inquit, qui faciunt ea. Et quid ego modice memoria homo vltra quid suggeram, quid recolam de scripturis, quasi aut non sufficiat vox spiritus sancti, aut vltra deliberandum sit, an maledixerit atque damnauerit Dominus ipsos prius artifices eorum, quorum cultores maledicit & damnat? <sup>19</sup> Plane impensis respödebitimus ad excusationes huiusmodi artificum, quos nunquam in domi Dei admitti oportet, si quis eā disciplinam norit. Iam illa obiici solita vox: Non habeo aliud quæ viuam: districtiūs reperiuti potest, Viuere ergo habes. Quid tibi cū Deo est? si tuis legiōnibus quod & de scripturis audent argumentari: dixisse Apolstolum, ut <sup>20</sup> quisque fuerit ventus, ita & persevereret: possumus igitur omnes in peccatis perseverare ex ista interpretatione. Nec enim quisquam nostrum non peccator inuentus est, cū Christus non aliter causa descenderit, quæ peccatorum liberandorum. Item: eundem præcepisse dicuntur cunctum suum exemplum, ut manibus vñusquisque operetur ad victimum. Si hoc præceptum ab omnibus manibus defendatur, credo & <sup>21</sup> fures balnearios manibus suis vivere, aplos latrones manibus agere quo vivant. Item falsarios vñusque operari malas litteras. Histriones verò non manibus solis, sed totis membris victimum elaborare. Pateat igitur Ecclesia omnibus, qui manibus, & suo opere tolerantur, si nulla conceptio est artium quas Dei disciplina non recipit. Sed ait quidam aduersus similitudinem interdicta propositionem, <sup>22</sup> Cur ergo Moses in cremo simulacrum serpentis ex ære fecit. Seorsum figuræ quæ dispositioni alicui arcana præstribantur, non ad erogationem legis, sed ad exemplarium causæ sua. Alioquin si haec vt aduersarij legis interpretemur, nesciis quid & nos, quod & Marcionitæ, inconfantiam adscribimus omnipotenti, quem illi hoc modo destruunt vt mutabilem, dum alibi vetat, alibi mandat? Si quis autem diffimulat, lam effigiem ærei serpentis suspensi in modum, <sup>23</sup> figuram designasse Dominicæ cratici serpentibus, id est ab angelis diaboli liberaturæ nos, dum per semetipsam diabolum, id est

*Isaia. 44.*

*Psalm. 113.*

*CAP. V.*

*1. Cor. 7.*

*1. Cor. 4.*

*1. Thess. 4.*

*Num. 21.*

A serpentem interfictum suspendit, siue quæ alia figuræ istius expositio dignioribus reuelata est; dummodò Apostolus affirmet omnia tunc figuratè populo accidisse: benè quod idem Deus qui lege vetuit similitudinem fieri, extraordinario præcepto serpentis similitudinē interdixit. Si eundem Deum observas, habes legem eius, Ne feceris similitudinem. Si & præceptum factæ postea similitudinis respicis, & tu imitare Moysen, Ne facias aduersus legem simulacrum aliquod, nisi & tibi Deus iussifer. [24] Si nulla lex Dei prohibueret Idolatria fieri à nobis, nulla vox spiritus sancti fabricatoribus Idolorum non minus quam cultoribus comminaretur: de ipso sacramento nostro interpretaremur nobis aduersas esse fidei eiusmodi artes. Quomodo enim renunciaimus diabolo & angelis eius, si eos facimus? Quod repudium diximus his, non dico cum quibus, sed de quibus vivimus: Quam discordiam suscepimus in eos, quibus<sup>25</sup> exhibitionis nostra gratia obligati sumus: Potes lingua negasse, quod manu confiteris? Verbo destruere, quod factò struis? Vnum Deum prædicare, qui tantos efficiis? Verum Deum prædicare, qui falsos facis? Facio (ait quidam) sed non colo, quasi ob aliam causam colere non audeat, nisi ob quam & facere non debeat, scilicet ob Dei offendam utroque. In te colis, qui facis ut coli possint. Colis autem non spiritu<sup>26</sup> vilissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio: nec anima pecudis impensa, sed anima tua. Illis ingenium tuum immolas, illis sudorem tuum libas, illis prudentiam tuam accendis. Plus es illis quam sacerdos, cum per te habeant sacerdotem. Diligentia tua numen illorum est. Negas te quod facis colere? Sed illi non negant, quibus hanc saginatio rem & B<sup>27</sup> auratiorem & maiorem hostiam cardis, salutem tuam. [28] Tota die ad hanc partem zelus fidei perorabit ingemens Christianum ab<sup>29</sup> Idolis in Ecclesiam venire, de aduersaria officina in domum Dei venire,<sup>30</sup> attollere ad Deum patrem manus matres Idolorum, his manibus adorare quæ foris aduersus Deum adorantur, eas<sup>31</sup> manus admouere corpori Domini, quæ demonii corpora conferunt. Nec hoc sufficit. Parum sit, si ab<sup>32</sup> aliis manibus accipiant quod contaminant, sed etiam ipsæ tradunt aliis quod contaminauerunt. <sup>33</sup> Adleguntur in ordinem Ecclesiasticum artifices Idolorum. Pro scelus! Semel Iudei Christo manus intulerunt, isti<sup>34</sup> quotidie corpus eius laceffunt. O manus præcidenda! Viderint iam an per similitudinem dictum sit, Si te manus tua scandalizat, amputa eam. Quæ magis amputandæ, quam in quibus Domini corpus scandalizatur? [35] Sunt & aliae complurium artium species, quæ etiæ non contingunt Idolorum fabricationem, tamen ea quibus Idola nil possunt, eodem crimen expedient. Nec enim differt, an extreras vel exornes, si templum, si aram, si ædículam eius intruxeris, si bræteam expresseris, aut insignia, aut etiam domum fabricaueris. Maior est eiusmodi opera, quæ non effigiem confert, sed auctoritatem. Si ita necessitas exhibitionis extenditur, habent & alias species, quæ sine exorbitatione disciplinæ, id est, sine Idoli conjectura opem viētū present. Scit<sup>36</sup> albius rector & tecta sarcire, & tectoria inducere, &<sup>37</sup> cisternam liare, &<sup>38</sup> cymatia distendere, & multa alia ornamenta prater simulacula parietibus incrustare. Scit & pictor & marmorarius, & ærarius, & quicunque calator, latitudines suas vtiq; multo faciliores.<sup>39</sup> Nam C qui signum describit, quanto facilius abacum limit<sup>40</sup> Qui de tilia Martem exculpit, quanto citius armarium compingit? Nulla ars non alterius artis, aut mater, aut propinquæ est. Nihil alterius vacat. Tot sunt artium venæ, quot hominum cōcupiscentia. Sed de<sup>41</sup> mercedibus & manuspretiis interest. Proinde interest & de labore. Minor merces frequentio- re actu repensatur. Quot parietes signa desiderant? Quot templa & aedes Idolis edificantur? Domus verò & prætoria & balnea & insulæ quantæ?<sup>42</sup> Soccus & baxa quotidie deuantur, Mercurius & Serapis non quotidie. Sufficiant ad questum artificiorum, frequenter omni superstitione luxuria & ambitio.<sup>43</sup> Lances & scyphos facilius ambitio, quam supersticio desiderabit. Coronas quoq; magis luxuria, quam solemnitas erogat. Cum igitur ad hec artificiorum genera cohoretur, que Idolum quidem, & que Idolo competunt, non attingant, sint autem & hominibus communia sèpè que & Idolis, hoc quoque cauere debemus, ne quid scientibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem Idolorum postuletur. Quod si concesserimus, & non remediis tam visitatis egerimus, non putonos à contagio Idolatriæ vacare, quorum manus non ignorantium in officio vel in honore & vsu dæmoniorum deprehenduntur. [44] Animaduertimus inter Artes etiam professiones quafdam obnoxias Idolatriæ.<sup>45</sup> De Astrologis ne loquendum quidem est. Sed quoniam quidam istis diebus prouocauit defendens sibi perseverentiam professio- nis istius, paucis vtar. Non allego quod Idola honoret,<sup>46</sup> quorum nomina cœlo inscripsit,

<sup>1. Cor. 10.</sup><sup>Exod. 20.</sup>

C A P. VI.

C A P. VII.

C A P. VIII.

C A P. IX.

ULLIANUS  
Annotationibus  
MELLI.A V.  
46

quibus omnem Dei potestatem addixit: quod propterea homines non purant Deum requiriendum, praesumentes stellarum nos <sup>47</sup> immutabili arbitrio agi. Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei, <sup>48</sup> amatores foeminarum, <sup>49</sup> proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos a Deo. O diuina sententia visque ad terram pertinax, qui etiam ignorantes testimonium reddunt. <sup>50</sup> Expelluntur Mathematici sicut angeli eorum. <sup>51</sup> Vrbs & Italia interdictum Mathematicis, sicut cœlum & angelis eorum. Eadem pena est exilij discipulis & magistris. <sup>52</sup> Sed Magi & Astrologi ab Oriente venerunt. Scimus Magiae & Astrologia inter se societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuncianterunt, primi munerauerunt. Hoc nomine Christum (opinor) sibi obliguerunt. Quid tum? Ideo nunc & Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum religio. <sup>53</sup> De Christo scilicet est mathesis hodie, stellas Christi, non Saturni & Martis & cuiusq; ex eodem ordine mortuorum obseruat & praedicit. At <sup>54</sup> enim scientia ista visque ad Euangelium fuit concessa, ut Christo edito nemo exinde nativitatem alicuius de celo interpretetur. Nam & thus illud & myrrham & aurum ideò infanti tunc Domino obtulerunt, quasi clausulam sacrificeonis & gloriae secularis, quam Christus erat adempturus. Quod iisdem Magis somnium sine dubio ex Dei voluntate suggerit, ut irent in sua, sed alia non qua venerant via, id est ne pristina facta sua incederent: ne illos Herodes persequerentur, qui nec persecutus est etiam ignorans alia via digressos, quoniam & qua venerant ignorabant. Ad eam viam rectam & disciplinam intelligere debemus. Itaque magis præceptum, ei in deo aliter incederent. Sic <sup>55</sup> & aliam illam speciem Magiae qua miraculis operatur, etiam aduersus Moysen emulata, patientia Dei traxit ad Euangelium visque. Nam exinde & Simon Magus iam fidelis, quoniam aliquid adhuc de <sup>56</sup> circulatoria facta cogitaret, visibiliter inter miracula professionis suae etiam spiritum sanctum per manum impositionis enundinaret, maledictus ab Apostolis confidite eiectus est: & alter Magus qui cum Sergio Paulo, quoniam iisdem aduersabatur Apostolis, lumen amissione multatus est. Hoc & Astrologi retulissent credo, si quis in Apostolos incidisset. Attamen cum Magia puniri, cuius est species Astrologia, utique & species in genere damnatur. Post Euangelium multum inuenias <sup>57</sup> aut sophistas, aut Chaldaeos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos, nisi planè punitos. Vbi sapiens, vbi <sup>58</sup> litterator, vbi conqueritor huius aëris? Nonne infatuauit Deus sapientiam huius seculi? Nihil scis Mathematice, si nesciebas te futurum Christianum. Si nesciebas, hoc quoque scire debueras nihil tibi futurum cum illa profecisse. Ipse te de periculo suo instrueret, qua aliorū <sup>59</sup> climaeterica praecauit. Non est tibi posse neque fors in ista ratione. Non potest regna cœlorum sperare, <sup>60</sup> cuius digitus aut radius abutitur cœlo. <sup>61</sup> Querendum autem est etiam de ludimagiistris, sed & ceteris professoibus litterarum. Imò non dubitandum affines illos esse multimoda Idololatria. Primum quibus necesse est Deos Nationū praedicare, nomina, genealogias, fabulas, orationes, honorifica quæque eorum enunciare, tum solemnia festaque corundem obseruare, ut quibus vestigalia sua suppetant. Quis ludimagister, si <sup>62</sup> non tabularia Idolorum, quinque tria tamen frequentabit? Ipsam <sup>63</sup> primam noui discipuli stipem Mineruæ & honori & nomini consecrat, ut etiā non prophanatus alicui Idolo, verbotenus de Idolothyo effuditur, pro Idololatra vitetur, quid minus est inquinamenti eo quod praestat quæstus & non nobis & honoribus Idolo nuncupatus? <sup>64</sup> tam Mineralia Mineruæ, quām <sup>65</sup> Saturnalia strenx captandæ, & <sup>66</sup> septimontium, & bruma, & caræ cognationis honoraria exigenda, omnia, flore scholæ coronanda. <sup>67</sup> Flaminicae & <sup>68</sup> ædiles sacrificant Cereri, <sup>69</sup> scholæ honoratur ferii. Idem fit Idoli natali, omnis diaboli pompa frequentatur. Quis hoc comprehendere Christiano existimabit, nisi qui putabit conuincire etiam non magistro? Scimus quod si possit, si docere literas Dei seruis non licet, etiam nec discere licebit. Et quomodo qui institueretur ad prudentiam interim humanam, vel ad quemcunque sensum vel actionem, cum instrumentum sit ad omnem vitam litteraturam? Quomodo repudiamus fecularia literaria, sine quibus diuina non possunt. Videamus igitur necessitatem litteratorum eruditissimorum respiciamus ex parte eam admitti non posse, ex parte vitari, fideles magis discere quam docere litteras capit. Diuerfa est enim ratio discendi & doendi. Si fidelis litteras doceat interfertas Idolorum prædicatione, sine dubio dum docet, commēdat: dum tradit, affirmat, beat (vt diximus) deos pronunciari, & <sup>71</sup> nomē hoc in vano collocari. Hinc prima dubio

A fides & dicitur ab initio eruditio. Quare an Idololatriam committat,<sup>72</sup> qui de Idolis  
catchizat. At cum fidelis haec dicit, si iam sapit qui sit, neq; recipit, neque admittit, multo  
magis si nondum sapit. Aut ubi cœperit sapere, prius sapiat oportet quod prius dicere, id  
est de Deo & fide. Proinde illa respuit nec recipiet. Et erit tam tutus quam qui sciens ve-  
nenum ab ignato accipit, nec bibit. Huius necessitas ad excusationem deputatur, quia ali-  
ter discere non potest. Tanto autem facilius est litteras non docere quam non discere, quam  
to & reliqua scholarū de <sup>73</sup> publicis propriis solennitatibus inquinamēta facilis dicipu-  
lus fidelis non adibit, quam magister non frequentabit. [74] Degenerabimus, si cetera deli-  
ctorum recognoscemus, in primis cupiditate radicem omnium malorum,<sup>75</sup> qua quidā irretiti,  
circa fidem naufragiū sunt passi: quamuis & Idololatria ab eodē Apostolo dicta sit cupidita-  
tis, tū mendaciū cupiditatis ministrum. Taceo de peririo, quando ne iurare quidē liceat.  
Negotiatione fero? Ceterū si cupiditas abscedat, quae est causa adquirendi: ces-  
fante causa adquirendi, non erit necessitas negotiandi. <sup>CAP. XI.</sup> 76 Sit nunc aliqua iustitia: questus  
secura de cupiditatis & mendacij obseruatione, in crīmē offendere Idololatria cā opinor,  
quae ad ipsam Idolorum animam & spiritū pertinet, quā omne dēmonium saginat an non  
illa principalis Idololatria viderint si cādem merces,<sup>77</sup> thura dico & cetera peregrinitatis  
sacrificium Idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia,<sup>78</sup> nobis quoque insuper ad solatia sepulturæ vñi sunt. Certè cūm pompe, cūm sacerdotia, cūm sacrificia Ido-  
lorum de periculis, de damnis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus negotia-  
tionibus instruuntur, quid aliud quam procurator Idolorum demonstrari? Nemo con-  
tendat posse hoc modo omnibus negotiationibus controvēsiā fieri. Grauiora delicta  
quāque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt obseruationis, vt non ab his tā-  
tum abscedamus, sed & ab iis per quā hunt. Licet enim ab aliis fiat, non interest si per me.  
In nullo necessarius esē debeo alij, cūm facit quod mihi non licet. Ex hoc quod vētor fa-  
cere, intelligere debeo curandum mihi esē ne fiat per me. Denique in alia causa non le-  
uioris reatus prāiudicium istud obseruo. Nam quod mihi de stupro interdictum sit, aliis  
ad eam rem nihil aur operā aut conscientia exhibeo. Nam quod ipam carnem meam à  
lupanaribus segregauit, agnosco me neque lenocinium, neq; id genus lucrum alterius cau-  
fa exercere posse. Sic & homicidij interdictio ostendit mihi <sup>79</sup> lanifam quoque ab <sup>80</sup> Ec-  
clesia arceri: nec per se non faciet quod faciendum aliis subministrat. Ecce magis proxim-  
um prāiudicium. Si publicarum viētimarum redemptor ad fidem accedat, permitte ei  
in eo negotio permanere? Aut si iam fidelis id agere cōsperit, retinendū in Ecclesia puta-  
bis? Nō opinor, nisi si quis & de thurario dissimulabit, scilicet ad alios pertuenit procuratio  
sanguinis, ad alios odorum. Si antequām Idola in seculo essent, hi mercibus adhuc infor-  
mis Idololatria transigebatur, si & nunc sere sine Idolo opus Idololatriæ incendiis odo-  
rum perpetratur, ecquid maioris opera & erga dēmonia thurarius: nam facilius sine Ido-  
lolatria quam sine thurarij mercē. Ipsiſ fidei conscientiam perrogemus, quo ore Chri-  
stianus thurarius si per tempa tranſibit, quo ore sumantes aras despuit, & <sup>81</sup> exſuſſabit  
quibus ipſe prospexit? Qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam  
cellariam prāstat? Ille quidem si excluderit dēmonium, non sibi placeat de fide. Neque  
enim inimicum exclusit. Facile debuit de eo impetrare quem quotidie pacit. Nulla igitur  
arts, nulla professio, nulla negotiatio, quae quid aut inſtruendis aut formandis Idolis admi-  
nistrat, carere poterit titulo Idololatria: nū si alius omnino interpretemur, Idololatriam,  
quam famulatum Idolorum colendorum. [82] Malē nobis de necessitatibus humanæ ex-  
hibitionis ſupplaudimus, si <sup>83</sup> poſt fidem obſignatam dicimus. Non habeo quo viuam. Iam  
hīc enim plenius illi abruptæ proportioni respondēbo, Sc̄d dicitur. Ante enim fuit de-  
liberandum ex similitudine prouidentissimi <sup>84</sup> adificis illius, qui prius ſumptus operis  
cum viis suis ſupputat, ne ubi cœperit defunctus poſtea erubescat. Sed & nunc habes  
dicta Domini exempla adiumenta tibi omnem cauſationem. Quid enim dicas? Egabo. <sup>Matth. 5.</sup>  
Sed fœlicies egenos Dominus appellat. Viētum non habeo: Sed <sup>85</sup> nolite, inquit, co- <sup>Matth. 6.</sup>  
gitare de viētū. Et vēſtitus habemus exemplum lilia. Substantia mihi opus erat: Atquin <sup>Ibidem.</sup>  
omnia vendenda ſunt, & egenitibus diuidenda. Sed filiis & posteritati prouidendum. <sup>Matth. 9.</sup>  
Nemo aratto manum imponens & retro ſpectans aptus est. <sup>86</sup> Opera & conditionalis  
eram. Nemo duobus dominis feruere potest. Si vis Domini discipulus esse, crucem tuam <sup>Matth. 6.</sup>  
tollas, & Dominum ſequaris neceſſe est, id est, angustias & cruciatus tuos, <sup>87</sup> vel cor- <sup>Ibidem 16.</sup>  
pus ſolum, quod in domum Christi est. Parentes, coniuges, liberi propter Deum relin- <sup>Marc. 10.</sup>

CAP. XII.

Bb

FULLIAN,  
annotationibus  
MELI.

A V.  
16

quendi erunt. De artibus & negotiationibus, & de professionibus etiam liberorum & pa-  
 rentum causa dubitas. Iam tunc demonstratum est nobis & pignera, & artifcia, & nego-  
 tia propter Dominum derelinqua, cum Iacobus & Ioannes vocati a Domino & patrem  
 Matth. 4.  
 Matth. 9.  
 Matth. 8.  
 Rom. 8.  
 Luc. 18.  
 CA. XIII.  
 Rom. 12.  
 2. Cor. 6.  
 Ioan. 16.  
 Luc. 16.  
 Matth. 10.  
 Luc. 12.  
 CA. XIII.  
 Gal. 1.  
 1. Cor. 10.  
 1. Cor. 5.  
 quendam erunt. De artibus & negotiationibus, & de professionibus etiam liberorum & pa-  
 rentum causa dubitas. Iam tunc demonstratum est nobis & pignera, & artifcia, & nego-  
 tia propter Dominum derelinqua, cum Iacobus & Ioannes vocati a Domino & patrem  
 trem tardum fuit fidei. Nemo eorum quos Dominus allegit, Non habeo dixit quo vivam,  
 Fides famem non timet. Scit etiam famem non minus sibi contemnendam propter Dei,  
 quam omne mortis genus. Didicit non respicere vitam, quanto magis viatum? Quotul-  
 quique haec adimplevit. Sed <sup>88</sup> que penes homines difficultia, penes Deum facilia. Sicut  
 men nobis de manutudine & clementia Dei blandiamur, ut non usque ad Idololatria  
 adfinitates necessitatibus largiamur. <sup>89</sup> Sed omnem adflatum eius vice pestis etiam de  
 longinquo devitemus, non in his tantum quae praemissimus, sed in vniuersa serie humana  
 superstitionis, siue deis suis, siue defunctis, siue regibus mancipatis, ut ad eodem spinos  
 immundos pertinentis, modò per sacrificia & sacerdotia, modò per spectacula, & hocco-  
 nus, modò per festos dies. Sed de sacrificiis & de sacerdotiis quid loquar? De <sup>90</sup> Spectaculis  
 autem & voluptatibus eiusmodi suum iam volumen impleuimus. Hoc loco retractatio-  
 portet de festis diebus, & aliis extraordinariis solennitatibus, quas interdum lasciuie, in-  
 terdum timidatam nostram subscrivimus aduersus fidei disciplinam <sup>91</sup> communicantes ne-  
 tionibus in Idolicis rebus. De hoc quidem primo confitam, an cum ipsis quoque natione  
 bus communicare in huiusmodi seruus Dei debeat, siue habitu, siue vietu, vel quo alio  
 genere latitia earum. Gaudere cum gaudientibus, & lugere cum lugentibus, de fratribus  
 dictum est ab Apostolo ad vnanimitatem cohortante. Ceterum ad haec, nihil communio-  
 nis est lumini & tenebris, <sup>92</sup> vita & morti: aut scindimus quod est scriptum: Seculum ga-  
 debit, vos vero lugebitis. Si cum seculo gaudemus, verendum est ne cum seculo & luge-  
 mus. Seculo autem gaudente lugeamus, & seculo postea lugente gaudemus. Sic <sup>93</sup> & Laz-  
 rus apud inferos in sinu Abrahæ refrigerium consecutus, contraria diues in tormento ignis  
 constitutus, alterna malorum & bonorum vices æmula retributione compensant. <sup>94</sup> Si  
 quidem dies munerum, que apud alios honoris titulum, apud alios meritis debitum ex-  
 pungunt. Nunc ergo, inquis, recipiam meum, vel repandam alienum: si hunc morem nisi  
 homines de superstitione consecrauerunt, tu extraneus ab omni eorum vanitate, <sup>95</sup> qui  
 participas Idolothya solennia, quasi tibi quoque præscriptum sit de die, quo mensa  
 quod homini debes, vel tibi ab homine debetur, citra diei obseruationem luas, vel res-  
 piwas, da <sup>96</sup> formam in quam velis agi tecum. Cur enim & lateas, cum ignorantia alienis  
 conscientiam contamines, si non ignoraris quod sis Christianus, tentaris. Et contra  
 conscientiam alterius agis, tanquam non Christianus. Enimvero etsi simulaueris, tentans  
 addictus es. Certè siue hac, siue illac, reus es confusionis in Deo. Qui autem confusus es  
 per me fuerit penes homines, & ego confundar super illo, inquit, penes patrem meum, go-  
 est in celis. <sup>97</sup> Sed enim plerique iam induxerunt animo ignoscendum esse quandoque  
 his quæ ethnici faciunt, ne <sup>98</sup> nomen blasphemetur. Porro blasphemia quæ nobis omni-  
 deuitanda est, haec opinor est. Si quis nostrum ad iustum blasphemiam ethnicum deduc-  
 percutitur, ut merito irascatur & Dominus. Ceterum si de omni blasphemia dictum ob-  
 vestri <sup>99</sup> causa nomine meu blasphematur, perimus vniuersi. cum totus Circus scelestus  
 fragiis nullo merito nomine lacefit, desinamus, & non blasphemabitur. Imò dum sumus, illa  
 blasphemetur in obseruatione non in exorbitatione discipline, dum probamur, non dum re-  
 probamur, ob blasphemiam martyrij affinem, quæ tunc me testatur Christianum, cum prop-  
 cam detestatur. benedictio est nominis, maledictio custodite discipline. Si <sup>100</sup> homo in  
 inquit, vellem placere, seruus Christi non essem. Sed idem alibi iubet, omnibus placere  
 remus. Quemadmodum ego, inquit, omnibus per omnia placco. Nimirum <sup>101</sup> Saturnaliis  
 Kalendas Ianuarias celebras hominibus placebat, an modestia & patientia, an gran-  
 an humanitate, an integritate. Proinde cum dicit, Omnia omnibus factus sum, ut <sup>102</sup> an  
 nunc quid Idololatria Idololatres, nunc quid ethnicus ethnicus, nunc quid  
 secularibus secularis? Sed etsi non prohibet nos conuersari cum Idololatriis & adulteriis  
 & ceteris criminis dicens, Ceterum <sup>104</sup> de mundo exisset: non vtique eas haben-  
 toribus, conuersationis immutat, ut quoniam necesse sit & conuiuere nos & commiscere cum peccato-  
 toribus, ideo & cum eis peccare possimus. Ibi est commercium vita, quod Apollonis con-  
 cedit: hic peccare, quod nemo permittit. Licet conuiuere cum ethnicis, commori non

A cet. Coniuiamus cum omnibus: cōlātemur ex communione naturae, non superstitionis. Parcs anima sumus, non disciplina: compoſſores mundi, nō erroris. Quod si nobis nullum ius est communioſis in eiusmodi cum extraneis, quāto ſceleſtius eſt hęc inter fratres frequētare? Quis hoc fufinere aut defendere potest? Ludiāis dies ſuos festos exprobrat ſpiritus ſanctus.<sup>105</sup> Sabbata, inquit, veſtra & neocenias & ceremonias odiſt anima mea. Nobis quibus ſabbata extranea ſunt & neocenia & feriaꝝ à Deo.<sup>106</sup> aliquando dilectaꝝ, Saturnaſia, & Ianuariꝝ, &<sup>107</sup> Brumæ, &<sup>108</sup> Matronales frequētantur, munera cōmeant, ſtrenꝝ conſonat, lufus, coniuia conſtreпunt. O melior fides nationum in ſuam ſeſtam: que nullā ſolemnitatem Christianorū ſibi vindicat,<sup>109</sup> non Dominicū diem, non<sup>110</sup> Pentecoftē. etiā ſi noſſent, nobifcum non cōmunicafent, timeret enim ne Christiani viderentur. Nos ne ethniſi pronūciemur, nō veremur. Si quid & carni indulgēdū eſt, habes nō dicā tuos dies tantū, ſed & plures. Nam ethniſi ſemel annuus dies quīſq; festus eſt: tibi octauo quoq; die, exerce singulaſ ſolennitates nationum, & in ordinem teſe, Pentecoftē implere nō poterūt.<sup>111</sup> Sed lucent, inquit, opera veſtra. At nūc lucent tabernac & ianuaꝝ noſtræ: CAP. XV. plures iam inuenies ethniſorum foreſ sine lucernis & laureis quam Christianorū. De iſta Matrh. 5. quoq; ſpecie quid videtur? Si Idoli honor eſt, ſine dubio Idoli honor Idololatria eſt. Si ho- minis cauſa eſt,<sup>112</sup> recogitemus omnem Idololatriā in hominiſ causam eſſe. Recogitemus omnem Idololatriā in hominiſ eſſe culturā, cūm iſpos Deoſ nationum hominiſ retrō fuſſe, etiam apud ſuos conſter. Itaq; nihil inter eſt superioris, an huius ſeculi viriſ ſuperſtitio Biſta pŕefteſtur. Idololatria non propter perſonaſ quaꝝ oppoſuntur, ſed propter officia iſta dānata eſt: quaꝝ ad dæmones pertinēt. Reddenda ſunt Cæſari queſ ſunt Cæſariſ. benē quod appoluīt, & quaꝝ ſunt Dei Deo. Quaꝝ ergo ſunt Cæſariſ ſic illicet de quibus tunc conſultatio Luc. 20. mouebatur, pŕeſtandū ſne eſſet censuſ Cæſari, an non. Ideo & moneta ostendit ſibi Domi- nus poſtulauit, & de imagine cuius eſſet requiſiuit. Et cūm audiflet, Cæſariſ, Reddite, ait, que ſunt Cæſariſ Cæſari, & que ſunt Dei Deo, id eſt imaginem Cæſariſ Cæſari, quaꝝ in nūmo eſt, & imaginem Dei Deo, quaꝝ in homine eſt: vt Cæſari quidem pecuniā reddas, Deo temeripſum. Alioquin quid erit Dei, ſi omnia Cæſariſ: Ergo, inquis, honor Dei eſt, lucernæ pro foriſbus, & lauriſ in poſtibus nō vtiq; quod Dei honor eſt, ſed quod eius qui pro Deo huiuſmodi officiis honoratur quātuꝝ in maniſto eſt, ſalua operatione quaꝝ eſt in occulto, ad dæmonia perueniens. Certi enim eſſe debemus, ſi quos latet per ignorantiam littera- turæ ſeculariſ, etiā<sup>113</sup> oſtiorum Deoſ apud Romanos,<sup>114</sup> Cardeam a cardinib⁹ appella- tam, &<sup>115</sup> Forulum a foriſbus, & Limentinum a limine, &<sup>116</sup> iſpum Ianum a ianua: & vti- que ſcimus, licet nomina inania atque conſiſta ſint, cūm tamen in ſuperſtitioñem deducū- tur, rapere ad ſe dæmonia & omniem ſpiritum immūdum per conſecratioň obligamētū. Alioquin dæmonia nullum habent nomen ſingulatiſ, ſed ibi nomen inueniunt, vbi & pi- gniſ. Etiam apud Graecos<sup>117</sup> Apollinē θυεῖον, &<sup>118</sup> Antelios dæmonas oſtiorum pŕeſi- des legimus. Hęc igitur ab initio pŕeuidens ſpirituſ ſanctus, etiam oſtia in ſuperſtitioñem ventura pŕecepçin̄t per<sup>119</sup> antiquissimum propheten Enoch.<sup>120</sup> Nam & alia oſtia in bal- neis adorari videmus. Si autem eorum ſunt que in oſtis adorēt, ad eos & lucernæ & lau- rea pertinebunt. Idolo feceris quequid oſtio feceris. Hoc in loco ex auſtoritate quoque Dei confeſtor, quia nec tutum eſt subtrahere quodcunq; vni fuerit oſtēſum, vtique omniū cauſa. Scio<sup>121</sup> fratrem pŕevisionem eadem nocte caſtigatum grauitate, quod ianuam eius ſubito annuciatis gaudiis publicis ſerui coronauerat aut pŕecepereat,<sup>122</sup> nā antē pŕoceſſerat, & regressus reprehenderat factum: adeo apud Domi- num in huiuſmodi etiam diſciplina familiæ noſtrę aſſimilatur. Igitur quod attineat ad ho- notes regum vel imperatorum, ſatis pŕaſcriptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundum Apoſtoli pŕaceptum ſubditos magiſtribus & principibus & po- Rom. 13. ſtabiſ. Sed intra limites diſciplinæ, quoq; ſue ab Idololatria ſeparamur. Propterea enim & illud exemplum triuim fratrum pŕaecurrit, qui aliis obſequenteſ erga regem Nabu- Dan. 3. chodonofor, honorem imaginis cuius conſtantiflīm refuerint,<sup>123</sup> probanteſ Idololatriā eſſe quicquid ultra humani honoris modum ad instar diuinæ ſublimitatis extollitur. Sic & Daniel cetera Dareio ſub nixuſ, tamdiu fuit in officio, quamdiu à periculo diſci- Dan. 6. plinæ vacaret. Nam id ne ſubiret, non magis leones regios timuit, quam illi regios ignes. Accendant igitur quotidie lucernas quibus lux nulla eſt, adfigant poſtibus lauros poſtmo- dū arſuras, quibus ignes imminent, illis competunt & reſtimoňia tenebrarum, & aufſpi- Matrh. 5. cia pœnarum. Tu lumen es mundi, & arbor vires ſemper. Si templis renunciasti, ne fece- Psal. 1.

Bb ij

ris templum ianuā tuā. Minus dixi: si lupanaribus renūciasti, ne indueris domi tue faciem  
 noui lupanaris. [124] Circa officia verō priuatarum & cōmuniū solemnitatū, vt [125] toga  
 pura, vt spōsarium, vt nuptialium, vt [126] nominalium, nullum putem periculum obseruan  
 de flatu Idololatriæ quæ interuenit: causa enim sunt considerādæ quibus prestatur offici  
 Eas mundas esse opinor per semetipsas, quia neq; vestitus virilis, neq; anulus aut cōnnectio  
 maritalis, de alicuius Idoli honore descendit. Nullum deniq; cultum à Deo maledictū in  
 uenio, niſi muliebrē in vitro. Maledictus enim, inquit, omnis qui muliebribus induitur. To  
 ga vero etiam appellatione virilis est. Nuptias quoq; celebrari non magis Deus prohibet  
 quam nomē imponi.<sup>127</sup> Sed his accōmodantur sacrificia. Si in [128] vocatu nec in sacrificiis  
 titulus officij, & opera meq; expūctio, quid tumſi libet. Utinā quidē nec videre possumus  
 quæ facere nobis nefas est. Sed quoniā ita malis circūedit ſeculū Idololatriæ, licebit ad  
 fe in quibusdā, quæ nos homini nō Idolo officiosos habēt. Planè ad ſacerdotiū & sacrificiū  
 Deut. 22. vocatūs nō ibo (propriū enim Idoli officiū eſt) ſed neq; cōſilio neq; ſumptu, aliae operai  
 eiusmodi fungar. Si propter sacrificiū vocatus adiſta, ero particeps Idololatriæ: ſi me ali  
 CAP. XVII. cauſa cōiungit sacrificati, ero tantū ſpectator sacrificiū. [129] Ceterum quid facient ſeruū  
 liberī fideles,<sup>130</sup> itē officiales sacrificatibus dominis vel patronis vel p̄fidiis ſuis adhe  
 rentes? Sed ſi merū quis sacrificanti tradiderit, imd si verbo quoq; aliquo sacrificio nec  
 ſario adiuuerit, minister habebitur Idololatriæ. Huius regulæ memores etiam magiflā  
 bus & poteſtabiſſis officium poſſumus reddere ſecundum patriarchas & ceteros maiores,  
 qui regibus Idololatriſ vſq; ad finē Idololatriæ apparuerunt. Hinc<sup>131</sup> proximè diſputa  
 ſuborta eſt, an ſeruuſ Dei alicuius dignitatis aut potestatis administrationem capiat, ſia  
 omni ſpecie Idololatriæ intactū ſe aut gratia aliqua, aut aſtria etiā p̄fāſtare poſſit. Eo  
 dū quod & Ioseph, & Daniel mundi ab Idololatria, & dignitatem & potestate administrationis  
 adiuuerunt, in [132] ornamēto & purpura extitere totius Aegypti ſive Babylonias. Credamus in  
 que ſuccedere alicui poſſe vt in quoquo honore, vt in folo honoris nomine incedat, no  
 Gen. 41. 133 ſacrificet, neq; ſacrificiis auſtoritatē ſuam accommodet, non hoſtias loct, non cura  
 Dan. 2. templorum deleget, non veſtigalia eorum procuret, nō ſpectacula edat de ſuo aut depo  
 C. 7. blico, aut edendis p̄fāſit: nihil ſolemne pronunciet vel edicat, ne iuret quidem. Iam ven  
 quæ ſunt potestatis,<sup>134</sup> neq; iudicet de capite alicuius vel pudore (feras enim de pecunia  
 neque damnet neq; p̄adammnet, neminem vinciat, neminem recludat, aut torqueat; filia  
 C. XVIII. credibile eſt fieri poſſe. [Iam<sup>135</sup> verō de ſolo ſuggeſtu & appetatu honoris retraſandum  
 proprius habitus vniuſeuſuſq; eſt, tam aſum quotidianū, quam ad honorem & digni  
 tem.<sup>136</sup> Igitur purpura illa & aurum ceruicis ornamētū eodem more apud Aegypti &  
 Babylonios insignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ,<sup>137</sup> vel pal  
 tax, & corona aurea ſacerdotiū prouincialiū, ſed nō eadē cōditione. Tātum enim honor  
 nominis cōferebatur his qui familiaritatē regum merebantur. Vnde & purpura regi  
 vocabātur a purpura, ſicut apud nos a [138] toga candida candidati: fed non vt ſuggeſtu ſi  
 ſacerdotiis quoq; aut aliquibus Idolorum officiis adstringeretur. Nam ſi ita eſt, utiq; re  
 tate ſanctitatis & constantia viri ſtatiſ habitus inquinatos recuſaffent, ſtatimque aperte  
 Dan. 12. paruit. Simplex igitur purpura illa, nec iā dignitatis erat, ſed<sup>139</sup> ingenuitatis apud Barba  
 Gen. 41. ros insignis. Quemadmodū enim & Ioseph qui ſeruuſ fuerat, & Daniel qui per captiu  
 Dan. 7. ſtū verterat, ciuitatē Babyloniarū & Aegyptū ſunt consecuti per habitum barbaricæ ſig  
 nitudinis: ſic penes nos quoq; fidèles ſi neceſſe fuerit,<sup>140</sup> poteris & pueris prætexta cōclu  
 & puellis ſtola, natuſitatis insignia, non potestatis: generis, nō honoris: ordinis, nō ſupre  
 mationis. Ceterū purpura vel cetera insignia dignitati & potestati, in ſerua dignitati & po  
 testatiſſis Idololatriæ ab initio dicata, habent profanationis ſuā maculam: cum prae  
 ipſis etiā Idolis in quantū<sup>141</sup> prætextæ & trabeæ & laticlauſi, fasces quoque & virgines  
 ferātur, & meritō. Nam dæmonia magistratus ſunt ſeculi huius, vniuſ collegi insigni  
 ſces & purpuras geſtant. Quid ergo proficies, ſi ſuggeſtu quidem vtaris, opera veſtimentis  
 non adminiſtres: Nemo immundis mundus videri potest. Tunicam ſi induas inquinans  
 per ſe, poteris forſitan illam nō inquinare per te, ſed tu per illam mundus eſſe non po  
 tenter. Iam nunc quid de Ioseph & Daniel argumentaris, ſcito non ſemper comparanda effor  
 tera & noua, rudia & polita, coepta & explicita, ſeruila & liberalia. Nam illi etiam fer  
 ditione erant: tu verō nullius ſeruuſ in quantum ſoliuſ Christi, qui te etiam capitulare  
 culi liberauit, & forma Dominica agere debebis. Ille Dominus in humilitate & ignobilitate

A tate incessit domicilio incertus: Nam filius, inquit, hominis non habet vbi<sup>142</sup> caput suum *Luc. 9.*  
collocet, vestitu incolitus, neque enim dixisset. Ecce qui teneris vestiuntur, in domibus re-*Matth. 11.*  
gum sunt. Vultu<sup>143</sup> denique & aspectu inglorius, sicut & Esaias proniciauerat. Si potesta-*Isai. 53.*

tē quoque nullā ne in suis quidē exercuit, quibus<sup>144</sup> fōrdido ministerio functus est: si re-*Ioan. 13.*  
gē se denique fieri, conscientia sui regni, refugit, plenissimē dedit formā suis dirigendo omni<sup>145</sup> *Ioan. 6.*  
fastigio & suggestu tam dignitatis quam potestatis. Quis enim magis his viis fuisset quam  
Dei filius, quales & quanti eum fasces producerent, qualis purpura de humeris eius flore-  
ret, quale aurum de capite radiaret, nisi gloriam seculi alienā & sibi & suis iudicasset? Igitur  
qua noluit reiecit, qua reiecit damnauit, qua damnauit in pompa diaboli deputauit. Nō  
enim damnasset, nisi non sua alterius autem esse non possent, nisi diaboli qua Dei nō sunt.

<sup>146</sup> Tu si diaboli pompam eierasti, quicquid ex ea attigeris, id scias esse Idololatria; vel hoc  
te cōmonefaciat, omnes huius seculi potestates & dignitates non solum alienas, verū &  
inimicas Dei esse, quod per illas aduersus Dei seruos supplicia cōsulta sunt, per illas & pœ-  
na ad impios parat ignorantur. Sed & natuitas & substantia tua molestē tibi sunt aduersus Idololatria, ad evitandum remedia deesse non possunt; cum etsi defuerint, superfit vni-  
cū illud quo felicior factus nō in terris magistratus, sed in celis. [146] Posset in isto capitū  
lo etiā de militia definitū videri, qua inter dignitatē & potestatem est. At nūc de isto qua-  
ritur, an fidelis ad militiā conuerti posset, & an militia ad fidem admitti<sup>147</sup> etiā caligata, vel  
inferior queq; cui non sit necessitas immolationi vel capitalium iudiciorū. Non conuenit

B sacramento diuino & humano, signo<sup>148</sup> Christi & signo diaboli, castris lucis & castris te-*Matth. 22.*  
nebrarum: nō potest yna anima duobus deberi, Deo & Cæsari. Et<sup>149</sup> virgā portauit Moy-*Exod. 3.*  
ses,<sup>150</sup> fibulā & Aaron; cingitur loro & Ioannes; agmē agit & Iesu Nave; bellavit & popu-*Exod. 28.*  
lus, si placet ludere. Quomodo autem bellabit, imō quomodo etiā in pace militabit, sine  
gladio; quē Dominus abstulit? Nā & si adierant milites ad Ioannem, & formā obserua-*Matth. 3.*  
tis accepserant; si etiam centurio crediderat; omnē postea militē Dominus in Petro exar-*Exod. 17.*  
mādo discinxit, nullus habitus licitus est apud nos illico actū a scriptus. [151] Sed enī  
cī conuersatio diuinē & disciplinē nō factis tantū, verum etiam verbis periclitetur, (nā sicut  
scriptū est,<sup>152</sup> Ecce homo & facta eius, ita: Ex ore tuo iustificaberis) meminisse debemus e-*Matth. 8.*  
tiam in verbis quoque Idololatrie incursum praecauendum, aut de consuetudinī vitio, aut  
timiditatis. Deos Nationū nominari lex prohibet, non vtiq; ne nomina eorum pronuncie-*Matth. 26.*  
mus, quē nobis vt dicamus cōuerlatio extorquet. Nam id plerunq; dicendum est, In<sup>153</sup> tē-*Exod. 23.*  
cōplo Ā̄culapij illum habes, & vico Isidis habito, & sacerdos Iouis factus est, & multa alia  
in hunc modum, quando & hominibus hoc genus nomina inducuntur. Neq; enim Satur-  
num honoro, si ita vocauero eum suo nomine, tā nō honoro quā Marcū, si vocauero Mar-  
ci, sed ait: Nomen aliorum deorū ne cōmemoremini, neque audiatur de ore tuo. Hoc pre-*Pbi. suprā.*  
cepit, ne Deos vocemus illos. Nam & in prima parte legis, Nō sumes, inquit, nomē Domi-*Exod. 20.*  
ni Dei tui in<sup>154</sup> vano, id est Idolo. Cecidit igitur in Idololatriam, qui Idolum nomine Dei  
honorauerit. Quod si Deos dicendum erit, adiiciendum est aliquid, quo appareat, quia nō  
ego illos Deos dico.<sup>155</sup> Nā & scripture Deos nominat, sed adiici fuos, vel nationū. Sicut  
David cū Deos nominasset, vbi ait: Dei autem nationum dæmonia, Sed hoc mihi ad fe-*Psal. 113.*  
quentia magis praestructum est: ceterū consuetudinitate vitium est<sup>156</sup> me Hercule dicere,  
me Dius fidius, accidente ignorantia quorundam, qui ignorantia iusurandū esse per Her-  
culem.<sup>157</sup> Porrō quid erat deieratio per eos quos eierasti, quam præuaricatio fidei cum  
Idololatria? quis enim per quos deierat, non honorat? [158] Timiditatis est autem, cū te  
alius per Deos suos obligat iuratione vel aliqua testificatione, & tu ne intelligaris quiescis.  
nam aquē quiescendo confirmas maiestatē eorum, cuius causa videberis obligatus.  
Quid refert Deos nationum dicendo Deos, an audiendo confirmes? iures per Idola,  
an ab aliо adiuratus acquiescas? Curnon agnoscamus versutias satanae, qui quod ore  
noſtro perficeret non potest, id agit vt suorum ore perficiat, per aures inferens nobis  
Idololatriam? Certe quisquis ille est, aut amica aut inimica congregfione adstringit.  
Si amica, iam ad pugnam vocaris, & fcis tibi dimicandum esse. Si amica, quanto lecu-  
tū in Dominum trāferes responsionem tuam, vt dissolvas obligationem eius, per quem  
te Malus honori Idolorum, id est, Idololatriæ quarebat annexere. Omnis patientia eius  
modi Idololatria. Honoras eos, quibus impostis obsequium præstifisti. Scio quendam cui  
Dominus ignoscat, quum illi in publico per item dictum esset, Iupiter tibi sit iratus, re-  
spondisse, immō tibi. Quid aliter fecisset ethnicus, qui Iouem deum credit? etiam si non

ULLIAN,  
in statib; MELI.

A V  
16

# Tertulliani de Idololatria liber.

290

per eundem retorsisset maledictum, nec per illum Iouis similem, cōfirmauerat Iouē Deū, per quem se maledictum indignè tulisse demonstrauerat remaledicens. Ad quid enim in digneris per eum quem scis nihil esse? Nam si insanis, iam esse confirmas, & erit Idololatria professo timoris tui: quanto magis cūm per ipsum remaledicis, eodem Iouis honorem facis, quo & ille qui te prouocauit? fidelis autem in eiusmodi ridere debet, non insanire. Imo secundum p̄ceptum ne per Deum quidē remaledicere, sed planè benedicere per Deū, vt & Idola destruas, & Deū p̄dices, & adimplas disciplinam. [159] Æquè benedici per Deos Nationum Christo initiatuſ nō sustinebit, vt semper reiiciat immundam benedictionem, & eam sibi in Deum conuertens emundet. Benedici per Deos Nationum, maledici est per Deum. Si dederō elemosynam, vel aliquid p̄stitero beneficij, & ille mihi Deos suos vel <sup>160</sup> coloniæ genium propios imprecetur, iam oblatio mea vel operatio Idolorum honor erit, per quā benedictionis gratiam compensant. Cur autem nō sciat me Dei cauſa fecisse, vt & Deus potius glorificetur, & dæmonia non honorētur in eo quod propter Deum feci. Deus videt quoniam propter ipsum feci; p̄alter videt quoniam propter ipsum fecisse me nolui ostendere, & p̄ceptum eius Idolothym quo dāmodō feci. Multi dicunt, Nemo se debet promulgare: puto autem nec negare: <sup>161</sup> negat enim quicunque dissimulat in quaenam causa pro ethnico habitus. Et vtique omnis negatio Idolatria est, sicut omnis Idolatria negatio, siue in factis, siue in verbis. [162] Sed eft quādi eiusmodi species in facto & in verbo, bis acuta & infesta vtrinque, licet tibi blādiatur, que si vacet in vtroque dum factum non videtur, quia dictum non tenetur, pecuniam de ethniſ si uantantes sub <sup>163</sup> pignoribus fiduciati, <sup>164</sup> iurati cauent, & sic negant. Scire volunt licet tempus persecutionis, & locum tribunalis, & personam p̄fidiſ. <sup>165</sup> P̄scribit Chrysostomus, non esse iurandum. Scripsi, inquit, sed nihil dixi; lingua, non littera occidit. Hic ergo naturam & conscientiam aduoco: naturam, quia nihil potest manus scribere, etiam si lingua in dictando cessat in mobilis & quiera, quod nō anima dictauerit, quanquam & si lingua anima dictauerit, aut à se cōceptū, aut ab alio traditum. Iam ne dicatur, aliis dicitur, hic conscientiam appello, an quod aliis dictauit anima suscipiat, & siue comitate ſe residente lingua ad manū transmittat. & bene quod in animo & cōscientia delinqui. De minus dixit: Si, <sup>166</sup> inquit, concupiscentia vel malitia in cor hominis ascenderit, pro facili teneris. Cauisti igitur quod in cor tuum planè ascendit, quod neque ignoras te conteneri potest, neque noluisse. Nam cūm caueres, scisti: cūm scires, vtique voluisti, & eſt in facto quām cogitatuſ, nec potes leuiore criminis manus excludere, vt dicas fallum planeſ fici cauendo quod non facis. Tamen non negauit, quia non iuraui. Imò eti nihil tale feciſ, tamen dicereris deierare si consenseris. Non valet tacita vox in stylo, & mutus in immris ſonus. At enim Zacharias temporali vocis oratione multatus, cum animo collectuſ linguam irritam transit, manibus suis à corde dictat, & nomen filii sine ore pronunciat, loquitur in stylo, auditur in cera manus omni ſono clarior, littera omni ore vocalior. Quia dixerit, qui dixiſe compertus est. Dominum oremus, ne qua nos eiſumodi contracta necessitas circumſtat. Et si ita euenerit, det fratribus <sup>167</sup> operandi copiam, vel nobis ad pende omnis necessitas constantiam, ne illæ litteræ negatrices vicariæ oris noſtri in diuſiū iudicij aduersus nos proferant signata ſignis, non iam aduocatorum, ſed angelorum. [168] Inter hos ſcopulos & ſinus, inter hæc vada & freta Idolatriæ velicata <sup>169</sup> p̄fida Dei fides nauigat, tuta ſi cauta, ſecura ſi attonita. Ceterū inenatabile excuſus prodit, inextricabile impatit naufragiū eft, <sup>170</sup> irrespitabile deuoratis hypobrachium in Idolatria: <sup>171</sup> quicunque fluctus eius offocant, omnis vertex eius ad inferos deforber. Nem dicat, quis tam tuto p̄cauebit: exendum de ſeculo erit, quāsi non tanti ſit exire, quam Idololatren in ſeculo ſtare. Nihil eſſe facilius potest, quām cautio Idololatriq; ſi timor in capite ſit, quācunque necessitas minor eſt periculo, tanto comparata. <sup>172</sup> Propter ritus ſanctus consultantibus tunc Apoſtolis vinculum & iugum nobis relaxauit, vt Idolatriæ deuitandæ vacaremus. Hæc erit lex noſtra quo expedita, hoc plenius adiutifū propria Christianorum, per quam ab ethniciſ agnoscimur & examinamur: hæc acceditibus ad fidem proponenda, & ingredientibus in fidem <sup>173</sup> inculcanda eft, vt acceditibus deliberent, obſeruantes perfeuerent, non obſeruātes renuncient ſibi. <sup>174</sup> Viderimus enī ſi ſecundum archetypum & coruus & miliuſ & lupus & canis & ſerpens in Ecclesia certè Idololatres in archetypo nō habetur. Nullum animal in Idololatren figuratum eſt, quod in arca non fuit, in Ecclesia non ſit.

Act. 15.

Iſai. 34.

Matth. 7.

Philip. 3.

Luc. 10.

Gen. 7.

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN  
LIBRVM DE IDOLOLATRIA.

## CAP. I.

1. Principale crimen generis humani, &c.] *Cat-*  
*put hoc primum inscriptum: Quod in Idololatria*  
*crimen omne, & in omni criminis Idololatria de-*  
*prehendatur. Atque de Elogio vide Librum ad Sca-*  
*paliam cap. 4. num. 26. Legimus autem cum Gagnor:*  
*Proinde, vocem Tertullianicam, pro eo quod substitutum*  
*erat: Perinde. Porro etiam summum delictum Idolola-*  
*triam nuscupat B. Cyprian. epist. 10. 11. 12. 26. ac 30.*  
*libro item de Lys. & de Idolor. vanit. & similiter Au-*  
*cilie Chrysost. in Psalm. 113. Nihil est (magis) aliud in*  
*idolorum fatis quam libido, impudicitia, intemperantia,*  
*ebrietas, crudelitas, inhumanitas, cedes.*

2. Arque adeo Scriptura sancta stupri vocabulo vtuntur in Idololatria exprobratione.] *Al-*  
*ludit inter cetera ad Ezech. cap. 23. vbi & fornicationem & stupra populi Israel, & in Egypto, &*  
*suo tempore exprobavit; quod de Idololatria loquatur. Eode-*  
*pertinet quod Clemens Alexandr. lib. 7. Stromatum, ter-*  
*tium fornicationis speciem Idololatriam faciat.*

3. morte adserunt.] *Ita desribit qua vulgo di-*  
*cantur, mortalia peccata, & ipse mox vocat: exitiosa,*  
*& deuotoria salutis. Legio autem non ita multo post:*  
*frequentantur, pro: frequentantur.*

4. idolorum mancipes.] *Eodem modo dixit lib. d8*  
*Spec. cap. 10. Apollines & Mulas, & Mineruas,*  
*& Mercurios mancipes habent. Hic autem dæmo-*  
*nia intelligent & immundos spiritus, quibus idola*  
*mancipantur. De simili B. Cyprian. loco, ubi macipem*  
*pro Praefecto accipit, vide Adnot. nostras ad Epist. eius*  
*69. num. 21. & in Apolog. cap. 11. num. 16.*

## CAP. II.

5. Sed vniuersa nomina criminum, &c.] *Ti-*  
*tulum hinc capituli indidimus: De variis Idololatriæ*  
*modis.*

6. aut pollueat.] *Recte sic legendum adnotauit*  
*Harrisius, pro eo quod erat: pollueat; addens pollu-*  
*cere, ad sacra pertinere, ac si dicas, vovere vel dedicare,*  
*aut ut alij (inquit) volunt, Hercule libamenta in aram*  
*priuicere. Nam & nos cum Rhenano & Latino ita casti-*  
*gaum illud Apolog. cap. 39. Herculanarum de-*  
*cimatarum polluctorum sumtus. ubi plura hac de re*  
*num. 513.*

7. cum homicidium etiam in verbo maledicti

vel coniuncti judicat, &c.] *Large interpretatur illud:*  
*Audiisti quoniam dictum est antiquis, Ego autem dico*  
*vobis, quia omnis qui iniuriet fratri suo, reus erit iudi-*  
*cij, &c. tamquam etiam ira & maledictum, homi-*  
*cidiij sunt species. Recte proinde Doctores Theologi in illo*  
*præcepto Decalogi: Non occides, comprehendit iram tra-*  
*dunt, & maledictum, alijque eiusmodi.*

## CAP. III.

8. Idolum aliquamdiu retrò non erat, &c.] *In-*  
*scriptum huic capiti dedimus: De origine Idolotri,*  
*in qua cultorem mutantur partim B. Cypr. initio lib. de*  
*Idol. vanit. partim Isidorus lib. 8. Etym. cap. ultimo.*

9. sola tempora & aedes vacue erant, &c.] *Simili-*  
*ter dixit Apolog. cap. 25. Nam etis à Numa con-*  
*cepit et curiositas superstitionum, nondum ta-*  
*men aut simulacris aut templis diuina res apud*  
*Romanos agebatur, &c. de quo ibi latius num. 406.*

¶ 407. *Hic autem amplius dicit: etiam aliquandiu*  
*sola tēpla sine idolis fuisse. Atque hoc est quod Plu-*  
*tarchus ibidem citatus tradit in vita Numi Pomphili: In*  
*prioribus (inquit) centum sepruginta annis tempora quidem*  
*adficabant, sacrâe ruguria erigebant, simulacrum vero nullum corporeum dedicabant. Quod ipsum*  
*etiam habet Dionys. Halicarnass. addens Tarquinii Pri-*  
*scum vanitatem & stultitiam Grevarum Religionum Hetru-*  
*scariorumque domini umbustum, Romanos docuisse simulacra*  
*dei posere. Atque adeo sic etiam intelligi debent verba*  
*Varronis similis Plutarcho, à B. Augustino citata lib. 4.*  
*de Ciuit. Dei cap. 31. quemadmodum adnotauit ibidem*  
*Ludovicus Vines, etiamsi in eandem sententiam Clementem*  
*Alexandrinum & Eusebium, locis interim non indica-*  
*tis, qui ibidem etiam recte interpretatur eodem pertinere*  
*illud ubi supra Tertull. nondum enim tunc ingenia*  
*Grecorum atque Tuscorum fingendis simulacris vr-*bem inundauerant. Quos ipsos etiam hic artifices sta-*  
*tuarum & imaginum appellat.**

10. an plastes effingat, an cælator exsculpat,

an Phrygio detexat.] *Tria genera artificum hic recen-*  
*sunt: Plastes, qui gypso effingit; Cælator, qui in*  
*lapide aut ære aut argento illud exsculpit; Phry-*gio, qui filo format idolum. Quia autem erat addis:**

*an coloribus, foras legi debet: an Plastes aut pi-*  
*ctor effingat. Recte autem ordine Plaster preponit,*  
*quia Plinius recte lib. 34. cap. 7. Plastica prior fuit quam*  
*statuaria, & quemadmodum idem tradit lib. 36. cap. 5.*  
*Ars in warmore exsculpendi venustier etiam est, quam*  
*statuaria aut pictura. Atque hoc est quod Corè Corinthia*  
*(uti tradit post Plinius lib. 35. cap. 12. Athenago-*  
*ras Apolog. pro Christ.) eam, quæ dicitur Corpoplastice,*  
*prima inuenisse, traditur. Quam enim amore cuiusdam*  
*viriliteretur, circumlineauit eum dormientis in pariete*  
*umbram; puta deinde eius similitudine nihil euariante*  
*delectata, circumscriptiōnē eiusmodi effigiam tum latè*  
*adimplenit. Quod respexit & Epiphanius in principiis Panar.*  
*oper. dum per felinam scientiam primū imagines effi-*  
*etas scribit. Vide utroque plura de primo statuarum*  
*auctoribus, quorum inventores Gracis & Tusci anti-*  
*quiores facit Epiphanius. Egyptios, Babylonios, Phryges &*  
*Phœnices, immo & Thare, qui in Cappadocia primus A-*  
*ram sui filij ante defuncti imaginem fieri iussit, deducit*  
*originem: à quo non multum aberrant, qui à Nino pri-*  
*ma Beli filij sui statuam effigiam refaxerunt nam eadem*  
*vixit tempore. Isidores interim ubi supra, scribit Isidorus*  
*primum simulacrum de lato fecisse: Gentile vero id Pro-*  
*metheo tribueret, & apud Gracos Cecropi. Adnotanda*  
*est autem paulopost phrasis Tertullianica: ne qui putet,*  
*pro: ne quis.*

11. *Etidos Græcē formam sonat, &c.] Hunc lo-*  
*cum quoniam transcripsit Isidorus loco citato, ego cum sic*  
*caſtagandam censeo: Idolum est simulacrum, quod quan-*  
*tus (pro eo quod est: humana) effigie factum & confe-*  
*ratum est, iuxta vocabuli interpretationem: Etidos enim*  
*Græcē formam sonat, & ab eo per diminutionem*  
*εἴδωλον deductum, & que apud nos formulata facit*  
*(quoniam etiam hic legit, pro: fecit.) Igitur omnis forma*  
*vel formula Idolum se dici poscit. Inde*  
*Idololatria, omnis circa omne idolum famulatus*  
*& seruitus. Quidam vero Latini (nam & sic lego pro:*

ULLIANUS  
in notationibus  
MELI.

A V  
16.

## Adnotat.in lib.

292

*Latine) ignorantes Graeci, imperite dicunt Idolum ex dolosum sive nomen, quod diabolus creatura cultum (aliquid deo forte: in iniuriam) diuini nominis inuexit.*

12. simulacrum vituli, &c.] Patet hinc vera lectio lib.adu.Iud.cap.1.ubi legitur: bubulum caput; & similiter apud B.Cyprian.lib.de Patient.bono, pro eo quod quidam etiam M.S. cod. bubulum; nam vitulus censetur habere caput Bubulum.

C A P . I I I I .

13. Idolum tam fieri quam coli Deus prohibet, &c.] *Inscriptimus hoc caput: De interdicto ne fiant Idola.*

14. Ne feceritis Idolum, &c.] *Ad verbum translatum cum vulgaritate interprete 70. quod Graec est οἰδωλον, quemadmodum & B.Cyprian.cap.1.lib.de Exhort. martyr. qua versione explicatur versus huius loci sensus, de quo Auctor latius lib.2.adu.Marc. ubi locum huius scripturae interpretatur de imaginibus Idolatria substantiam continentibus. Vno autem verbo translatis, & qua in mari, pro eo quod ex Graeco alij recte transserunt: & quaequecumque in aquis sub terra.*

15. Ante celerat enim hoc praedicens Enoch.] *Recte adnotauit Harrisius hic adiuvandum vocē: Enoch, eo quō paulop̄ sequatur: Denique idem Enoch, maximū quod similem etiam eiusdem locum infra citet cap.15. De Officiis Dīs. Quoniam autem varij loci communes citentur à Patribus ex libro Enoch, certe peculia re est Tertulliano, quod eum citet hic, & infra contra Idolatriam, nisi forte dicamus iſtud etiam pertinere ad communionem iudicij Dei, de quo prophetas eum testis est Apoſt. Iudas epif. Canonica, eo quod mox subiungat: quod in diem sanguinis perditionis penitentia preparata est. De alijs eiusdem libri Enoch locis, & angelis desertoribus, latius infra lib.de Habit.muleibri, ubi eius autoritatem probat Auctor. His sufficiat quod prophetae septimum ab Adam Enoch tradat Apoſtolus Iudas, ad intellectum illius hoc praedicens, eo quod paulop̄ sequitur: in communione predannat; item quod infra legitur cap.15. Hac igitur ab initio praeuidens Spiritus sanctus, etiam Ostia in superstitionem ventura præcinctit per antiquiss. Prophetam Enoch. Que omnia diligitur adnotanda sunt ob Iudou. Vnum in August. de Cuius. Dei, qui si dīs placet, de Apoſtolica veritate dubius, dicit incertum esse. An debet illud eiusdem Enoch à Iuda citatus huius Enoch adscribi, quod Moys corporis meminerit, qui illo multo fuit posterior, quippe qui id prophetas finiter scriperit.*

16. imaginum confeccratio Idolatria.] *De hac aliiquid adnotauimus ad illud Apolog. cap.12. quasi factum confectione mutantes, num.176. Atqui pro spiritibus infamis, putat legendum Latinum: infamis, Harrisius: inferni, illud magis placet.*

17. Cognoscite quod cinis sit cor illorum, & errant. Sic omnino restituendus est hic locus, pro eo quod corruptiss. legebatur: & terra. nam magna dictio nimis ob eis delitteras, & Graec est: χρήπειαν τοις.

18. Et tales fiant (inquit) qui faciunt ea.] *Quoniam repetitio aliqui est eiusdem superiacanea, omisimus factores. nam lib.adu. Gnosticos, non aliud legit quam: Similes erunt illis qui ea faciunt.*

C A P . V .

19. Planū imp̄sū respondebimus, &c.] *Huius capitiū titulum damus: Aduersus eos qui idola facientes peccare se non existimant.*

20. ut quisque inuentus fuerit, ita & persecue-

ret.] *Sic tranſlatit Auctor, eo quod interpres alij conformati Graeco textui: vnuſquisq; in quo vocatis, in hoc permaneat. Legimus autem: Nec enim quicquam nostrum, ſenſu hoc exigente.*

21. fures Balnearios.] *Hos pre aliis commemora, quod scribat Vipiana fures balneatos extra ordinem puniendos: cuius rei caſam adferat Ariftotles in Problemati, uti adnotauit Rhenanus ad illud lib. de Fuga in perfecutione: & fures balnearum & aleones & le-*

*nones.* 22. Cur ergo Moses in eremo simulacrum fecit ex ære fecit, &c.] *Locus obscurus, sed qui explicandus venit rum ex lib.adu.Iud. supra cap.10.lib.3.adu. Marc.vbi eadem uisdem verbis repeatit, tum maxime in lib.2.contra Marc. ubi refondetur ad oblationem Marcionis eandem, de qua hic: Alioqui (inquit) si haec aduerfari Legis interpretetur, numquid & nos, quod Marcionita, inconstantia adscribimus omnipotenti, &c. Et certe plenus multo quam hic, ergo ad institutum magis. Proinde (inquit) & similiudem vetans omnium que in celo & in terra & in aquis, ostendit & caſulas, Idolatria scilicet substantia cohibentes. Subiicit enim: Non adorabis ea neque feruies illis. Serpens autem anni effigies postea præcepta Moysi à Domino, non ad Idolatria titulum pertinebat, sed ad remediandos eos qui a serpentibus infestabantur. In taceo de figura remedii, Sic & Cherubim & Seraphim aurea in arcæ figuratum exemplum, complexum ornamentum, accommodata suggerit, longè diuerſas habendis caſulis ab Idolatria conditione, ob quam similitudo prohibetur, non videntur similitudinum prohibitarum legi regari; non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. Quare nihil sat Tertullian. pro Eiconoclastis, quoniam sententia eius clavis, cur prohibita sint imagines, scituti latini deduximus. Amos. nostris in Apolog. cap.12. num.184. Sunt autem Tertullianus: praeftructabuntur, & exemplarium.*

23. figuram gessu Domini crucis, &c.] *Iustus hoc traxit lib. adu. Iud. vbi supra. & lib.3.adu. Marc. Nos etiā de figura Dominicæ crucis latitudinem. Apolog. cap. 16. num. 238. Argui possumus cum Latinis legimus: quod idem Deus qui legi servit, &c. pro eo quod erat: & lege servit, aliqui nullus ſenſus commodus elici poterat.*

C A P . VI .

24. Si nulla lex Dei prohibuit, &c.] *Tunc huic capitiū a nobis ponitur: Quod in Baptismo rite modi artibus repudium dixerimus. Atque de remuneratione, qua diabolo & angelis eius remunramus, latius infra lib.de Baptismo. & de physis illarum dicere, supra lib.de Panis. cap.7.num.2.*

25. exhibitionis nostra gratia.] *Quod capitulo precedentis ad victimū dixit, hic ita circumgauit, in qua significatione eadem voce vititur infra cap.8. & 12. Apoſt. & iterum lib.de Corona milit. cap.8. ubi dicit: instrumenta humana exhibitionis. & etiā Romano dum & lib.de Orat. & Testim. ad Quirin.lib.3. cap.10. transfert ex Graeco illud Apoſt. 1 Tim. 6. Habentes exhibitionem, pro eo quod vulgariter interpres: Habentes victimū. Eſt autem etiam hec vox interconfundens, nam exhibuisse, pro almetā ſuppeditataſſe, ſuperiori Pind. l. Nesciunt. ff. De neg. gſſ. Legi ante cum Latino pau interiectis; quasi ob aliam cauſam pre: ob aliquam 26. vñl.*

26. vilissimorum alicuius.] De nidore Demonibus grato vide Apolog. cap. 12. num. 12. idem. nostr. 347. & cap. 23. num. 359.

27. auratiorem & maiorem hostiam cardis.] Hostia (inquit Festus) datta ab eo, quod est hostire, ferire. Alij ab Hostibus deruant, quod post victoriam immolari soleant, sicuti & ipse Festus alibi. Alludit autem ad eas Hostias, quae auro ornabantur; quas proinde auratas vocat: soleant enim subinde bourn cornua decurari, qui immolabantur.

## CAP. VII.

28. Tota die ad hanc partem zelus fidei perorabit, &c.] Hoc caput iniquissimum isto titulo: Quod zelus fidei id ipsum prohibeat.

29. ab idolis in Ecclesiam venire, &c.] Quoniam huc Ecclesiam, mox domum Dei vocat. Neque vero est alius aperitor locus apud Territium Christianorum Ecclesias, sine dominis Dei; quare etiam huc ea de re tractatus habendum. Duximus quidem aliquid in librum de Oratione, & in librum de Eleemosyna B. Cyprian. ad illud: Quia in Dominicum (ita appellat Dominum dominum) sine sacrificio venit, num. 32. & Veteri, de Ecclesiis, Apostolorum estate, plura testimonia ante Territum, prolixius citata reperiuntur. Loturgicon Latinorum nostrorum Tom. I. pag. 55. & sequentibus, item pag. 80. 81. 83. 84. 85. 88. 92. 93. 95. 96. 12. 4. 13. 9. 14. 5. 15. 16. Post ipsum sunt eadem tam frequentia, ut omnibus sint obvia. Quibus nunc addimus, tam ab initio mundi hinc cultus Dei dictata existit, eaque vario nominib[us] appellata. Sic legitur legis natura tempore, gen. 8. altare suo Iustitiae loco, Gen. 28. ac 35. Domus Dei, & portacula eius. Post legem Moysi, Sanctuarium, Exod. 25. ac Deut. 12. Eros apocryphus, Ioseph. 56. Sanctum, Daniel. 7. ac Amos 4. Dei templum, 2. Machab. 14. Templum Domini, ac: Domus Dei, seu Domini, quique tam in libris omnibus Octateuchi, quam Psal. & Eccl. ac Prophetarum omnium: Tabernaculum Domini, 2. Paral. 1. & Psal. 131. 14. 4. Deinde a Christo: omnes 78 deo, 230 000 78 martyres, Ioan. 2. Domus orationis, Marc. 11. Denique ab Apostolo Paulo 1. Corinthi. 11. Ecclesia Dei, quemadmodum etiam hic ab Auctore, & infra lib. 2. ad Vxorem cap. 9. his verbis: In Ecclesia Dei pariter. Idque per Synedochen, quo loco applicatur congregatio nomen, quomodo etiam iam antea Deut. 23. Iudith. 6. Thren. 1. Quo serere etiam nomine appellatur plerunque tam à Latinis quam à Grecois Patribus, unde vox Gallica Ecclise, sine uti vulgo loquuntur, Eglice. Nec absimiliter infra lib. de Virgin. veland. vbi cap. 3. Trahanter (inquit) virginis sanctae in Ecclesiis; notabilis & insignis introcat. Denique cap. 13. Certe virginitatem suam in Ecclesia abscondit, quam extra Ecclesiam carent. ac: confitent audeant & in vicis virgines videri; sicuti audiunt in Ecclesiis. Item lib. de Coron. milit. cap. 3. Aquam adiutri ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub manu Antifititis. Ab Auctore vero etiam Domus columba, his verbis initio lib. adu. Valent. Nostra columba domus, simplex, etiam in editis semper & apertis ad lucem. Amat enim figuram spiritus sancti, amat Orientem Christi figuram. & Philone Iudeo lib. de Therapeutis, apud Euseb. cap. 16. & 17. lib. 2. his. Eccl. οργενεος & μωρογενος. & quibusdam, Oratoriis. Ab Anacero Papa, loca sancta. A Greco vero Patribus alias quoque diversis nominibus. A posterioribus denique, Concilio Gangy, ac ss.

Ambroso, Hieronymo, Augustino, note etiam basiliæ martyrum. Primus autem qui contemptit Ecclesiæ Xipotovitæ, id est manufactas, fuit Eustathius ille, contra quem congregatum Concil. Gangrense can. 5. anathematisavit eum, qui domos Dei contemnendas dicere. Quem errorem postea renouarunt (iuxta quod scribit Hugo Ferrariensis) anno Christi 1200. Patareni heretici, contra quos existente Conflit. Honorij Pape III. & Frederici II. Imperatoris, Cod. de heret. vlt. cap. 5. Gazaros, Quos imitati posse Waldenses, Vvileus, Huiste, & Taborite, circa ann. 1420. Verum in ventum, ut ita loquar, abit interea hac heresis, præterquam apud quoddam Anabaptistas, qui etiæ allegare soleat illud. Apostoli Pauli ad Atheniens, Act. 17. Deus in manufactis templis non habitat, facilis est ex eo ipso loco responso, ex eo quod additur: Indigena aliquo, quum ipse det omnibus; ac si dicat, Si Deo templo non costrueri, tamquam illius indigeret, quemadmodum haud absimiliter Ireneus lib. 4. cap. 34. Offerimus (inquit) ei non quasi indigenti, sed gratias agentes. & mox: Quemadmodum enim Deus non indiget eorum quæ à nobis sunt, sic nos indigemus aliquid efferre ei. Non aliter enim nos quoque Ecclesiæ indigemus, ad conuentus, in gratiarum actionem, tum sacrificiorum, tum orationum, tum etiam concionum, agendos. Siquis autem Patrum versu[m] simorum, utri Minutus, Arnobius, Lactantius, videantur tempora nulla agnoscere, aut de templis Nolorum expresse loquantur, aut si sua aduersus Gentes defenderent, Χριστὸν metuebant: quare admodum subr[er] illorum meminerunt; deinde Tempa, vorabant Idolorum, Ecclesiæ, Christianorum; uti patet infra cap. II. Christianus (inquit) thurarius, si per tempora transibit, quum paulo prius dixerit, Lanistam ab Ecclesia arcendum. Quibus adde, quod perdurantibus illis primis Christianorum persecutionibus, vix permisum fuerit Ecclesiæ adficere; quod pertinent quæ de antelucanis coetibus Apolog. 39. cap. & alibi frequenter ab Auctore recensentur.

30. attollere ad Deum Patrem manus matres idolorum, his manibus adorare.] Locū hunc pro Adoratione in sacrificio Christiano facere adnotauimus initio lib. de Orat. num. 1. Syncedoches autem addit: quæ foris aduersus Deum adorantur, eo quod opera ius manibus facta adorantur.

31. manus admouere corpori Domini.] Pertinet hic locus ad eam confuetudinem, qua in manus tradebatur Eucharistia, cuius meminimus loco mox citare, & latius in lib. de Laps. B. Cypr. num. 82.

32. si ab aliis manibus accipiunt, &c.] Hic iterum insinuat alia consuetudo, qua (scilicet loquitur Iustinus Martyr Apolog. pro Christianis) Eucharistia de manibus presidantium sumitur, ut pote à sacerdotibus corpus Domini, & à Diaconi calix Dominicus, quamdui administrari fidelibus solet, quorum illud manifestius est quā ut probatio sit opus. Hoc vero à nobis comprobatum est in Epist. B. Cypr. 65. num. 14. & in lib. de Laps. num. 88.

33. Adleguntur in Ordinem Ecclesiasticum.] Quem hic Ordinem Ecclesiasticum, infra lib. de Prescript. adi. h[ab]it. sacerdotalia munera appellant, vbi de Sacramento Ordinis, & singulis eius gradibus latius B. Cyprian. epist. 33. & 68. Ordinationes clericas seu clericorum vocat. Greco cum Apostolo Paulo ad Timot. & Titum Xipotovitæ, seu manusimpositiones.

34. isti quotidie corpus eius lacefunt.] similiter

ULLIANUS  
in statu omnibus  
VELI.

J. 6.

paulopōst: in quibus corpus Domini scandalizatur. quibus adeo locis, & eo quo praecepsit, manus ad mouere corpori Domini, mire probatur veritas corporis Dominicī in Eucharistia, de qua aliquid adiximus lib. de Oratione cap. 6. num. 23, & plura dicturi infra lib.

4. adu. Marc.

## C A P . V I I I .

35. Sunt & aliae complurium artū species, &c.] Capiti huic inscriptionem damus: Quod etiam Idolatria sit, Idolorum templorum, aras, aedicas, aut insignia fabricare, vel exornare. Legimus autem interiecto aliquot lineis cum Latinio: fine idoli conjectura, pro eo quod erat: conjectura,

36. albarius tector.] Terra Chia (inquit Plin. lib. 35. cap. 16.) late dilata, tectoriorum albaria interpolantur: & lib. 36. cap. 23. Contra in albario opere, ut macerata calx seu glutinum hereat. Ex quibus locis coligitur, recta albario opere concocta dici, que calcem faciuntur, & quibus proinde tectoria induuntur: nam eadem voce vides etiam r̄sum plinium.

37. & cisternam liare. ] Albarij tectoris etiam hic opificium esse posteriori loco citato indicat idem Plinii: Et cisternas (inquit) harena pura & aspera quinque partibus calcis quam vehementissime duabus construi conuenit, fragmentis silicis non excedentibus libras. At qui ego quidem ex istmo legendum prorsus: ligare, quam liare, verum nolu immutare veterem lectio em, si forte, vix multa alia, vox sit Tertulliano peculiaris, iam obsoleta.

38. & cymatia distendere.] Videtur cymatia nuncupare arcus ipsos temporibus seu tectorum, creta intercastos, voce derivata a reuoxatio, id est illuvie aquarum, quod illi arcu pluriarum illuviam impedian. Atque adeo malim legi paulopōst: parietibus incrustare, quam incrispare; quod incrustare parietes calce albarij tectores solant. Verum neque hic temere aliud immutandum putavi.

39. Nam qui signum describit.] Signum hic vocat quod supra: insignia. Agit autem contra signa Deorum imaginibus insignita, à quorum misione Sigillaria dies sc̄i saturnalibus additi nuncupantur à Merobo saturni, lib. 1. cap. 10, seu potius que parietibus solent adfigi, eo quid paulopōst sequitur: Quot parietes signa defiderant?

40. Qui de tilla Marte exculpit.] Quum non ex omni ligno (vii in proverbio est) Mercurius aut cetera Deorum simulacra fieri soleant, sed iuxta Pausaniam, ex ebore, cupresso, cedro, querca, similace, loto, buxo, quibus Theophrastus Cetam addit, quippe que Plinio teste lib. 16. cap. 40. carente vetustate non sentiant (quibus ipse alibi vitia addidit, ex qua Iouis in Populonia simulacrum vetustissimum) maximē autem ex Thya arbore (si Graldo in historia Deorum creditur Syntag. 16.) quam contra vitia omnia incorruptam tradit idem Plinii lib. 12. cap. 16. ego prorsus hic legendum censō de Thya; sed neque hic conjectura mea nimium tribui velim, quippe qui per Ironiam ita locutus videri posit, quod Plinii lib. 6. cap. 40. tiliam inter ceteras arbores artificiam dicat sicut faciens: Mars verò armipotens & armiger dicatur, atque adeo etiam cum scuto aliquando pingatur, maximē quim subiungat: quanto ciuīs armarium compingit fieri enim solent armaria ex tilla, quod & mollescunt, & tamen tenacissima, Plin. ibide teste.

41. mercedibus & manuspretis.] Similiter hac duo coniuncta sunt à Varrone lib. 4. de ling. Lat. Merces

(inquit) à merendo. Quod manufactura erat, & datum pro eo Manupretium, à manibus & pretio. Nende enim est, sine Manuspretium, sine Manupretium dicas.

42. Soccus & baxa quotidie deauratur.] Soccus (iuxta quod Rhenanus adnotauit in lib. adu. Palatinianos) Comædorum erat calcens, sicuti cothurnus tragediorum: Baxa fēi baxē Philofophorum, vti duxim lib. de Pall. cap. 4. num. 82, ad illud: Si Philosophus in purpura, cur non & in baxē Tyria, nisi aurum minime Grecatos decet. Ex quo adeo etiam confundatur baxēm solere, quod de foco hic summa Author.

43. lances & scyphos facilis ambitio, &c.] Haud dubie alludit ad lances centenariae & quinqueagenariae, de quibus Apol. cap. 6. & lib. de Pall. cap. 5. num. 102. & 103. De coronis latini lib. de Coron. milit.

## C A P . I X .

44. Animaduertimus inter Artes, &c.] Titulum huic capitis scripimus: Quod Altrologi & Magi Idolatriæ etiam sint obnoxii.

45. De Astrologis ne loquendum quidem] Eodem modo coniungit Apologetic cap. 35. Astrologos, aruspices, augures & Magos, item cap. 4. ariolos, aruspices, Mathematicos; unde & frequentibus patet per Astrologos accipere Autem Genethliacos (non Astronomos, de quibus alia ejus) quippe qui stellarum sunt interpretes, stellas Santarum & Martis obseruent, & aliorum climacteria nuncient, quorum denique digitus aut radius abutur celo. de quibus suis quibusque locis infra latitudines contra hos non solum disputant ex Christianis deßanes Syrus, Origenes, aliisque ab Eusebii citatis omnibus, lib. de Præpar. Euang. 6. cap. 2. Auguſt. planis locis: sed ipsi etiam ethnici, Pharaonius apud Galen lib. 14. cap. 19. aliisque Philosophi apud Euseb. lib. 10. cap. 6. denique & Plinii saltem eas artes Mathematicas, quia cum Magia coniunctæ sunt, lib. 30. cap. 1.

46. quorum nomina celo inscripit.] August. lib. 7. de Civit. Dei integrō cap. 15. de stellaribus (Septem Planetis nempe) quas Pagani Deorum stellarum nominibus nuncupantur. Addit tamen & Etym. cap. 30. à Diis, quorum nomina Romani fiducia sacrauerunt, etiam dies appellantur. Premium enim in ipsius diem Sole appellauerunt, Secundum à Luna, Tertium à stella Martis, Quartum à stella Mercurii, Quintum à stella Iouis, Sextum à stella Veneris, Septimum à stella Saturni. Quibus nomina hac (inquit ex libro de tempore cap. 4.) Gentilitas indidit, habere credentes spiritum, à Luna corpus, & Marte saepissimum Mercurio ingenium & Lingnam, à Ioue saepissimum à Venere voluptatem, à Saturno tarditatem.

47. immutabili arbitrio.] Ita fatum definiunt, quod agnoscendum non esse Christianum adiutauit, & polog. cap. 1. num. 17.

48. amatores foeminarum.] De hoc errore Tulliani latius inter Prolegomena.

49. proditoris etiam huius curiositatis.] Post serius verbis Damontis nequitia invenitam fuisse Alteri logiam, aruspiciinam, auguratiinem, oracula, & officia artem Magicam, tradit Laetant. lib. 2. cap. 17. Neque stat illud Arnobij: Quando fiducia mutuus auctor p̄ta est Genethliaca fieri, numquid post Theatrum Aprium, aut post Asylantem, ut quidam ferunt? Non

Vini creditur in lib. 8. de Civit. Dei B. August. cap. 26.  
Theat demonem illum vocat Phaedrus in Platone. Quintetiam est cum Plinio lib. 30. cap. 1. & Epiph. initio oper.  
Panay, Zoroastrem (qui & Ero Pamphilus) primum inventorem faciamus. Astrologie, non dubium quin infinitum demonum primi uniuersa sit, maximè si Astrorum sequamur in eo, quod sub fine capituli dicit: Astrologiam Magie speciem efficit. Vide infra l. de Hab. mul. cap. 2. num. 22.

50. expelluntur Mathematici.] Et si mathematicis pro disciplina in bonam partem accipiatur subinde, et qua Mathematica discipline, Geometria, Gnomonica, Musica, Arithmetica, Astronomia; tamen Mathematici ferre in malam partem accipiuntur pro Generaliacis, Astrologie seu Chaldaicis, quomodo etiam hic ab Auctore & paupero Mathesis: quod pertinet etiam illud Iunenali sat. 14.

Nota Mathematicis genesis tua.  
Atque in eandem sententiam B. August. lib. 7. de Civit. Dei cap. ult. tradit. Has artes etiam ante Salvatoris nostri adventum in ipsis ciuitatibus Gentium legibus solere prohiberi, & pena severiss. vindicari. Qui est precipue erat de Hydromantia & Necromantia, tamen id ipsum hic de Mathematicis videtur affirmare Auctor, nisi forte istud refratur ad id quod sequitur.

51. Vrbs & Italia interdictum Mathematicis.] De hoc in hec verba Suetonius in Vitellio cap. 14. Nullis inferior quam vernacula & Mathematicis, ut quis deferetur, maudire capite puniebat. Exacerbatus, quod p. Edictum sum, quo imbebat intra Kal. Octobris Urbe Italique Mathematici excederent, statim libellus est propositus, & Chaldae dicere, Bonum factum est, ne Vitellius intra eundem Kalendam diem usquam esset. Vide eadem de re Origenem hom. 6. in Iosue, & 3. in Hieroniam. Tradit etiam Tacitus à Vespaiano pulsas Urbe Mathematicos.

52. Sed Magi & Astrologi ab Oriente venerunt, &c.] De iisdem inquit supra Auctor lib. adu. Iud. cap. 9. Nam & Magos Reges Oriens habuit, alibi enim, quantum apparet, ad illud Plinij loco supracitato, ita Magia posse hominum sensibus triplice vinculo (Magia nempe, Medicine, & Mathematica) instantem saepe adolescent, ut bode etiam in magna parte Gentium praesuleat, & in Oriente Regum Regibus impereat.

53. De Christo seilicet est Mathesis hodie, &c.] Iurauit esse pater ex ipso contextu, quare non est quod quisquam hinc opinioni sue suffragari potest. Tertullianum, qui etiam Christi genesis ex stellarum cursu metiri audebat. Legimus autem post num. 54. omisso negatione non superius: ne illos Herodes persequeretur. Aqui de Saturno quadrato & Marte trigono vide infra Tom. 3. lib. 1. adu. Marc.

54. At enim scientia ista usque ad Euangelium, &c.] Hac causa fuit Constantino primo Christiano Imperatori legem edendi contra hanc scientiam, Cod. lib. 9. tit. 19. Nemo (inquit) Astrofitem confundat, aut Mathematicum, aut Astrologum: Augurum & Fatum prava confessio contineat. Chaldae & Magi, & ceteri, quos malefici ob faciolorum magnitudinem vulgo appellant, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sicut omnibus perpetuo diuinandi curiositas, etenim supplicium capiunt per gladio utrius prestratum, quicunque nostris iussis obsequiū denegauerit.

55. Sic & aliam illam speciem Magiae, &c.]

Etiam hoc necessario legimus, pro eo quod incongrue legebatur: alia illa species. Atque de Magia quæ miraculis operatur, id est signis mirandis, late tractauit. Auctor supra Apolog. cap. 23. integrō, & latius infra Tom. 3. lib. de Anima; nos utroque Adnotationibus nostris: Lactantius etiam loco supracitato latissime.

56. de circulatoria secta.] Circulatorias prestitias vocat in Apol. ubi vide Adnot. nostras num. 356.

57. aut sophistas, aut Chaldaeos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos.] De horum inter se differentia, infra etiam latius lib. de Anima, ne hic prelixiores simus.

58. vbi litterator.] Ita translatis vocem Graecam γένη μαρτυρεῖς (pro eo quod interpres vulgatus: vbi scribāt) more suo, quum eodem significatu sit illi vistata: literatura cap. sequenti, & lib. de Anima. Euum etiam hic, quod mox: sæculum, interpretatur vocem αἰώνος.

59. climaeterica.] Climaeterica usurpat substantiū, pro climaeteres, quas Chaldaei vocant pericula vita, fortunariaque hominum, que Marcus Varro (test. Gellio lib. 3. cap. 10.) grauius fieri septenarius, precipue autem anno avariis 63. scribit. Quo pertinet illud Augusti epist. ad Caium nepotem suum, apud eundem Gell. lib. 15. cap. 7. Spero (inguit) letum & bene valentem celebrius quartum & sexagesimum Natalem meum. nam ut vides, καιωνική communem seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum euasimus. Verum fides penes illos esto: nouit enim Christianus nihil illis trahendum.

60. cuius digitus aut radius abutitur caelo.] Quemadmodum enim de Radio Geometrico dixit Virgil.

Descripsit radio totum qui gentibus orbem; ita etiam alibi de radio Astrologico dixit, describere radio ecclie meau. Est autem ferrum instrumentum, aut uncum, quo lineas indicant aut terrarum, aut cœli.

#### CAP. X.

61. Quarendum autem etiam est, &c.] Inscriptiōnem dedimus huic capiti: De ludimagiis Idololatrias.

62. si non tabularia Idolorum, Quinquatria tamē frequetabit.] Tabularia suis suspicior festum aliquem diem, quo tabulas litterarias Idols dedicabat. Quinquatria, qui & Quinquatris, dies festi, ita dicti sunt iuxta festum, non a numero dierum, sed quod post die quatum Idum celebraretur. Minerue autem dicarum existimant, quod eo die edes eius in Laurentino consecrata sunt. Varro de ling. Lat. lib. 5. etiam Quinquatrus minor res narrat, in quibus Idibus Tunis ab scilicet in die maiorum tibicines feriati per Urbem vagabantur, & conueniebant ad eadem Minerue.

63. Ipsam noui discipuli primam stipem Minerua, &c.] Mineral intelligit: ita enim nuncupabat primam stipem, quam magistris noui discipuli dabant. Hinc illud Varrensis lib. 3. de re Rustica. Axius: Merula mi (inquit) recipie me queso discipulum, &c. ille: Quin, simul ac promiseris Minerual, incipiam, id est, cœnam. Meminit etiam B. Hieron. in Epist. ad Ephesios, & innuit Horatius & Ovidius alicubi, quemadmodum primus adnotauit Politianus. Legi autem mox: Quid minus est inquinamenti eo quod præstat, pro: inquinamento quod. Hoc autem: verbottenus de Idolothytis, confirmat illud Varrensis, quod Minerual ferre cœna fuerit, quam hīc proinde verbottenus Idolothytis nuncupat. Infra autem lajus c. 13. de Idolothytis.

ULLIANO  
in stationibus  
MELI.

A.V.  
J.6

63. tam Mineralia Mineruæ.] sive Mineruæ  
plurali numero accipiamus cenam predictam, sive  
Mineruæ festa, perinde est. Nam & Quinquaria Mi-  
neruæ mox diximus dicatis, & Olchophoria Athenicæ  
celebrabantur, quorum Plutarchus crebra mentio, in quibus  
pueri ingenui pubescentes elegibetur, qui ferrent oves,  
id est, ramos ac palmites cum suis racemis, in templum Mi-  
neruæ surratiros. Item & Panathenæa in Mineruæ ho-  
norem singulis quinque annis celebrabantur, in quibus, re-  
ste Ariophane & Suida, pueri tantum certabant, &  
victori ex olea corona præmium dabatur.

64. Saturnalia Saturni, que etiam seruiculis.]  
De Saturnalibus late infra cap. 13. ubi particulatum agit de festis Idolorum, quenadmodum & de strenis &  
de Brumiis honorariis. Hic sufficiat adnotatum, quod  
sicut à Latini in Saturnalibus, ita & apud Graecos in  
Anthesteria celebritate (vti adnotat Geraldus hisp. Deorū  
fint. 17. ex quo etiam precedentia) serui, quos hic diminu-  
tiū seruiculis dicit, conuiuis liberalibus excipiebantur.

65. & septimontium.] Septimontium (inquit Festus)  
appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant  
sacrificiū Palatio, Velia, Fagutale, Suburra, Callio, Oppio,  
& Cibio, de quo plura Plutarchus, si Geraldus creditur,  
in Causis Romanis. Quod confirmat hic verbis Varro l. 5.  
de ling. Lat. Dies septimonium nominatus ab his septe-  
monibus, in quibus sita Vrbs est. Qui quidē l. 4. meminit  
etiam montium Calij, Cispij, & Oppij, stenerigonij Pa-  
latinae & Suburanae, & luci Fagutalis & Veliarum.  
Quare operæ pretium foret duos hos. Autores in concor-  
diā de istis montibus reducere, verum ad alia propanordū.  
Arqui de Icholis flore coronandis, l. de Cor. militis.

66. Flaminicæ.] De his lib. de Monogamia ad illud:  
Flaminicæ semel nubit.

67. & Aediles.] Aedilis (inquit Varro de ling. Lat.  
cap. 4.) qui ad efacias & priuatis procuraret, hic vero  
Aediles pro Flamines accipi viderunt.

68. Ichola hononoratur feris.] Non importunè etiā  
ferias Idolatriæ adferunt Actori, nam Feria (inquit  
Festus) à ferendis victimis appellata. Cui addit: Ferias  
antiqui Fejus vocabant: & aliae erant sine die festo, ut  
nundine; aliae cum festo, ut Saturnalia. Quibus adde ad  
institutum Actori, Cerelia, & Idolorū natales.

69. Deos ipso hoc nomine oblignat.] Accipit  
oblignat, pro eo quod immediatè dixit: cœlumoniu[m]  
dicit, metaphora sumpta ab iis qui obfignatione sua fidem  
faciunt. Similiter infra num. 78.

70. cum prohibeat Lex (vt diximus) Deos pro-  
nuntiari.] Haud dubie intelligit illud Exodi 23. Et no-  
men diolorum D[omi]norū non memorabitur, neque audierit  
ex ore vestro, iuxta. 70. pro eo quod noster interpres ex  
Hebr. Per nomen exterritorum Deorum non iurabitur. Nam  
id ipsum repetens infra cap. 20. sic reddit: Præcepit ne  
Deos vocemus eos.

71. & nomen hoc in vano collocari.] Apertius  
infra ibidem: Non fumes (inquit) nomen Domini  
Dei tui in vano, id est, in Idolo. Quid quum B. Cypr.  
accipit de non iurando, lib. 3. Testim. ad Quirinū cap. 12.  
pulcre id ipsum Tertullianum interpretatur de tureuran-  
do per Deos; atque adeo in idem recedit utraque scriptu-  
ra precedentis translato.

72. qui de Idolis catechizat.] Hinc apparet Au-  
torū sententia, quod in precedentibus non loquitur de nu-  
da Deorum ac nominum corundem pronuntiatione, sed ca-  
techizatione & predicatione, ac honorifica mētione, ut id  
nemo contra nos detorquet, qui fortassis quibusdam videbor

in hī explicandis prolixior; sed meminerit Lectorem  
doctis, sed potissimum ridibus has Adnotationes conscribent  
necebi hereant. Atqui γετηνχιν & γετηνχιν  
fituere & crudive est; a quo translatum a Christiano  
ad illud: qui catechumenus, quis fidelis, incertum  
est. Similiter etiā & apud Antiquos, potissimum in so-  
cri, usciata vox ab ιωνχιν, quod est voce senare, ex qua &  
pud priscos Egypti moris esset, ut mysteria vota-  
rum, non scripto ad posteris transferreter.

73. de publicis propriis sollemnitatibus. I op.  
non illum de illis loqui, de quibus supradic: Tabulariis  
Quinquariis, & Mineralibus.

C A P. x.

74. Degenerabimus, si certera delictorum rec-  
gitemus.] Titulus huius capituli ponitur à nobis Den-  
gitatione mercium que ad Idololatriam peni-  
tent. Prorsus autem legitimū: Degenerabimus, pri-  
quod nullo sensu legebatur: De generationibus.

75. quia quidam irretiti, circa fidem naufragium  
sunt pauci.] Posterus istud etiam legit B. Cypr. num. 14.  
Lapsi, ubi diquid diximus Adnot. nostris n. 47. num.  
bris de Orat. Dom. n. de oper. & elemis. & Testim.  
Quir. c. 61. Tertullianum opinor hoc libro inuitans  
etiam paraphrasitacē potius & metaphorice vertit quae  
de verbo, id quod Graeci est: ἡ τις ὁρμησθε  
τοῦ πόνου τὸν τίκτων, pra quo reddita u-  
fler interps. Quam quidam appetentes eruantur & f-  
der, fortassis allusio ad illud cap. 1. ensē pīst. ad Tert.  
naufragauerūt à fide. Lugo autē max: Ceterum bū-  
piditas abscedat, (omissi dat superfluo) que est cui  
la adquirendū.

76. Sit nūc aliqua iustitia quæstus secuta, &c.  
Huc pertinet illud Sapientis: Non iustificabitur cui i  
peccatis laborum: unde & l. de Patiente, voca met-  
moniorum pericula quæstus. Non diffidemus  
rim aliquam negotiationem de iustitia securam, manu-  
quum paulopost subdat: Nemo contendat postulac-  
modo omnibus negotiationibus cōtroueria fieri.

77. thura dico & ceteri peregrinantes. I do-  
vide supra Apolog. cap. 30. num. 42. de Pomponio  
lib. de Spectac. cap. 7. num. 61.

78. nobis quoq[ue] insuper ad solertia sepulturem  
sunt.] Eodem modo dixit Apolog. 42. Si Arabi queri-  
tur, scia Sabæi pluri & canis suas merces Cate-  
stianis sepelediis profligari, quam diu summis.

79. lanistam.] Lanista (vti ex Rhenani. ad Mo-  
trys diximus) prefectus erat Gladiatori.

80. ab Ecclesia arceri.] Similiter paulopost dñ  
contrarium huīs, rerinere in Ecclesia. Quam aut  
faciat hoc pro Excommunicatione Ecclesiastica, Iesu et  
hic de ea tractandi, nisi id iam olim fecisset. Admo-  
nostris in B. Cypr. ad Epist. 35. n. 8. ac 29. & ad Epist.  
n. 13. & 15. quemadmodum etiam ad illud Apolog. 42.

Præsident probati quique seniores, &c.

81. & exsufflabit.] Alludit ad exsufflationem  
demonum, que fit in Exorcismis ante baptismum, et  
& subiungit: qua constantia exorcizabit alumnos  
suis. De quibus omnibus latius l. de Baptismis infra.

C A P. xi.

82. Malè nobis de necessitatibus humanae  
hibitionis, &c.] Tractat hoc caput: Quod non expe-  
teat post fidē præcere vite necessitatis ad Illo-  
latiam. Quam quidem obiectum frat̄ sibi posse  
sed hic ait se plenius respondere.

83. pol-

83. post fidem ob-signatam.] *Aliud ad testificationem fiduci, que sit ante Baptismum, de qua etiam lib. de Baptismo.*

84. ædificis illius, &c.] *Aedifex pro Aedificatore, non adum dumtaxat, sed cuiusvis structura; & mox defunctus, non pro mortuo, sed pro eo qui ab opere captio defungitur.*

85. nolite cogitare de vieti.] *Vnde verbo exprimit quid alibi ad verbum ex Matthæo: Nolite cogitare de crastinis, quid edatis aut bibatis.*

86. Opera & conditionalis erā.] *Videtur Opera acipi pro Operario: cōditionalis vero pro eo, cuius officium aliud cōdere, quē pauloprius Aedificē vocavit; nā simili intellectū & l. de Cor. milit. & l. de Resurr. carnis, cōditio de Auctore ipsarum patrum pro re condita seu creata.*

87. vel corpus solū, quod in domū Christi est.] *Corripens aut mulius locus, cui sine MS. cod. medira non licet, sūp̄ forte ex coniecturis parum probabilibus.*

88. Sed quā penes homines difficilia, penes Deū facilia.] *Similiter l. de Bapt. Prædifficilia penes homines, facilia penes Deū. Ita transversa quod Gr. & l. de Luca 18. tā ad iurārā nācūz apōstolos, dūrātētāz ēt tā θēō. pro quo v. eūtis interpres noſter, impossibilitā, & possibilis, v. rūrique reīte.*

## C A P . X X I I .

89. Sed omnem adflatum eius, &c.] *Capiri huic tituli impossumus: De fētis & extraordīnariis alīis follementatibus Idolorum.*

90. De Spectaculis autem, &c.] *Vel hinc patet librum hunc posterius scriptū libro de Spectaculis, et au-thoritatem quoque effe, ac germanum Tertulliani serum.*

91. communicantes nationibus in Idolicis rebus.] *Pulcher locus, quod salīt cum nationibus communicate non possumus in rebus Idolicis, id est quā idolis consacrata sunt; & proinde quod subdit de habitu, sive vieti, vel quo alio genere latitiae carum, ita intelligentiam quatenus ad Idololatria pertinent; alioqui iuxta Apost. Paulū, mundum exire oportet, sicuti infra ipse Autor allegat cap. sequenti.*

92. vita & morti.] *De simili loco vide l. de Spectac. c. 26. n. 19. ubi & sequens scriptura citatur c. 27.*

93. Sic & Lazarus, &c.] *Omnino sic lego, pro eo quod tamquam elegans substitutū erat: Eleazar, nā illud & Graec & Latine legitur tum apud Luca, tum apud inter-pretes veteres omnes, & nominatim etiam à E. Cyp. epist. 33. ac l. 3. Testim. ad Quirin. c. 61, immo ab ipso Tertullianus infra l. de Anna: Et quid (inquit) illuc Lazarus no-men, si non in veritate res est?*

94. Sunt quidam Munerū dies.] *Munerū hīc pro donis accepit, non ut suprà l. de Spectac. pro ludo Gladiatori, aut ut alibi, pro: officio. Aliud autē tum ad Quinquaginta mōres, de quibus suprà n. 62, quā Mīneuleus (sēcūrā quod Gyraldus adnotat ubi suprà) à quibusdā Munusculē à mīneuleis vltro citrōg. munerib⁹ dubitatur: sī de strenuū diebus, de quibus ibidē et c. sequ. in Saturnalibus sēcūrā Januariū Kalendis, aut Brumæ tempore.*

95. quid participas Idolothya follēnia.] *Idolo-thya proprie accepit pro omni co quod idolis sacraū est; aliquo in scriptura sacra & Auctoriis Christianis, tam Graec quam Latinis, proprie ad alios Idolis immolatos pertinet.*

96. da formā in quā velis agi tecū.] *Pertinet etiā bīc ad phrasin Inreconsolatoris, & maxime quod sequitur: Enim uero esti simulareris (ita lego pro: & dissimula-bēris) tentatus addictus es, ac si dicat, quodammodo*

*Idoliz iam venditus; nā addicere venditionis est, quemadmodum recte adnotauit Rhenanus ad illud lib. de Pe-nit. cap. 6. Hoc enim pretiō Dominus veniam ad-dicere instituit.*

## C A P . X X I V .

97. Sed enim plerique iā inducerūt animo, &c.] *Hoc caput in scriptū: De iſdem, & quōd non sit ignoscendum iis quæ ethnici faciunt.*

98. ne nomen blasphemetur.] *Eodem modo pau-lo pōst: in qua nomē merito percutitur. &: cū totū Circus scelesti suffragiis nullo merito nomen laceſſit. Denique benedictio est nominis. De signifi-catione autem Nominis vide lib. de Patient. cap. 2. n. 11. Et de clamoribus Circi Christianum ad leonem, lib. de Spec. cap. 27. num. 19. 6.*

99. Velti cauſa nomen meū blasphematur.] *Sic omnino logo cum Gagnæ, pro eo quod erat: vñ cuius cauſa. Aliud enim ad illud l. 52. Admiramini & ululat, (hoc explicat omnia voce vñ:) Hinc dicit Dominus: Proper vos nomen meum semper blasphematur in Gentibus. Quod ipſam repetitur ab Apostolo Rom. 2. n. 15 quid legatur ibi: Per vos.*

100. Si hominibus placere vellē.] *De his lectio-ne Tertulliano & B. Cyprianis familiaris, pro eo quod hodie legitur tam Graec quam Latine: Si hominibus place-re, vide Adnotat. inſtrus in eiusdem Cypriani lib. de Hab. & diſpol. vng. num. 22.*

101. Saturnalia.] *De his aliquid diximus in Apolog. c. 42. n. 550. & supra hoc lib. n. 64. Quibus addē ex Varone lib. 4. Quod certi principiū (fit rerum) ab sati di-ctus est Saturnus, et quod ignis fit generationis principiū, Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. Hinc illud insīa hoc eodem capite: Saturnalia, in quibus munera comitant. Plura vide apud Gyraldum hīst. Deorum fnt. 3.*

102. & Kalēdas Januarias.] *Mox simpliciter unica voce vocantur Januarie, in quibus strenæ consonant; quod ipsum quum etiam hodie à gentilitate permanescit in consuetudine, pluribus non est opus; reliqua interim insolentia, contra quas scriptit Chrysost. inter serm. ad pop. Antiochenum de Kalendis, iam penē interierunt.*

103. vt omnes lucrifaciam.] *Quum hoc loco habeatur. l. Cor. 9. vt omnes fatu faciam, Graec enim est iux-ta τέλος τινάς σώτως: videtur memoria lapsus, aut hīc posuisse, quod bis tērve repetitum fuit ibidem, iux-ta ἀρ-θο-*

104. Ceterū de mundo exissetis.] *Ceterū ac-cipit, pro: Alioquin, & exiferis, pro: exisse deburatis; nam vulgato interprieti correspōndet veritas Graeca. Legi-mus autem non multo pōst: Quod si nobis nullum ius est communio, cum Gagnæ.*

105. Sabbata (inquit) vestra & Neomenias & ceremonias, &c.] *Quum alibi solum duo legat priora Auctori, hic etiam ceremonias addit, ut hīc cōfēt sen-sum dumtaxat, rum hic, tum alibi, Propheta citasse, & breuerib⁹ verbis. Nam l. 51. sic legitur iuxta 70. Neo-menias vestras & Sabbata & diem magnum non feram, sc̄iūnum & oīcum & Neomenias & festiuitates vestras odio habet animi mea, pro quo noſter sic & ceremonias. Graec est τέλος εσπέρας, quare mirum est quod non trāſlulerit aut: festa, aut follementates, ma-xime quum huic loco magis suiffent accommoda.*

106. à Deo aliquando dilecta.] *Præceperat enim Deus obseruationem Sabatti, Exodi 20. Neomenia-ram, Num. 28. & Ezech. 45.*

107. & Brumæ.] *De his Gyraldus hīst. 8. hīst.*

ULLIANO  
in statuonibus  
MELI.

A V  
16

Deorum. Bp. S. mos, ut tradit Proclus in Hesiod. committit de  
re Rustica, Dionysius est, unde Brumalia, celebratas que  
in Bruma, atque adeo mense Lenore agebatur, sum in no-  
stro Decembri, tunc Ianuario. Hic autem celebratii vi-  
dentur conuenire lusus quos hic adnotat.

108. & Matronales.] Matronalia (inquit ibidem  
lnt. 1.) Kalendis Martiis agebatur, ut Horatus, Ovidius,  
& Accius ostendunt, & Plutarchus & Festus, qui in-  
terim non nisi de Matribus agit, Matri matute festis.  
De quibus sic etiam Varro: Libum festuum, quod in re-  
sta calida coquebatur, ut etiam nunc Matribus fa-  
ciunt Matrone. Hinc opinor et Matronalia dicta; ad qua-  
deod aptar videtur. Autor illud: cōuiua cōstrepuit.

109. non Dominum diem.] Huic etiā memini-  
nit lib. de Cor. militis, dum dicit: Dominico die ieu-  
niū nefas ducimus. & Apolog. c. 16. cūdem intelligit,  
quum dicit: Eque si Solis dī letitia indulgemus,  
&c. vbi de eo latius Adnot. nostrarum n. 248. Autor  
autem paulo inferius etiam diem octauum vocat, ac B.  
Cyp. epist. 59. ad Fidum, primum post Sabatum.

110. non Pentecosten.] Intelligere Autorem non  
solum Pentecostes festū, sed etiam (uti loquitur de Cor.  
milit.) tempus illud integrum à die Paschæ in Pente-  
costen, pater ex eo quod mox sequitur: excerce singulas  
follemmitates nationū, & in ordinem texe, Pente-  
costen implere non poterunt. Eodem modo & B. Hieron.  
libris aduersus Montanum & Luciferianos: per omnem  
Pentecosten dixit; & B. Aug. epist. 19. ad Ianua-  
rium; Item Ireneus Orat. de Falsa, citata à Iustino Mar-  
ture, quae & responso ad Orthod. cap. 115. & Epiphanius  
in Epit. cathol. fid. Nicenum denique Concil. can. 20. &  
Basil. de Spiritu sancto, cap. 27.

## CAP. XV.

111. Sed luceant (inquit) opera vestra.] Inscribi-  
mus huius capituli titulum: De follemmitibus Cœlarium  
etiam non obseruandis. Neque vero hic primum, sed  
etiam Apolog. capite integro id tractavit. Autor, quo  
Lectionem ad Adnotaciones nostras remittimus, posse. n. u.  
461. 463. & 464. quo possum loco tractat de lucernis  
tabernaculorum, & laureis ianuarium. Atqui etiam hic  
non integra scriptura verba citat, sed id quod ad institu-  
tum pertinebat; quomodo etiam lib. de Cultu sacerdotum. Ne-  
que enim dimitur legitur Matth. 5. Luceat opera ve-  
stra, sed sic: Luceat lux vestra coram hominibus, ut vi-  
deant opera vestra bona.

112. recogitemus omnē Idololatriā in homini-  
caulam esse, &c.] Hoc ipsum tractavit Apolog. toto c.  
11. hoc titulo: Cur quum homines essent, facti sunt ab  
ominibus Dij, caulias vaniss. esse, et c. præced. Quod  
Saturnus, Iupiter, & alij Dij, homines fuerint, &  
non verè Dij. Vbi vide Adnot. nostrarum 109. Deum  
eius d. l. 34. cap. Maledictū est, ante ἀστρονομίαν & ad illud  
eius d. l. 34. cap. Maledictū est, ante ἀστρονομίαν Deum  
Cœlarem nuncupare. Habet etiā B. August. simili  
titulo integrū caput l. 8. de Ciuit. Dei c. 2. 6. Quod omnis re-  
ligio Paganorum circa homines mortuos impleta sit. Deni-  
que B. Cyprian. qui hic omnino Autorem imitatur, lib.  
Quod idola non sint Dij.

113. etiam officiorum Deos.] Similes loci Autoris  
sunt infra. Prior l. de Coron. milit. At enim Christianus  
nec ianuā suam laureis infamabit, si norit quantos  
Deos etiā ostis diabolus adfixerit, Iani à ianua,  
Limentinum à limine, Forculum & Carda à forni-  
bus & cardinibus, & apud Græcos Thyrēum Apol-  
linē & Antelios dæmonas. Alter Scorpiaco adu. Gno-  
sticos, & sequ. Quas mihi (inquir) potestates ianitrices  
adfirmas iuxta Romanā superstitionem, Cardum

quendā (sive vti legendum puto, Carda quādam) &  
Forculū, & Limentinū, quas à cæcellis ordinis po-  
testates de quorum singulis mox plura, quod propriæ  
hunc librū pertineant, atque adeo eisdem etiam nominat.  
B. Cyprian. libro sacratissimo de Idolorum vanitate.

114. Cardeam à cardinibus.] De hac Adnot. in-  
fris in eum Cypr. lib. num. 30. Eadem autem est, quod dī  
libertina Carnam vocant.

115. Forcula à foribus, & Limentinum à limine.]  
Ibidē de his Diis n. 29. Sic Arnob. l. 4. Limentinum &  
Limum, custodiā luminum gerere dicit, & sanitatis  
sicia sufficiat.

116. & ipsum Ianum à ianua.] Hinc (inquit B.  
nan.) in lib. de Cor. milit. illud Septimi Afr., non nobis  
Septimi Tertulliani, sed Septimi poeta:

Iane pater, Iane tuens, duce biceps, biformis,  
O care rerum fator, o principium Deorum,  
Stridula cui limina, cui cardine tumultus,

Cui referata mugunt aurea clausa mundi  
117. Apollineum Thyraeum.] Graci (inquit ibi)  
Rhenanus θύραιον vocant, quicquid foribus adiacet, &  
extra fores est. Vnde & fax Cyclop., quo spiculam su-  
cidebat, nomen. Siquidem θύραι illi ianuam dicunt.  
Faciunt autem eisdem mentione Macrobii et Nigidii.  
Si Gyraldo creditur, chiusa arca ante fores statuerunt.

118. & Antelios dæmonas.] Rhenanus vbi sop-  
Antelij Graci Dij sunt, qui pro foribus dedicantur. Ita  
enim arca, vel Deorum statuas, vocabant subiulares, ut quæ  
soli forē expostae (nempt ab ær. 32. n. 105) Hinc illi  
chius: Ayt̄l̄ 101. Deo i. o. t̄ p̄. t̄ s̄. m̄. l̄. d̄. p̄. q̄.  
Et rufus: Ayt̄l̄ 105, o. ayt̄l̄ 108. i. p̄. b̄. w̄. l̄. ḡ.  
b̄. w̄. l̄. n̄. b̄. d̄.

119. per antiquiss. Prophetā Enoch.] De hoc fin-  
num. 15.

120. Nam & alia ostia in balneis adorantur.  
mus.] Balneariorum Deos intelligi in oitis balnei  
rum insculptis Genios aut Lares.

121. Scio fratrem per visionem, &c.] Simile rito  
nec recessuit supra l. de Spectac. c. 27. de eo cui limentinum  
fomnis oftensum eius diei nocte, qua Tragedia  
dicerat, quales complures etiam apud B. Cypr. regno  
nostro in illum Indice (ne hic prolixiores finit). Quod  
notandum cōtra eos, qui fabularum locis omnes valentes  
existimant, & ea de causa Dialogos B. Gregorii Pa-  
luminat. Recensut etiā altera reuelatio angelis in  
nis mulieri facta c. vlt. l. de Velad. vng. & l. de Am-  
sic legitur: Est foror apud nos reuelationis chama-  
tra fortita, quas in Ecclesia inter Dominica folle-  
nia per exhalationem in spiritu patitur, conterat am-  
angelis, aliquando etiam cum Domino, & video  
audit sacramenta, & quorundam corda diagno-  
& medicinas desiderantibus sumit.

122. nā antè processerat.] In hoc ad Proces-  
sionis Christianorum pertinet, liberum s. Leibergi  
illis latus lib. de Cor. milit. & libris ad Cor. 10.

123. probantes Idololatriam esse quicquid  
tra humani honoris modum admittat dimi-  
blimitatis extollit.] A cōtrario ergo sensu hanc re  
eum honorem sanctis Dei, tam in hac vita quam in  
cælesti existentibus, immo & imaginibus erit excede-  
qui humani honoris modum non excedit.

## CAP. XVI.

124. Circa officia vero priuatarū & cōmuni  
follemmitatum, &c.] Trajetas hoc caput: De pri-  
uatis follemmitatibus, quod Idololatria non sicut ob-  
nisi quis harum occasione sacrificis incepit.

125. vt togæ puræ.] Quam hic intelligat, mox tum  
hius verbis manifestat: vestitus virilis, tum illis: Toga  
vero etiam appellatione virilis est; quam nempe de-  
posita praetexta assumebant pueri anno etatis xvij. Que-  
cū pura nuncupatur (Budus teste) quod nec picta esset,  
nec triumphalis, nec praetexta. Meminit eiusdem Cicero L.  
9 Epist. ad Atticum, quum scribit Cicero suo se puram  
togam dedisse.

126. vt nominalium.] Eam sollemnitatem intelligi-  
gi, qua (uti paulopōf dicit) nomen imponi consuevit.  
De qua Cicero 13. Philip. Ego (inquit) eum, ut quod à pa-  
tre accepi filio reddā, mea nominatione cooperabo. Hinc:  
gentilitate nominali dixit Varro de Ling. Lat. lib. 7.  
quippe quod Nomen gentis esset, ut pueri & latifi-  
mē deducit Onuphrus, ubi agit de Prenominibus. Nomini-  
bus, Cognominibus veterum Romanorum. Quid pertinet  
illud usq[ue]dem Varr. lib. 8. In servis gentilitia (nominum  
nempe natura non est in vī, in nostris nominibus, qui  
sumus in Latio & liberis, necessaria. Itaque ibi apparet ana-  
logia, ac dicitur Terentius vir. Terentia famina, Teren-  
tia gens: (nam sic lego, pro: Terentium genus.) In Preno-  
minibus ideo non sit idem, quod hæc instituta ad usum  
singularis, quibus differerentur nomina gentilitia, ut  
a numero, Prima, Secunda, Tertia, Quartia, ut Quintus, Sex-  
tus, Decimus, &c. ne prolixiores simus.

127. Sed his accommodantur sacrificia.] An de  
falsa nuptiis loquuntur, incertum, maximē quod pueri quin  
duas deponerent, Laribus eas suffidere sint soliti, et Toga  
in confectu Deorum assimi sileat, iuxta illud Proprius:

Mox ubi bulla rudi demissa est aurea collo,  
Matris & ante Deos libera sumpta tiga.  
Ceterè celebrantur à Gyraldo Gamelia sacra nuptialis, in  
quorum illis Iuno Gamelia celebatur mense Ianuario. A-  
natolyperica item, sed quantum appareat, sine sacrificio.  
Dies erat festus post nuptias, cùm sponsa renelabatur, cui  
tum murena exhiberi solent.

128. Si in vocatu.] Vocatus pro vocatione accipit,  
initatus opinor illud Ciceronis 3. de Orat. Senatus fre-  
quens, vocatu Drusi in curiam venit.

CAP. XVII.

129. Ceterum quid facient serui, &c.] Titulus hoc  
in genuinum caput iudic: Quod serui fidelibus non  
licet ministros esse Idololatria.

130. item Officiales.] Officiales coronas simili-  
phras dixit Auctor de Cor. milit. ubi recte Rhenan. inter-  
pretatus est, que corrum sunt, qui in aliquo sunt publico  
vel privato officio; quia significatio etiam dixit Apu-  
lanius: nisi potestas Officialem suum magna severitudi-  
ne coerceri, quia significacionem quoque indicat Auctor,  
quam seruos dicit, adherentes dominis, liberos pa-  
tronis, Officiales Presidibus suis.

131. Hinc proximè disputato, &c.] Definit hic  
Auctor exemplo Joseph & Danielis, posse seruum Dei  
aliquis dignitatis aut potestatis administrationem  
apud ethnicos capere, si ab omni specie Idolola-  
trice aut gratia aliqua aut astutia intactu se præfa-  
re posse. Locus qui uidetur hac tempestate aptari posse in  
interioribus, ubi nullus est exercitus Catholicæ religionis.

132. in ornamento & purpure extiterit totius

Egypti sue Babyloniae.] Respectuue, ut ita loquamur,

preferendum est ornamenti, nempe torques aureus, &

falsa lyra cū administratione totius Egypti, ad Joseph;

& purpura ac Imperium Babylonie ad Danielum.

133. neque sacrificet, &c.] Speciem Idololatria hæc  
habere tradit Auctor: sacrificare (quod sacerdotum est)

sacrificii auctoritatem (presentia sua) accōmodare  
(quod summorum Pontificum est) hostias locare, curas  
templorū delegare, ac vestigalia eoru procurare,  
(quod aditorū est) spectacula ædere, aut edēs pre-  
esse (quod Aditum Curulum & Pretorū est) solle-  
mne aliiquid pronuntiare vel dicere, quod Augurio  
est; denique iurare, quod apud ethnicos non nisi in Deori  
fit nomine, ut infra latius cap. 20.

134. neq; iudices de capite alicuius vel pudore.]  
Tunc hinc, tu c. 19. uidetur in ea fuisse sententia, Christia-  
no non fuisse licita capitalia iudicia, etiā in potes-  
tate seu magistratu constitutus esset; fortassis ea de causa,  
quod cōmuna essent iudicia criminalia, tam in Christia-  
nos quam in ethnicos. Quo pertinere uidetur illud quod  
habet infra l. de Cor. mil. c. 11. n. 127. Et vincula & car-  
cerem, & tormenta, & supplicia administrabit.

CAP. XVIII.

135. Ut vero de solo suggestu & apparatu ho-  
noris, &c.] Agit hoc caput, atque adeò & titulus habet:  
Quod nec vestiu ornatus sit licitus, qui cu Idolo-  
latria cōmune quid habet. Nā suggestus pro ornatu  
frequenter est. Auctori, cuius distinguunt duplice habitu, &  
ad vīli quotidiani, & ad honorem seu dignitatem.

136. Igitur purpura illa, &c.] Purpura inventum  
tale tradit Pollux l. ad Comed. 1. Tyrii furent capti amore  
Herculem Nympha cuiusdam indigena, cui nome Tyro, quē  
canis eius securus irreptante copulis purpura cōficaria,  
persa caruncula, sibi labra punicea cruro inficerit.  
Quum igitur ad puellam Hercules adiisset, delectata illa in-  
sueta tintura, quā cœl florentem in eius canis labris affe-  
xit, affirmavit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se  
vestem afferret etiam canis illius labris plendidorē. Quo-  
circa Hercules inventa animatæ, collectaque sanguine, mu-  
nus puelle detulit, primus (ut illi dicitur) punicea in-  
fector auctor.

137. vel trabeæ vel palmatae, &c.] Trabearū tria  
genera, teste Servio, iuxta Suetoniu l. de genere vestiū. Vnu  
quod Divi sacratur, tantum purpura factū, aliud Regum  
(de quo hic) quod purpureū quidē est, habet tamē aliquid  
albi; Tertiū Augurale ex purpura & coco mistum. Erat  
autē vestis togā a purpurea circundata subtemine punicea,  
quē aurea fibula necabant; ita dicta, quod trabe panno-  
ria haberet. De Palmatis, quae triumphantis vespes erant;  
vide Apoleg. v. l. n. 620. De Coronis autem sacerdo-  
tum Provinciarium aureis, l. de Cor. milit.

138. à toga candida cädidiat.] Toga cädida erat,  
quam petiores Magistratum inducebant, aqua Candidi-  
dati; ab illis ad alios traducta Metaphora, frequenter ea  
voce vīsus est Tertullianus, quemadmodum adnotasse nos  
putamus alicubi.

139. sed ingenuitatis apud Barbaros insigni. ]  
Adnotata hoc dignū de purpura. Porrū omnino legi-  
mus: Quemadmodum enim Ioseph, &c. pro eo quod  
erat, ex litterarum vicinitate: Quodammodo; nā cor-  
respondet illud: sic penes nos quoque, &c.

140. poterit & pueris prætexta cōcedi, & puellis  
stola.] Pauloprius etiam prætexta ab Auctore com-  
memorata sunt: genus Toga, ita dicta, quod purpura pre-  
tererent, qua vtebantur (uti supradictū est) pueri, ad 17.  
annum vīque. Stolam Nonius Marcellus etiam virilem  
describit, sed postea ferè pro sola mulierib[us] Veteres usur-  
parunt. Quare recte puellis stola hic ab Auctore tribuitur;  
quo pertinet etiam illud lib. de Pallio c. 4. & stolam &  
supparum & crepidulum.

141. prætexta & trabeæ & laticlavi, fasces quoq;

Cc ij

ULLIAN,  
in statu onibus  
MELI.

A.V.  
J.6

## Adnotat.in lib.

300

& virge.] *De his ita Plinius l.9.c.39.* Purpure visu Roma semper fuisse video, sed Romulo in trabea. Nā Toga prætexta & latoclauo, Tullum Hos filium & Regibus primum fuisse vñam Hetruscis deuictis satis constat. Fuisse autem Latumclauum non Senatoriorum modo, sed & sacrificum ex Silio patet; quare non male ē Idolatriæ attribuit Author. *Iudicium Orat. sua Linus lib. 4.* de prætexta his verbis indicat: Prætextati in magistratibus & sacerdotiis. De Trabeis idem habet supra num. 137. De falcibus (quorum mentio per nos facta Adnot. nostris in epist. 16.B. Cypr. n.10.) videtur eriam hoc Author sentire, nam mox subiungit: viuis collegiis insignia, fasces & purpuras gefant; Quanguam potem potius legi debere: facias, sicuti lib. de spectaculis.

142. vbi caput suum collocet.] *Ajud Gagnum* desideratur suum; quod et si Græcè hodie non sit, in MS. tamē cod. Latinus legitur. Atque: collocet verit, proclinet, et mox: qui teneris vestiūt, pro: qui molibus.

143. vultu denique & apectu inglorius.] Alludit ad illud Ias. 53. secundum 70. *Aucta est facies eius, despecta, & non est reputata.* Accedit autem magis ad nostrum interpretem, qui legit: Et quasi absconditus vultus eius & depectus.

144. quibus sordido ministerio functus est. Nempe dum pedes discipulorum lauit.

145. Tu si diaboli pompa cieras.] *Vide lib. de Bapt. infra Tom. sequ. de renuntiatione pompa dia- boli, & alicubi de cieratione.*

C A P . X I X .

146. Posset in isto Capitulo, &c.] *Titulus* huīus capitis est: Neque militiam licitam, que aliquid cū Idolatria commune habet. *De quo latius infra lib. de Cor. milit. hic paucula quadam adnotabimus, quorum ibi non sit mentio.*

147. etiam caligata.] *Et hac phrasis iureconsultorū est.* Vip. enim tit. *De his qui infamia notantur;* *Dumiflum* (inquit) accipere debemus milite caligarum. & *Venaleius,* l. *Militibus.* *Dig. de Custod. et exhib. reor.* Is qui exercitum accepit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Ita vero dicti milites *Manipularijs*, à *Caliga* militum, iuxta *Suetonii Caij Ces. cap. 9*, qui iacō dictum scribit *Caium Cesarem Caligulam, quod inter Manipularios milites natu.*

148. signo Christi.] *De signo Crucis Christi, quod fronti imprimitur, vide lib. de Baptismo, Tom. sequ.*

149. Et virgā portauit Moses.] Alludit ad *Duci militum officia, qui virgam prefert, qua milites in officio continet; qui subinde fibulis aureis (iuxta Linii lib. 7.) eos donat, consuevit antiquitus, qui loris seu corrigis gladios cingi solet, qui agmen agit, & bellat, seu bellum auspiciatur.*

150. fibulam & Aaron, &c.] *Vnimos aureos intellegit, quibus colligabatur Superumerale & Rationale, quemadmodum lori nomine, Ioannis Baptiste Zonam pelliceam.*

C A P . X X .

151. Sed enim quum conuersatio diuina disciplina, &c.] *Inscriptionem huīus capitū damus:* Etiam verbis abstinentium ab Idolatria.

152. Ecce homo & facta eius, &c.] *Scriptura hū locum huienre reperi non potuit; quarat diligens Lector alicubi in editione 70. Habet eandem B. Aug. Medit. cap. 39 sed fine adscriptione loci.*

153. in templo Aesculapij, &c.] *De Aesculapio vide Adnot. nostras ad lib. de Pallio cap. 1.n. 6. & Apol.*

cap. 14. n. 209. ac c. 23. n. 361. *De Iudeis infra lib. de Cr. milit. De Ioue Apolog. c. 10. n. 152. De Saturno deniq. Apolog. eodem capite n. 159. 160. 161. & 162.*

154. in vano, od est, idolo.] *Vanum pr: idolo & tiam accipit ab interprete B. Hieronymo, i. Apg. 12. Nelite declinare post vanam, que non proderunt vobis, neque erueris vos, quia vanam sunt: pro eo quod ex Grata 70. edid. transfusis alter interpres: Non declinetis post eos qui nihil sunt, qui perficiunt nihil, & non erueris quia nihil sunt.* Et *rursum Apg. 14. Annuntiantis vobis, ab his vanis conuerteris ad Deū viuum, ubi Græcē est: Non poteris rū p[ro]p[ri]o[rum] a[ct]u[is] eadem nempe vox que hic habetur. Videamus autem Auctor respiceret ad illud 1. Corinth. 8. citatione p[ro]p[ri]a c. 13. lib. de Spec. Non quod idololatria fit aliquis p[ro]p[ri]o[rum] quod vertit idem noster interpres: Scimus quia nihil est in ideo lum in mundo; de quo eriam Auctor cap. sequenti, perci quem scis nihil esse. Porro hoc argumentum lat. nō est B. Cypr. lib. de vanitate Idololatria, sive: Quod id la Dij nihil est. Et Auctor Apolog. cap. 12. intern.*

155. Nam & scriptura Deos nominat, sed addicit: suos, vel nationum.] *Locus ad quos alludit, videlicet separatum in Economia methodica Concordantia, scriptura Georgij Bullici. Nōne interim sola adiutoria predicta vitetur scriptura, sed vocat Deos alieni, cum Egypti, tuos, meos, confitantes, Gentium, quos incedunt patres eorum, Amorrhæorum, Syrie, Sidoni, ac Mæ, montium, terrarum, populorū, terra filiorum Seir, Edom, regum Syrie, Damasci, patrum iurum, opera manus, Iuda, quos fecisti, illorum, falsi, legnei, qui non vident, loquuntur muti, & quis natura non sunt Dij. Legimus autem cum Gagnæ: Sicut David, pr: Sic &c.*

156. me Hercule.] *Idem paulop[er] reddit: me Diu fidius, & deinde: per Herculem. Veriss. autem p[er]petiat ex his verbis Varronis lib. 4, de ling. Lat. sub in (inquit) & Diu fidius. Itaque inde eius performatum, ut videatur diuum, id est, colum. Eiam Gallo Diu fidius dicebat, Dionis filius, ut Græc. Diu fidei Castorem. Et putabant hunc esse Sanctum ab Sabina lugua, & Herculem ab Græca. Super quo leo Sabini Dionysius (inquit) 71709 Græcē reddit, quod fictile tine, in quo multi errant, quid id non animaduertit, qui etiam legendum censet apud Ouidium, Quærebam Nonas, Sancō fidione referentem.*

An tibi Semo pater.  
Nam Semonem eundem cum Sancō facit T. Linus ill. quamquam interim fateatur in Inscriptione Regia: Semipatri Sancō. Atque adeo magis placet, ut fidei legitur: me Hercule, sacerd[us]ia legatur: me Diu fidius, pro eo quod ali: medius fidius. Nam eis regum fidei compositum id est videri, & significare Hornenses tamen addit, quoddam existimare iusfrandum id est Diu (Hercules nō p[er] fidei). Cui accedit noster. *Ante p[er]sentiam refutat dicens: accedente quorundam querentia, qui ignorat esse iusfrandum per Herculem.*  
157. Porro quid erat deieratio per eos quod ierasti, &c.] *Ita legimus in Latinis, omisla vocis in de qui enim oportaret iuxta cœlestū Harris legere: Per quid erat deieratio, si per eos deierati, quos erit, sed illud magis placet. Eadem autem modo dicitur: Apolog. cap. 32. Demona, id est genii, adiuvare debemus, no deierare, ut illis honorē diuinatantur. Similiter Lactatius Sacerd[us] deierat deierasse dicit per se & anferem. Ita enim acceptum antiquissime parte ex Varrone vbi supradic. Quidā (inquit) negant fabulosos hunc (Diūnū fidium) deierate oportere; & app-*

# de Idololatria.

301

ex Denato in Terentium, qui interpretatur Deicerare, per  
Dess iurare. Porro de Eieratione vide Adnot. nostras  
suprà lib. de Spectac. cap. 24. num. 185.

C A P . X X I .

158. Timiditatis est autem quae te alius per Deos  
suos obligat iuratione, &c. ] Huic capiti titulus dedi-  
catus: Quod idem sit, siue iures per Idola, siue per  
alios adiutorios adquiescas. Atque adeo etiam iuxta edi-  
tionem Gagnae lego illud: iures, pro eo quod irrepereris:  
iure. Siue autem legas: quanto securius in Dominum  
transfertes responsione tuam, siue ut Gagnae: ipon-  
sionem, perinde est.

C A P . X X I I .

159. \*Quae benedicti per Deos nationum, &c.]  
Nomen est hinc huic capiti titulus: Quod neque be-  
nedicti per Deos nationum Christianus sustinere  
debeat. Lego autem: ut semper reiciat immundam be-  
nedictionem, omissa negatione non, que aliquo con-  
trarium sonabat.

160. vel coloniae genium. ] De Geniis sic Tertullianus  
suprà Apolog. c. 32. Nescitis genios demonas dici; cui  
similis est & paulo prolixior locus Lactantij l. 2. ibidem  
Adnot. nostris citatus n. 451. Eos singulis hominibus ad-  
tribui patet l. de Anima, ubi de iustis. Atque quemadmodum  
ad Martians l. 2. de nuptiis Mercurij & Phili-  
phei, dicit etiam populi Genio supplicare Veteres, ita  
videtur hic virupasse Auctori coloniae Geniam, qui  
colonis presit.

161. Negat enim quicunque dissimilans. ] Locus in-  
figit contra simulatores, & quodammodo libellaticos hu-  
iis etatis in Belgio, qui excusari creditur, si loco iuramenti,  
quod contra fidem & religionem Catholicam exiguntur, simula-  
tione quicquam aliud prestant, longe disimiles Eleazar, qui  
(ut habetur 2. Machab. 6.) Non erat nostrus (inquit)  
dignum est fingere, ut multi adolescentes arbitrantes E-  
leazarum 90. annorum transisse ad vitam alienigenarum,  
ut nisi propter meam simulationem, & propter modi-  
cum corruptibilem vitam tempore, decipiantur.

C A P . X X I I I .

162. Sed est quædam eiusmodi species in facto  
& in verbo, &c. ] Hic tractatur: Quod neque scri-  
ptio etiam iurare per Deos licet.

163. sub pignoribus fiduciati. ] Etiam haec phrasis su-  
mulatorum est. Fiduciatos vero appellare videtur eos,  
qui pignus seu fiducia decedunt receptori ubi solvissent.  
Fiducia enim accepisse dicitur (ut interpretatur Boëtius  
in Topicis Ciceronis) cunctaque res aliqua ea lege manci-  
patur, ut manus pant ali quando rem aciperet.

164. iurati cauent. ] Item & istud iureconsultis fa-  
miliare est: cauere, pro cautione syngrapha præstare, quod  
ipsum bis tunc hoc capite repetit.

165. Praescribit Christus, non esse iurandum. ] Non  
intelligere Auctorem omnium iuramento simpliciter absti-  
nendum patet vel ex Apolog. 3. 2. ubi: sed & iuramus  
(inquit) sicut non per Genios Cæsarum, ita per salutem  
coram de qua iurandum formula ibidem latius n. 450. Deinde  
frequentiss. iurejurandi seu Sacrameti meminit, quod  
in Baptismo præstatur, de qua Leiusdem tituli latius Tom.  
sequi. Sane itaque secundum huic capitis institutum in-  
telligi istud debet. Videatur Chrysostom. in cap. 5. Matth. ubi  
præcipue iuramenta illa forensia coram ethnico magistris  
improbata.

166. Si (inquit) concupiscentia, &c. ] Quis ipsa haec  
verba in scripturis reperire hac tenus non poterit, vi-  
deatur mihi in compendium contraxisse istud Ecclesiastici

5. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cor-  
dis tui, & ne dixeris: Quomodo potui, aut quis me subi-  
ciet propter facta mea? Deus enim vindicabit vindicabit.  
Aut potius illud sepe citatum addidit Matth. 5. Qui vi-  
derit mulierem ad concupiscentiam eam, mœchatus est eam  
in corde suo.

167. operandi copiā. ] Operari hinc accipitur pro  
eleemosynam facere, quemadmodum & à B. Cypr. titulo  
libri: De opere & eleemosynis, & alibi frequenter,  
de quo ibidem Adnot. nostrarum num. 4.

C A P . X X I V .

168. Inter hos scopulos & finis, &c. ] Epilogus  
totius huius libri hoc caput inscribitur. Videat autem  
Lector Prolegomena nostra de his Proverbialibus formulis:  
Inter scopulos & finis, inter vada & freta nauigare.

169. velificata spiritu Dei. ] Haec vox Auctori no-  
stro peculiaris, inter cetera efficit, ut Sexto Senensi ad sen-  
tientiarum quod Carmina illa Genesis & Sodoma, quæ à me post  
Morelium & Fabricium B. Cypriano adscripta sunt Tom.  
3. operum eius, Tertullianus sint, ubi legitur, quamquam  
satis obscuri.

Quæ spiritus igni est, velificauit apex.  
Vt in eadem voce infra Tom. 3. lib. adu. Gnost. c. 1. Austro  
(inquit) & Africo saevitia velificat.

170. irrespirabile deuoratis hypobrychiū. ] Etiā  
de hoc latius inter Proverbiales formulas, sicuti et de mox  
precedentibus inenarrabile exsuffsi profundum, &  
inextricabile impactu naufragii. Atque vocem hy-  
pobrychium deriuauit à voce Graeca Τοξόπουλος, quod  
quod submersum significat, ac si dicat, ipsam submergendi.

171. quicumque fluctus eius offocant. ] Offo-  
care, pro prefacere usurpat etiam Florus l. 2. cap. 11. Quia  
offocandas (inquit) iniuc fauces prebussent.

172. Propterea Spiritu sanctus consultantibus  
tunc Apostolis, &c. ] Alludit ad Constitutionem illa  
primam Apostolorum in Concilio Hierosolymitano Act.  
15. Vt siam est Spiritus sanctus & nobis, nihil ultra imponere  
vobis onerus (quod hic Auctor vinculum & iugum  
dixit) quia haec necessaria, ut abstineatis vos ab im-  
molatiis simulacrorum, &c. hoc est enim quod addit:  
vt Idololatriæ deuitandæ vacaremus.

173. inculcanda est. ] Hic propriæ rursum accipitur:  
inculcare, quum aliquando accipiat ab Auctore pro-  
conculcare.

174. Viderimus enim si secundum Archetypum  
& coruus, &c. in Ecclesia erit. ] Illud: Viderimus,  
Tertullianum & Cypranicum est. Quod quum Ieronim  
sonet, hæc videtur Auctoris sententia: Sit ita ut in Ec-  
clesia sint secundum Archetypum (Isaia nempe 34.)  
coruus & milius, id est, mali Catholici, & lupus &  
canis & serpens, id est (iuxta scripturas Matth. 7. Phi-  
lipp. 3. & Luc. 10.) heretici quendam nondum publicati  
sunt, certè Idololatriæ in Archetypo non habetur.  
neque enim in Ecclesiam admissi sunt umquam ethnici  
Idololatriæ, quod explicat Auctor, dum addit: Nullum  
animal in Idololatriæ figuratum est.

175. Quod in arca non fuit, in Ecclesia non sit. ]  
Epiphonema istud prioribus longe est obscurum. Hoc inter-  
rim velli videtur. Quam in arca Noe fuerint omnis gene-  
ris animalia, mundâ septena & septena, immunda vero  
duo & duo exclusi vero fuerint Idololatriæ omnes; conse-  
quitur ut quod in Arca non fuit, in Ecclesia non sit. Eam  
enim Ecclesia figuram gesuisse tradit Auctor lib. de Ba-  
ptismo, infra Tom. sequi, ubi de ea latius.

Cc. iii

ULLIANUS  
in otationibus  
MELI.

A. V.  
J. 6

ARGUMENTVM LIBRI DE HABITV MVLIEBRI,  
PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **C**ONSIDERATO excessu Habitus muliebris tam in cultu, quam in ornatis, librum hunc Paræneticum scripsit Tertullianus.
- II. Primum autem docet lugere potius, pœnitere, & omni satisfactionis habitu ignominiam primi Euæ delicti expiare, debere mulierem quam ornari, scad mercedem respiciat quæ exspectatur in cælis.
- III. Deinde angelis desertoribus, qui & metallorum opera nudauerint, & incantationum vires prouulgauerint, & omnem curiositatem usque ad stellarum interpretationem designauerint, propriè & peculiariter attribui debere omne instrumentum muliebris gloria, quibus tamen in lauacro renunciauimus.
- IV. Quod quum ex libro Enoch comprobetur; eam scripturam, et si in armarium Iudaicum non admittatur, fortasse quod non putauerint eam post cataclysmum saluam esse potuisse, tamen à Noë illius abnepote æquè potuisse in spiritu reformari, atque per Esdram omnem instrumentum Iudaicæ litteraturæ restauratum, maximè, quum etiam de Domino prædictis, & apud Iudam Apostolum testimonium possideat.
- V. Porro et si illis non imputetur, rerum tamen ipsarum culium (seu mundum muliebrem) qui in auro & argento, & gemmis, & vestibus, consistit, ad ambitionem pertinere; omnium vero (quem immundum muliebrem conuenit dici) qui in cura capilli & cutis & carnis partium corporis que oculos trahunt (de quo sequenti libro latius) ad prostitutionem.
- VI. Auri vero & argenti, ac ferri & aris parem esse conditionem, & ex istis necessariis operas exhiberi rebus humanis.
- VII. Gemmas item non aliud esse quam aut lapillos & calculos, aut maris conchas aut dentes de frontibus draconum eruvi solitas, ut sic etiam de serpente cultior fiat mulier.
- VIII. Hæc omnia sola raritate & peregrinitate gratiam poscidere; quod apud Barbaros vernaculum est, aurum; & apud Parthos & Medos, gemmae fastidio sint; apud Tyros etiam vultus sit purpura quam rubrica.
- IX. Non placere quoque Deo colores, quos non ipse produxit; atque adeò intelligi a diabolis esse interpolatore naturæ, neque excusari quod materiae ipsæ ex Deo sint, quum etiam rebus Dei Idolatria confest.
- X. Denique ad ambitionem pertinere haec omnia, quæ inde nomen habet, quod concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum.
- XI. Ceterum genuinum esse hunc Tertulliani factum conuincit, quod libri de Spectaculis nominatim mentionem faciat. Imitantur autem illum ad verbum penè locis infra subscriptis BB. Cyprianus libris de Habit. & discipl. Virg. ac de bono Pudicitiae, & Hymnus in vita Pauli Eremitæ & Marcellæ, ac Epist. ad Lætam. Meminerunt etiam Irenæus & Politianus locis initio Apologetici citatis. Edidit vero primum ex cod. M. Hirsaugensi & Paterniacensi, cum Scholiis, deinde & cum Adnotationibus Rhenanus castigauit rursum ex Britannico Lælandi codice Gelenius. Nos denique iterum repaginamus ex tribus Vaticanis MS. codicibus, & nostris quoque Adnotationibus auximus.

A Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI DE HABITV

MVLIEBRI LIBER.

L<sup>t</sup>anta in terris moraretur fides, quanta merces eius expectatur in cœ- C A P. I.  
lis, nulla omnino vestrum, Sorores dilectissimæ, ex quo Deum viuum  
cognouisset, & de sua, id est, de foeminae conditione didicisset, lætiorem  
habitum, ne dicam glorioförem appetisset, vt non <sup>2</sup> magis in fordibus  
ageret, & squalorem potius affectaret, ipsam se circumferens. Euam lu-  
gentem & pœnitentem, quo pleniū id <sup>3</sup> quod de Eua trahit (ignomi-  
niam dico primi delicti, & inuidiam perditionis humanae) <sup>4</sup> omni satisfactionis habitu ex-  
piaret. In doloribus & anxietatibus paries mulier, & ad virum tuum conuersio tua, & ille Gen. 3.  
dominabitur tui, & Eua te esse nefcis? Viuit sententia Dei super sexum istum in hoc secu-  
lo, viuat & reatus necesse est. Tu es diaboli ianua, tu es arboris illius resignatrix, tu es diu-  
na legis prima deftertrix, tu es quæ eum suafisi quem diabolus aggredi non valuit. Tu ima-  
ginem Dei, hominem, tam facile elisisti. Propter tuum meritum, id est, mortem, etiam fi-  
lius Dei mori habuit: & adornari tibi in mente est, <sup>6</sup> super pellices tuas tunicas. Agè nunc  
si ab initio rerum & <sup>7</sup> Milesij oves tenerent, & <sup>8</sup> Seres arbores nerent, & <sup>9</sup> Tyrii tingue-  
rent, & <sup>10</sup> Phryges insuerent, & <sup>11</sup> Babylonij intexerent, & <sup>12</sup> Margaritæ canderent, & <sup>13</sup>  
Ceraunia coruarent, si ipsum quoque Aurum iam de terra cum cupiditate prodisset, si  
iam & <sup>14</sup> Speculo tantum mentiri liceret: hęc Eua concupisset, de paradiso expulsa, iam  
mortua opinor? Ergo nec nunc appetere debet, aut nosse, si cupit reuiuscere, quæ nec ha-  
buerat, nec nouerat, quādo viuebat. Ideo omnia ista dānatæ & mortuæ mulieris <sup>15</sup> impe-  
dimenta sunt, quæ ad pompan funeris constituta. [ <sup>16</sup> Nam & illi qui ea constituerunt, C A P. II.  
damnati in poenam mortis deputantur: illi <sup>17</sup> scilicet angelii, qui ad filias hominum de cœ-  
lo ruerunt, vt hæc quoque ignominia foeminae accedat. Nam cùm & materias quasdam Gen. 6.  
<sup>18</sup> benè occultas, & artes plerasque non benè reuelatas, seculo multò magis imperito pro-  
didissent (siquidem & <sup>19</sup> metallorum opera nudauerant, & <sup>20</sup> herbarum ingenia traduxe-  
rant, & <sup>21</sup> incantationum vires prouulgauerant, & omnem curiositatem usque <sup>22</sup> ad stellaru-  
rum interpretationem designauerant) propriè & quæ peculiariter foeminis instrumētum  
istud muliebris gloria contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur: & circu-  
los ex auro, quibus brachia artantur: & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur: &  
illum ipsum nigrum puluarem, quo oculorum exordia producuntur. Hæc qualia sint, inter-  
rim iam ex Doctorum suorum qualitate & cōditione pronunciari potest, quod nihil <sup>23</sup> ad  
integritatem peccatores, nihil ad casitatem adamatores, nihil ad timorem Dei deserto-  
res spiritus aut monstrare potuerunt, aut præstare. Si doctrinæ dicendæ sunt: mali magistri  
male docuerint necesse est. Si mercedes pro libidine: nullius rei turpis, merces decora est.  
Quid autem tanti fuit ista monstrare siue conferre: utrumque mulieres sine materiis splen-  
doris, & sine ingenii decoris placere non possent hominibus, quæ adhuc in cultæ, & in-  
cōpositæ, & (vt ita dixerim) crudæ ac rudes, angelos mouerant? An' ne <sup>24</sup> fordidit, & per gra-  
tuitum usum contumeliosi amatores viderentur, si nihil foeminis in connubium allectis  
contulissent? <sup>25</sup> Sed hæc non capit astimare. Nihil plus desiderare poterant quæ angelos  
possidebant, magno scilicet nupserant. Enimvero qui vtique interdum cogitabant unde  
cecidissent, & post libidinum vaporata momenta cœlum suspirabant, illud ipsum bonum  
foeminarum naturalis decoris vt causam mali, sic remunerauerunt, ne eis profuisset felici-  
tas sua, sed vt deuictæ de simplicitate & sinceritate, vñâ cum ipsis in offensam Dei perue-  
nirent. Certi erant <sup>26</sup> omnī & gloriæ & ambitionem & affectionem per carnem placendi, Gal. 6.  
Deo diu plicere. Hi sunt nempe angelii, quos iudicaturi sumus: hi sunt angelii, quibus in la- 1. Cor. 6.  
uacro renunciamus. Hæc sunt vtique, per quæ ab homine iudicari meruerunt. Quid ergo  
faciunt apud iudices suos res eorum? Quod est commercium damnaturis cum damnan-  
dis opinor quod <sup>27</sup> Christo & Belæ. Qua constantia tribunal illud ascendimus, decreturi 2. Cor. 6.  
aduersus eos quorum munera appetimus? Nam & vobis eadem tunc <sup>28</sup> substantia angelii- Matth. 22.  
ea re promissa, <sup>29</sup> idem sexus qui & viris, eandem iudicandi dignationem pollicetur. Nisi

Cc iiiij

ULLIAN<sup>9</sup>  
in statu onibus  
MELI.

A V  
16

## Tertulliani de

304

ergo hinciam praejudicauerimus res eorum prædamnando, quas in illis tunc damnatur.  
**CAP. III.** rilimus, illi potius nos iudicabunt atque damnabunt. [30] Scio scripturam Enoch,  
31 quæ hunc ordinem angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia 32 nec in armarium lu-  
daicum admittitur. Opinor non putauerunt illam ante cataclysmum æditam, post cum  
pronepotem ipsius Enoch fuisse superstitem cataclysmi Noë, qui vtique doméstico nomi-  
ne & hæreditaria traditione audierat & meminerat de proauo sui penes Deum gratia, & de  
omnibus prædicatis eius: cùm Enoch filio suo Matusale nihil aliud mandauerit quam  
notitiam eorum posteris suis traderet. Igitur sine dubio potuit Noë in prædicationis de-  
legatione successisse, vel quia & aliæ non tacuerint, tam de Dei conservatoris sui disposi-  
tione, quæ de ipsa domus suæ gloria. Hoc si non tam expeditè haberet, illud quoque al-  
legationem scripturæ illius tueretur: proinde potuit abolefactam eam violentia cataclysmi  
in spiritu rursus reformare: quemadmodum & Hierosolymis Babyloniam expugnatione di-  
letis, 33 omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Esdram constat restauratum. 34 Sed  
cùm Enoch eadem scriptura etiam de Domino prædicari, à nobis quidem nihil omnino  
reiciendum est, quod pertinet ad nos. Et legimus omnem scripturam adificationi habi-  
lem, diuinitatem inspirari, à Iudeis postea iam videri propterea reiectam, sicut & cetera fer-  
quæ Christum sonant. Nec vtique mirum hoc, si scripturas aliquas non recepert de eo  
locutas, quem & ipsum coram loquentem non erant receptum. Eò accedit quod Enoch  
**Iude. I.** apud Iudam Apostolum testimonium possidet. [35] Nulla nunc muliebri pompa non  
inusta sit prædamnationis de exitu auctorum. Nihil angelis illis imputetur præter repudiū  
celi, & 36 matrimonium carnis. Rerum ipsarum qualitates examinemus, vt consilia quo-  
que concupiscentia earum deprehendamus. Habitus feminæ duplicom speciem circum-  
fert, 37 cultum & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: Ornatum  
quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, & argento, & gemmis, & velli-  
bus deputatur: Iste in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis quæ oculos trahunt.  
**CAP. V.** Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis: vt iam hinc propicias, felicitate  
militatis & castitatis. [38] Aurum & argentum principes materiarum cultus secularis affi-  
necesse est, vnde sunt: Terra scilicet planè gloriofior, quoniam in maledictoru[m] 39 metallu[m]  
feralibus officiis 40 penali opere deplorata nomen terra in igni reliquit, atque cre-  
inde de 41 tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominia in honores  
42 metalli refuga mutatur. Sed & ferri & ariæ, & aliarum vilissimarum materiarum par-  
ditio est, & terreni generis, & metallici operis: quo nihilo generosior iudicari possit auri &  
argenti substantia penes naturam. Quod si de qualitate vsus, gloria est auro & argenteo  
quæ magis ferro & ari: quorum ita disposita est vtilitas, vt & proprias operas plures  
& necessariiores exhibeant rebus humanis, & nihil minus auri & argenti de sua vice ac  
commodent iustioribus causis. 43 Nam & annuli ferro fiunt, quædam eui & potu[m] valde  
argentii demens copia deseruit. Certe nec ager auri opere paratur, nec nauis argenti vi-  
gore contextitur. Nullus bidens aurum demergit in terram, 44 nullus clavis argentinum in-  
mat tabulis. Tacco totius vitae necessitates ferro & ari innixas: cùm illæ ipsæ diuties mate-  
riæ, & de metallis refodiendæ, & in quoquæ usu producendæ, sine ferri & ariæ opera  
vigore non possint. Iam igitur astimandū est vnde obueniat tanta dignitas auro & argen-  
to, cùm & consanguineis quantum ad genus, & potioribus quantum ad vtilitatem me-  
teriis præferantur. [45] Sed & Lapillos istos qui cum auro superbiam iungunt, quid aliud  
interpretari quæ lapillos & calculos, eiusdem 46 terre minutalia: nec tamen aut fundati-  
tis demandandis, aut parietibus moliendis, aut fastigiis sustinendis, 47 aut rectis densant  
niente, & subdolè substruuntur vt florent, & anxiè forantur vt pendeant, & auro len-  
tium mutuum præstant. 48 Sed si quid de mari Britannico aut Indico ambitio pescare,  
concha genus est, non dico conchylio, aut ostreo, sed nec 49 peloride gratius de fama.  
Ad hoc 50 enim conchas nouerim maris poma. Quod si concha illa aliquid intrinsecum  
puftulat, vitium eius magis debet esse quam gloria. Et licet margaritum vocetur, non illu-  
ramen intelligendum, quæ conchæ illius aliqua dura & rotunda verruca. 51 Aut & de  
frontibus draconum gemmas erui, sicut & in piscium cerebris lapidostas quædam.

Hoc

# Habitu muliebri liber.

305

A Hoc quoque deicit Christianæ, vt de serpente cultior fiat. Sic calcabit diaboli caput, dum de capite eius, ceruicibus suis aut ipsi capiti ornamenta struit? [53] Hæc omnia de raritate & peregrinitate sola, gratiam possident. Denique intra terminos suos patrios, non tantum habentur. Semper abundantia contumeliosa in semetipsa est. Apud Barbaros quodam, quia 54 vernaculum est aurum & copiosum, 55 auro vincit in ergastulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores. Aliquando reuera inuentum est, quomodo & aurum non ametur. Gemmarum quoque nobilitatem 56 vidimus Romæ de fastidio Parthorum & Medorum ceterorumque gentilium suorum, coram matronis erubescen tem, nisi quod nec ad ostensionem ferè habentur, 57 Latent in cingulis sinaragdi, & 58 cylindros vaginae suæ solus gladius sub sinu nouit, & in 59 peronibus vñiones emergere de luto cupiunt. Denique iam gemmatum habent quod gemmatum esse non debet, si non comparet: aut ideo comparet, vt neglectum quoque ostendatur. [50] Proinde & vestium CAP.VIII. de coloribus honoré, serui etiam eorum terunt. Sed & parietes 60 Tyriis & hyacinthinis, & illis regiis velis, quæ vos opero se resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur. Viliores est apud illos purpura, quam 62 rubrica. Quis enim est vestium honor iustus, de 63 adulterio colorum iniustorum? Non placet Deo quod non ipse produxit, nisi si non potuit 64 purpureas & carinas oues nasci iubere. Si potuit, ergo iam noluit: quod Deus noluit, vtique non licet singi. Non ergo natura optima sunt ista, quæ à Deo non sunt auctore naturæ. Sic à diabolo esse intelliguntur, ab interpolatore naturæ. Alterius enim esse non possunt, si Dei non sunt: quia æmuli sint necesse est, quæ Dei non sunt. Alius autem præter diabolum & angelos eius, æmulus Dei non est. Ceterum 65 materiae ex Deo sunt, non statim & huiusmodi fructus latere in omnibus queritur, & vnde sint conchæ, & qua dispositione decurrent, & vbi collocentur. Nam & omnes istæ prophanae spectaculorum secularium voluntates, 66 sicut de ipsis suum volumen ædidiimus, ipsa etiam Idolatria ex rebus Dei constat: non tamen ideo Circi furoribus, aut harenæ atrocitatibus, aut scenæ turpitudinibus, Christianum affici oportet: quia Deus & equum, & pantheram, & 67 vocem homini dedit: nec ideo Idolatriam impunè faciet Christianus, quia Dei conditio est & thus, & merum, & ignis qui vesicunt, & animalia quæ victimæ fiunt, cum & ipsa materia quæ adoratur, Dei sit. Sic ergo & circa actum materiarum census à Deo descendens, propterea excusat. Deo extraneum vt reum scilicet gloria seculum. [68] Nam vt quæque rerum, per CAP.IX. singulas quasque terras & vnamquamque regionem, materialis à Deo distributa sunt, inquietum sibi peregrina apud exterios, mutuò rara, apud vos, iure, si vtique vel appetuntur, vel negliguntur, quia non tantus est in illis feroꝝ gloriæ inter domesticos frigidæ. Sed enim ex 69 possessionum distributione, quam Deus vt voluit ordinavit, raritas & peregrinitas apud extraneos semper gratiam inueniens, de simplici causa non habendi quæ Deus alibi collocauit, concupiscentiam concitat habendi. Ex hac vitium aliud extenditur, immoderata habendi: quod & si fortè habendum sit, modus tamen debetur. Hæc erit ambitio, 70 vnde & nomen eius interpretandū, quod concupiscentia apud animum ambiente nascatur ad gloriæ votum: grande scilicet votum, quod (vt diximus) non natura, nec veritas, sed virtuosa animi passio cōcupiscēta commendauit, & alia vita ambitionis & glorie: sic & pretia rebus inflammavit, vt se quoque accenderent. 71 Non tanto maior fit concupiscentia, quanto magno fecit quod concipiuit? 72 Breuissimis loculis patrimonium grande profertur, 73 Vno lino decies seftertium inseritur. 74 Saltus & insulas tenera ceruix fert. Graciles aurium cutes 75 Kalendarium expendunt, & 76 sinistra per singulos digitos de faccis singulis ludit. Hæ sunt vires ambitionis, tantarum usurparum substantiam uno & muliebri corporculo baiulare.

ULLIAN,  
in statu onibus  
MELI.

A.V.  
16

ADNOTATIONES IACOBI PAMELI IN  
LIBRVM DE HABITV MVLIEBRI.

## CAP. I.

1. Si tanta in terris, &c.] Caput hoc inscriptissimum:  
Quod lugere potius quam ornari mulier debeat.  
Malumus autem legere in terris, quam illud Trithemij,  
quam initium huic libri citat: in terra.

2. ut non magis in foribus ageret.] Describit  
(inquit Rhenanus) exemplum hominis exomologis faciens,  
& actum paenitentia exequentis; de quo latius su-  
pra lib. de Penitent.

3. id quod de Eua trahit, &c.] Adnotandus lo-  
cus, quod primum delictum seu peccatum originale, de  
Eua trahi dicit; quoniam quidam esqueadet ab Adam illud  
propagatum dicunt, ut si Adam non peccasset, in posteris  
derivatione non fuisset.

4. omni satisfactionis habitu.] De Satisfactione  
suprà latè tractauimus lib. de Penit. c. 5. n. 2.

5. In doloribus & anxietatibus paries, &c.] Quum Rhenanus ex eo quod prius legitur: paries, colla-  
gerit legendum: dominatur: ergo contrario quoniam iuxta  
editiones omnes tam Hebreas quam Gracis & Latinas  
constat legendum cum MS. 3. Vatic. cod. dominabitur, le-  
go etiam: paries: maximè quoniam similiter legit B. Cypria-  
nus, & lib. de Hab. virg. & l. Test. 3. c. 32. Verit autem  
illud, & erit ad virum tuum conuercio tua ex Graco,  
χρήσας τοῦ διδόγεος ἡ πότητερον φίλον: pro quo  
B. Hieronymus aperte ex Hebreo: & lib. viri pote-  
statis eris.

6. super pelliceas tuas tunicas.] Similiter B. Chry-  
sostratus homil. 18. in Genes. ornatum vestium hac scri-  
ptra impugnat.

7. Milesi oues tenderent.] D. Hieronymus (in-  
quit Rhenanus) enarrans Et. Ezech. cap. 27. auctor est, ex Mi-  
leto lanas precipue solitus Tyrum deferri, ut non sine  
causa libuerit interpretibus jo. apud eum Prophetam  
verte, & lanas de Mileto: quoniam tamen Miletii vocabu-  
lum in Hebreo non quam inueniatur, Nos etiam hac de  
re aliquid diximus ad illud lib. de Pallio: Nec de oui-  
ibus dico Milesii n. 54.

8. & Seres arbores nerent.] Apud Seras (testa-  
do Rhenano) Scythica gentem in arboribus lanugo re-  
peritur, quam aqua perfusam depescunt. Seras lanatio  
gluarum nobiles vocat Plinius 1.6. c. 17.

9. & Tyrii tinguerent.] Idem Plinius (inquit Rhe-  
nan.) phoenix: defribens: Tyrus (inquit) quondam in-  
sula, prealito mari septentrionali passibus duis, nunc vero  
Alexandrii oppugnantis operibus continens. Olim partu  
clara urbis geniti, Lepti, Yrica, & illa Romani Imperij  
emula, terrarum orbis auida, Carthagine, etiam Gadibus  
extra urbem conditis. Nunc omnis eius Nobilitas conchy-  
lio atque purpura constat.

10. & Phryges infuerent.] Pristus (inquit idem) vestes  
acu facere Idai Phryges inuenierunt, ideoque Phrygio-  
nes appellati sunt, ex eodem Plini. Eodem pertinet quod su-  
pra dixit Auctor lib. de Idolol. c. 3. an Phrygio detexat;  
& an filo formetur.

11. & Babylonij intexerent.] Colores (inquit Rhe-  
nan.) diversos pictura intexere Babylon maximè cele-  
brauit, & nomen impusit. Eiusdem Plini verba sunt:  
Vnde Babylonica vestes & strigula dicta. Ad expli-  
cationem vero facit illud B. Cypr. l. de bono Fudic. Vestibus

aurum intexere, quoniam pretio est vestes corrumpere, quid  
inter filia staminum delicata rigida faciunt metalla:

12. & margaritar canderent.] Et hoc (inquit Rhe-  
nan.) docente Plino, margaritaras dos omnis, in candi-  
re magnitudine, orbe, leuore, & pondera. Hinc placitu-  
mum hoc lectio, quam quod habet i. Vatic. cod. MS. marg-  
arita.

13. & Ceraunia coruscarent.] Fulgor (inquit Rhe-  
nan.) propriè coruscat, & à fulmine nomen habet Ce-  
raunia gemma. Siquidem fulmen Greco zeozivo equi-  
lant. De hac gemma Plinius quoque l. 37. cap. 9. Epis-  
tola inter candidas & que Ceraunia vocantur, fulgi-  
fiderum rapiens; ipsa crystallina splendoris carnis in Ca-  
raunia nascens. Albam esse Zenothemis factetur fulminis  
intus stellam concursantem. Meminit & alterno-  
uidam Ceraunias, Parthorum Magis quæstare, sed non  
admodum, quoniam non aliubi inueniatur quam in  
fulmine isto. Flammæ Ceraunias tribut Hieronymus,  
quoniam ad Demetriudem scribit: Ut taceat (inquit) demetru-  
mum pretius, candore margaritarum, rubris mar-  
fundâ testantum, Smaragdorum virere, Ceraunionis  
flammas, Hyacinthorum pelago. Ad que ardent &  
nitent studia matronarum.

14. Si iam & Speculo tantum mentiri licet.  
Huc alludit B. Cyprian. libro citato in hac verba: Quo  
postremo Speculum consulitur, nisi quæsi pef-  
metur?

15. impedimenta.] Impedimentorum (inquit in  
Rhenan.) nomine sarcinas accipimus. Ita rursum lati-  
quent. Et reliqua compositionis vestra impedimenta.  
Item lib. ad Martyr. suprà c. 2. Cetera que ante  
impedimenta, & infra l. 1. ad V. v. 5. filiorum in-  
pedimenta. Alludit autem hic ad pompa triumpha-  
lem, qua reduces Imperatores pop. Rom. rebus benignis  
urbem ingrediebantur variis ostentaculis praediti, ut  
potius ad funebrem Triumphalium virorum pontium, in  
qua similia deferebantur. Nam sequitur: qualis ad pon-  
pam funeralis constituta.

## CAP. II.

16. Nam & illi qui ea constituerunt, &c.] Tu-  
lam huius capituli dedimus. Quod angelis deferentes  
debeatur, quicquid ad instrumentum militum  
glorie pertinet.

17. illi felicet angeli, qui ad filias hominum in  
celo ruerunt.] Pertinet hoc ad errorum Terullianum, &  
Cerberus alius, & ipsi B. Cyp. communem, de qua alio-  
diximus ad lib. eius de Discipl. & hab. vng. n. 1.  
& latius inter Auctoris errores in infra Prolego-

nisi.

18. bene occultas.] Hoc est Rhenano interpretatio

19. metallorum opera.] Intelligit (uti & hec  
adnotauit) de fodiis auri & argenti. Id quod in sequen-  
tia libro alias verbis explicat. Qui (inquit) & metatas eu-  
modi illecebras detexerunt. Cyprianus in Domine-  
num: Minus argenti & auri opes suggesterunt sem excep-  
tione metallorum & pauperes vene.

20. herbarum ingenia traduxerant.] Hoc di-  
quit Rhenanus. ) herbarum vim atque naturam publicum

## CAP. III.

30. Scio scripturam Enoch, &c.] *Huius capituli inscriptio seipsum prodit: De scripture Enoch auctoritate. Porro praterquam quod Propheta Enoch citatur Auctor supra Epilog. c. 2. & lib. de Idolol. c. 4. & 15. ubi aliquid addimus Adnot. nost. & infra quoque lib. de Cultu feminarum, hic etiam auctoritatem eius vindicat quatuor potissimum rationibus. Primum contra eos, qui non putauerunt eam post cataclysmum saluam esse posuisse, quod prope Enoch Noe potuerit eam, si non scripto, saltem hereditaria per Mathusalem filium eius traditione posteris sua predicatione delegasse, aut iam abolesfactam in spiritu russo reformare, quemadmodum ab Esdra instrumentum litterature Iudeica restauratum est. Deinde quod omnis scriptura adificatione habilis diuinatus inspirata creditur; que ratio etiam allegari possit contra eos, qui hodie hagiographos libros & apocryphos confent, ut sunt Tobia, Judith, Sapientia, & Ecclesiastici, ac Machabaeorum libri. Item quod à Iudeis reiecta sit, ex quo d. Dominus predicavit, quædammodum & antiqui & hodierni heretici scripturas multas reicerunt, ex quod heresi sua contrarietur; de quo latius libris aduersus Marcionem. Denique quod apud Iudam Apofolum testimonium possidet. Neque mirum, quum etiam Ireneus, Iustini Martyr, Clemens Alexandrinus, & Athanasius Tertullianus antiquiores tanti fecerint dictam Enoch Prophétiam, ut inde errorem suum baserint (de quo in Prolegomeno nostris latius) de angelis malis, qui adsumptis corporibus ex similibus hominum Gigantes suscepérunt, imò & post eum Methodius Martyr, & Cyprianus, Lactatius, Severus, Sulpitius, Prætulus denique & Pselius, Philosophi Christiani. Verum B. Hieron, usqueadmodum in contraria est sententia, ut lib. de Eccl. script. afferat, propterea Epistolam Iudeam à quibusdam Ecclesiasticis Patribus fuisse reiectam, quod apocryphum librum Enoch citet. De quo tamē Apofolium Iudam excusat in Comment. epist. ad Titum, quod utrūcunq[ue] partē libri, etiam si totum librum quis non adprobet. Similiter Chrysostom in Comment. ad Gen. c. 6. fabulas nunquaque Enoch libri dictam sententiam, & apertius D. August. l. 15. de Ciuit. Dei c. 2. 3. Scripsisse quidem nonnulla diuina Enoch septimum ab Adam negare non possumus, cum hoc in Epifolia canonica Apofolus Iudas dicat, sed non sunt in canone scripturarum. Vnde illa que sub nomine eius preferantur, & continent fabulas illas de Gigantibus, quid non habuerint homines patres, rectè à prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda. Cui similia ab eodem repertuntur, ne hic prolixiores faciam, lib. 18. de Ciuit. Dei c. 3. 8. Idem sensisse videtur Epiphanius, ubi agit de heresi Marcionis, qui quum Enoch mentionem fecisset, ad id: Sed nondum existabat lex scripta, verum naturalis tantum illa ex mente & traditione per successionem patrum ad filios; quod tamen ipsum accedit ad primam rationem supra scriptam Auctoris.*
31. quae hunc ordinem angelis dedit.] *De hoc lib. sequo de Cultu feminarum. Idem (inquit) angeli, qui & materias huiusmodi illecebros detexerunt, aurum dico & argentum illistrum, & opera eorum tradiderunt, etiam calliblepharum vellerumque tinturas inter cetera docuerunt, damnati à Deo sunt, vt Enoch refert. Reliqua nunc diximus ex August. & reliquis Veteribus, de quibus latius Sextus Senensis, Bibliotheca sancta l. 2. de Henoc.*
32. quia in armarium Iudaicum admittitur.] *Canonem scripturarum Iudaicum intelligit, qui (B. Augustino teste ubi supra) seruabatur in templo Hebrei po-*

ULLIANUS  
in notacionibus  
MELI.A.V.  
J6

## Adnotat.in lib.

308

puli succendentium diligentia sacerdotum. De cataclysmo vero pro diluvio alibi aliquid diximus. Proauum item Noe fuisse dilectum Enoch pater, quia Enoch genuit Matusalem, ex illo Lamech, cuius filius Noe.

33. omne instrumentum Iudaicæ litteraturæ per Edram constat restauratum. ] Similiter Irenæus lib.3.adiv.baref.c.25.In ea (inquit) captiuitate populi, quæ facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturæ, & post 70 annos Iudeis descendenteribus in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxes Persarum Regis, in prærauit Deus Edræ sacerdoti tribus Leui preterritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data est per Moysen. Hinc etiam B. Hieron.lib. aduersus Heliodrum, Edram restauratorem Pentateuchi muncupat: et alibi scribit, quod scripturas sacras iam dispersas eode spiritu, quod ante scriptæ erant, restituit. Eodem pertinet illud B. Isidori Etym.l. 6.c.1. Hebrews (inquit) veteris Testamētū Edra. Autore iuxta numerum litterarum sacrarum in 22. libris accipiunt, dividentes eos in tres ordines, Legi scilicet, Prophetarum, & Historiographorum, &c.

34. Sed quum Enoch eadem Scriptura etiam de Domino prædicari. ] Verba ipsa prædicationis Enoch de Domino reperire est in Testamento duodecim Prophetarum, quod frequenter citatur ab Origene et Procopio. In Testamento enim suo Simeon: Vidi (inquit) in charactere scripture Enoch, &c. quoniam Deus corpus adsumens, & comedens cum hominibus, saluabit homines. Et nunc filioi mei, obedite Leui, & in Iudea liberabimini, & non effemini super duas tribus has, quoniam ex ipsis orietur nobis salutare Dei. Salutibat enim Dominus ex Leui principem sacerdotum, & ex Iudea Regem Deum & hominem, ita saluabit omnes gentes. Haud absimiliter etiā Leui: Innocens (inquit) ego sum ab omni impietate vestra & transgressione, quam faciatis in consummatione saeculorum, in saluatorem mundi impiè facientes, & suscitantes ei mala magna à Domino, & inique faciatis cum Israel, ut non substat Hierusalem à face malitia vestra, & sedetur velut templi, & c. quemadmodum continet liber Enoch insti.

CAP. IIII.

35. Nulla nunc muliebri pompa nota inusta sit, &c.] Inscriptiōnem huic capiti dedimus: De cultu & ornatu muliebti.

36. & matrimonium carnis.] Etiam hoc ad superscripti c. 3. ororem pertinet.

37. cultum & ornatum, &c.] Illustrare videtur Authorum illud variorum: Mūdus muliebris dicitur à multitudine, Ornatum, quasi ab ore natu. Hinc enim maximè sumitur, quod eam deceat, itaque ob id paratur speculum; hoc est enim quod dicit: Ornatum in cura cutis & capilli confistere, quem adeo eleganter à contrario sensu, immundum muliebrem vocat:

CAP. V.

38. Aurum & argentum principes materiae cultus, &c.] Insigillatum caput sicut hoc titulus: De aurii & argenti qualitatibus. In quo imitatur ex parte Plin. Nat.hist.l.33. Proæmium.

39. metallorum feralibus officinis. ] MS.3. ferilibus sed illud placet. Nam (vix reite adnotauit Rhenanus) metallorum operibus addicabantur dammati, ingue his (scilicet) Christiani. De quibus 25.epist.l. 3. que nunc est 77. Cyprianus Martyr: Non souetur (inquit) in metallis lecto & calcitris corpus. Humi iacent fessa laboribus visceris. Squident sine balneis membras siue & ferde defor-

mia. Panis illuc exiguum. Vestis diligentibus deest. Semina capitis capillus horreficit, & reliqua. Prinde non fructu hic dicit feralibus officinis. Apud Cyprianum metuibus cibis pollui, violarique.

40. penali opere. ] Ita (inquit idem Rhenanus) 1. Cyprianus horribiles carceris atque funestas penalis tenebras dixit. Item: Squalore carceris ac receptaculo penalibus horrem. Et ad Donatum: Pergit penalibus mulis perinaciter adhucere.

41. de tormentis in ornamenta. ] Eleganter (inquit idem) hic coniungit contraria, quorum hoc primam membra commendat Prosonomia. Hinc illud Ambro. Vos vero beatae virginis, quæ talia tortuosa potius quam ornamenta noscunt.

42. metalli refuga. ] Nam (codem adnotante) nomen. Vocatur enim armilla aut torque. Et sicut & hæc phrasis Iureconsultorum. Vlpianus enim l. Aut diuinum.D. De pœnis. Quisque (inquit) refuge ex operi metalli dominum damnantur. Hinc & Marcellus l. Milites D. De re militari: custodia refuga dicit, & auctem; & nihilominus auri & argenti, subiecti, operas, Idque iustioribus, id est probatioribus canit.

43. Nam & annuli ferro sunt. ] Triplanchus (viti adnotat Rhenanus) olim corona ex auro Herodii sinebatur à tergo, annulus tamen in digito ferreus. Hi quodque qui os legationem accepant aureos, publico tantum vtebantur, intra domos vero, ferre, & argumento etiam nunc pœnas annulus ferreus mittit, si que fine gemma. Ex Plinio: Nos aliquid etiam aliud in cap. 6. Apolog. n. 79. Recte autem ex coniecta restituit Rhenanus: Nullus bidens, prævidens, nisi respondent MS. cod. 3. Varic.

44. nullus clavis argenteum intimat tablinum. Simili Metaphora dixit lib. de Resurrec. canis: Secundum Ephelitis scribens Apostolus, in intentione hominem habitare Christum, sensibus viaque timandum Dominum significavit, ut intimaretur cipiat, pro: insertere.

CAP. VI.

45. Sed & lapilos istos qui cum auro supponuntur, &c.] Tractat hoc caput: De gemmarum qualitatibus. De quibus latius Plinus his, nat. lib. 37. & ad instauratum lib. 9.c.35. quem imitatur hic videtur.

46. terræ minutalia. ] Minutias (inquit Rhenanus) intelligit. Minutalibus regnum dicit adu. Marcellus, & recte. Vulgaris hodie mineralia vocat.

47. aut rectis denudantis. ] Loquacissima aut Rhenanus Authorum de rectis Africani, & Orientales gionum, quibus apud nos pergula similes sunt, Germa Tarras vocant, quasi Terrarium.

48. mulierum stuporem adificare. ] Stuporem accipi pro cultu, cuius aspectum stupent viri. Adhuc verbo (inquit Rhenanus) per translationem enīst.

Ita in Martynibus, ut robori edificando videntur.

49. Sed sequid de mari Britannico aut India ambitio piscatur, concha genus est, &c. licet Margaritam vocetur, &c.] Pacherrime descripta argentea margarita, quod nunc neutra genere dicit, quam in pœnæ margarite dixisset. Non dubium autem quod Plinii (vix fore semper in eiusmodi) imitetur, cum in verba ad locis ampliorem intellectum scribenda patet, in lib. 9. Nat.hist.c. 35. Principium cuimque immunitum pretij Margaritæ tenent. Indicus maxime hanc Oceanus. Origo atque genitura conche est in

multum ostrearum conchis differet. Hæc ubi genitalia anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam oscitatione impleri resido conceptus tradunt, granulas postea eniti, partimque concharum esse margaritas, pro qualitate rorier acceptis, purns influxerit, eandem (hinc supra dixit Author: margarite canderent) conficiunt; si vero turbidus, eandem pallere. Sani quidem partus multiplicita confitute, non improprie calum (quod vocatur ab Author dura & rotunda verruca), & dicitur concha aliquid intrinsecus pultulare, ut recte castigabat ex hoc loco Rhenus pro postulare ut existimat corporis posse, itaque purgantur & aperit. In Britannia quoque purns ad decolores (uniones nempe, qui pro eodem habentur, et cap. sequenti dicuntur) natus certum est, quoniam D. Iulius thoracem, quem Veneri genitrici in templo eius dicavit, ex Britannicis margaritis factum voluerit intellegi.

50. Peloride. ] Inter testaceos seu concharum genera (inquit Rhenanus) Pelorideum quoque Plinius recenset, & alium emulare scribit, l. 32. c. 9.

51. Ad hoc enim conchas noverim maris pomæ. ] Sebas est (inquit Rhenanus) Non ad fastum, sed ad saporem & ejus noverim conchas, velut poma quædam maris, quibus assimilantur. In profundo maris enim iacent ab virinatorebus colligantur, velut:

Strata iacet passum sua queque sub arbore poma, quorum figuram representant.

52. Aliunt & de frontibus draconum gemmas erui, &c.] Draconites, sive Dracontias (uti adnotavit etiam Rhenanus, Plinio cap. L. 37. cap. 10.) è cerebro sit draconum, sed nisi viventibus draconis numquam genufiet, insula animale mori se sentient. Igutur mos est ei dormientibus animalibus caput amputare. Sotacus qui visionem gemmam apud regem scripsit, bigis vechi queruntur tradit: & viro Dracone, pargere somnifica meditatione, atque ita praedire. Ese autem candore translucido nec posse potiri, aut artem admittere.

#### CAP. VII.

53. Hec omnia de raritate & peregrinitate soli, &c.] Inscriptio est huius capitis: Quod apud Barbaros hec predicit, sint fatidio. Est autem plane simile id quod repetit l. sequitur de Cultu saeculari. & imitatur Luciferus B. Cyprian. l. de Hab. virgin. quem sub finem dicit: Sint a compeditibus auris pedes liberi.

54. vernacularum est aurum. ] Tamquam illuc natum (uti adnotat Rhenanus) Similiter Paula & Euastichus epistola ad Marcellum. Totum mysterium nostrum istius præcie urbisque vernacularum est.

55. auto vincos in orgaustulis habent. ] Sic l. seq. Quamquam & aurum ipsum cuidam Gentili ad vincula seruire referunt Gentium litteræ, atque adeo recte additum malos onerant, quanto enim quisque felatissimis tanta confex ex aureis vinculis ditissimus. Apud Achipotes autem hunc morem fuisse adnotavit Theodorus Casterus Varior. Lec. l. c. 5. ex Platarche in Eritico, & Dion Chrysost. in Orat. neq. l. 7. & l. 78.

56. vidimus Romanæ de fastidio Parthorum & Medorum. Relat adnotauit Rhenanus Parthos Romæ vellos ab Auctore, quem legatione funderetur apud Severum Imperatorem, aut in eius triumpho de Parthis, Medis & Adiabenis, qui anno eius imperij contingit, in vita Authoris.

57. Latent in cingulis Smaragdi. ] De Smaragdis vide Plin. l. 37. c. 5. qui tertiam ambitionem illis tribuit, & Persicos quibus Parthi contribuuntur, ut sepe di-

mus) tradit non translucidos, sed incundi tenoris visum implore, quem non admittunt, felium pantheriarumque oculis similes.

58. & cylindros. ] De Cylindris ex Smaragdis confessis, ut ibidem Plinius: Indi (inquit) mire gaudent longitudine eorum, solisque gemmarum esse predicator, qui carere auro malint, ob id perforatis Elephantorum testis religant. Et alios conuent non eportere perforari, quorum sit absolute bonitas, umbilicum statim ex auro capita comprehendentibus. Ideo Cylindros ex iis facere malunt, quam gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Sunt autem Cylindri, teretes gemmae & oblongæ, instar Cylindri, id est, columnæ lapides rotatiles, qua virtutum rei rustica cultores aquandis arcis.

59. & in peribonum vñiones. ] Author est Servius (inquit Rhenanus) peronem esse rusticum calciamatum, quo vocabulo vñus est Virgilinus l. 6. Aeneidos:

- Cruditus regit altera terra.

Et Iunenalis:

Nil veritum fecisse valet, quem non pudet alto

Per glaciem perone tegi.

Et quidem hic propriæ locutus est, de Barbaris faciens sermonem. Meminit & peronum in lib. de Pallio, quoniam inquit: Magnum incessu munimentum futinæ venerant pro pœxere peronaes effeminateos; ubi vide Author. at. nostras n. 91. Scribit autem eadem de re Plin. l. 9. c. 35. in hec verba: Nulli duo reperiuntur indiscreti, unde nomen vñionum Romane scilicet impotuisse delicia. Nam id apud Grecos non est, ne apud Barbaros quidem eius invenientes aliud, quam margarite. Et paulapost: Hoc & pedibus, nec crepidarum tantum obstrugulis, sed totis soculis addunt. Neque enim gestare iam margaritas, nisi calcent, ac per vñiones etiam ambulent, satis est. Legimus autem cum 2. M. Vatic. cod. Denique iam gemmatum, pro eo quod erat: denique tantum, maxime quod r. edit. & 1. Variæ, legantur.

#### CAP. VIII.

60. Proinde & vestium de coloribus honorem, &c.] Ipsa hec verba titulum huius capitis indicant: De vestium coloribus adulterinis.

61. Tyritis & hyacinthinis, & illis regis velis. ] Per Tyritis vela purpurea intelligit, quippe quoniam purpura illis maxime nota sit, ut patet ex Plinio, lib. 9. cap. 3. 6. 37. 38. 39. 40. & 41. unde & fabiungit: vilior est apud illos purpura, &c. Regia autem vela intelligit Rhen. Attalica aula, que tamquam ipsa mulieres id tempore operose, id est statim refoluta transfigurabant, id est aliter retexebant. De his ita Plinius lib. 8. cap. 48. Taurum intexere in Asia inuenit Attalus Rex, unde nomen Attalicis.

62. rubrica. ] Milton significat (inquit Rhenanus) sive colorem rubrum. De variis autem rubricæ generibus vide Plinii l. 35. c. 6.

63. de adulterio colorum iniustorum. ] Harrisius confit legendum: iniustorum, sed placet: iniustorum, et quod addat: adulterio. Imitatur autem hunc locum B. Cyprian. l. de Pudic. his verbis: Adulterium fidelis nec in coloribus nouerit.

64. purpureas & carinas oues, &c. ] Huc alludit idem B. Cyprianus lib. de Discipl. & hab. virg. Neque enim Dene coccineas aut purpureas oues fecit, (aut herbæ suæ, id est virides seu carinas) & conchyliis tingere & colorare lanas docuit. Vtrunque autem imitatus est B. Hieronym. in vita B. Marcelli. In hunc autem locum pulcre sic commentatur Rhenanus. Gorzenensis codex

ULLIANUS  
in statu onibus  
MELI.

V.  
16.

habet: artas: nec refert, virumque Græcis vernum significat: quod tu hic pro viridi interpretare. Ambo vocabula conjuncta habet in illo lepidissimo Epigrammate de Luscinia, qua cicadam corripuerat, quod legitur titulo in Aues. Epigrammatum Græcorum l. i.

*τὸν ξύρον καὶ ξεῖνα, δέινον ναξάνδρῳ.*

65. materie ex Deo sunt, &c.] Etiam hunc locum bene explicat his verbis Rhenan. *Sensus est: Materie ex Deo sunt, sed tamen iste vix materialium nequaquam secundum diuinam voluntatem, quasi qui illuc ideo lateat, queritur, videlicet unde sint concha, hoc est ex quo mari, Indio, aut Britannico, & qua dispositione decurrent scilicet in monilibus & murenibus mulierum, & vbi collocentur.*

66. sicut de ipsis suum volumen addidimus.] Hanc dubiè librum de Spectaculis intelligit, vbi de Pantheris aliquid adnotauimus, c. 2. n. 6.

67. & vocem homini dedit, &c.] Hunc locum ad verbum ferè imitatur ubi supera B. Cypr. n. 4. 3.

C A P . I X .

68. Nam ut quaque rerum, &c.] Postremum hoc caput inscripsimus: Quod omnis iste ornatus ad ambitionem pertineat.

69. ex possessionum distributione, &c.] Adnotatu dignus locus contra eos, qui possessiones omnes omnibus communes esse volunt, quippe quem distributionem earum à Deo ordinatam adserat. Sive autem mox legas concupiscentiam concitat cum excuso, sive excitat cum 2. MS. Vatic. cod. perinde est, ad posteriorem letionem alludit magis tertius cod. MS. Legens: excutat.

70. vnde & nomen eius interpretandum, &c.] Elegans definitio ambitionis.

71. Non tanto maior, &c.] Non (inquit Rhenan.) pro: An non, seu Nōnne. Eodem modo dixit Exhort. ad capit. Non dicendum erit.

72. Breuius. loculis, &c.] Intelligent (inquit Rhenan.) repositoria, in quibus monilia magnum patrimonium a quantia fermentantur, aut ipsa monilia, que vice loculorum sunt.

73. Vno lino, &c.] Summa hac (inquit idem) vices quinque mille aureorium coronatorum. Hoc imitatus D. Hieron. in vita Pauli Eremitæ dixit, Qui uno filo villarū insuistit pretia. Atque de Sestertiis vide nostras Adn.

in B. Cypr. epist. 60. ad Episcopos Numidas n. 5.

74. Saltus & insulas, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) saltuum & insularum pretia. Sunt autem etiam inter lac domus, que non communibus pariteribus coniunguntur vicini, auctore Feijo. Atque in illo tenera certus emphasis est in tenera, quemadmodum est in eo quod maxime sequitur: Graciles aurum cuties. Similiter auctoratum B. Cypr. l. b. de Bono pudic. Mirum negotium, mulier ad omnia delicate, ad uitiorum sarcinas fortiores sunt vix.

75. Kalendarii expendunt, &c.] Kalendarii (eodem auctorante) significat eas tabulas domesticas, quae non singulos dies, sed menses singulos reficiunt. In hinc precepta erant ad Kalendas exigenda. Senatus.

88. Diutinem (inquit) illum putes, quia aurea supellectilis in via cum sequitur, quia in omnibus pronuntiatur, quia magna Kalendarij liber volvitur. Signanter enim dixit expendunt, hoc est in extrema auris pellicula apparet. De pretiosis inauribus loquitur. Exponit autem ipsum, quum inquit: Haec sunt vites ambitionis, tunisi virarum substantiam vno & mulleibi componebant. Similiter autem dicit B. Cypr. l. de Bono pudic. quorum pretia etiam sine arribus Kalendarii iuriis exceedunt, vbi etiam aliud auctoratum n. 5.

76. & finitura per singulos digitos de facie galilis ludit.] Ita ex conjectura Latini, omissa vobis persuasa. Similiter B. Cypr. l. de Bono pudic. Quid congitum tali auro ornatis nec intrare posse, nec credere possit. Multis hoc modo ut cetera omnia luxuria venientia gemmas addendo exquisiti fulgoris, confite epum in tos onerando. & Singulis primo digitis annos erat qui sunt minimis proximi; posset pollicem induere; deinde quisit et minimo dare; Gallie Britanni in medio dicuntur usque; hic nunc falsum exponit, omnes onerantur; atque etiam primitus articulatus bus aliis. Sunt qui tres unu minimo congerant, jam altera eorum ostentant.

ARGUMENTVM LIBRI DE CVLTV FOEMINARVM PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **I**US DEM penè argumenti est liber iste cum precedentibus, præterquam quicunque curam capilli & cutis magis peculiariter reprobat. Primum verò pudicitiam, quæ ancillas Dei deceat, non in sola doctriina, sed & cultus ac ornatus, ut à Genitibus differenti, carnis integritate, sed & cultus ac ornatus, ut à Genitibus differenti, ci mundicie.
- II. Deinde quodd studium placendi per decorum non de integra conscientia veniat, quod & temptationibus viam aperiat, & spectatoribus sit periculo.
- III. Quod item laude formæ frui ad gloriam, pertineat in carne; in qua non gloriandum, quum propter Christum lacerata durauerit, ut spiritus in ea coronetur.
- IV. Neque verò in maritorum gratiam id fieri debere, quum fidelis maritus formam non etet, infidelis suspectam habeat.

# Tertull. de Cultu fœminarum liber.

311

Maxime autem delinquere, quæ cutem medicaminibus vnguunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collinunt, reprehendentes artificem Deum quem emendant.

v.

Eas etiam quæ croco, uti Germanæ & Gallæ, capillum vertunt, male sibi flammæo capite auspicantes, & cerebro perniciem reseruantes.

v i.

Nec minus illas, quæ nescio, quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum alieni capitis, nunc in galcri modum vertici adfigunt, nunc collyridas quasdam ceruicibus astruant.

v ii.

Magis adhuc proprias formæ præstigias in viris improbari, ut fœminis placeant.

viii.

Quinuero & circa vestitum curandam esse impedimentorum amputationem; & si quis duitiarum natalium vel dignitatum ratio compellat pompaticas progredi, sic agant quasi non vitantur; non secus atque multi faciunt, sicut donatui se adsignantes propter regnum Dei.

ix.

Nimirum à Deo non esse vestium colores & officinas, aurique opera & lapillos, sed ab angelis peccatoribus; & etiamsi Esaias nullum cultum interdixisset, abstinere tamen debere quod non aedificet.

x.

Nullam enim esse causam structiūs prodeundi, quum procedendi omnis cauſa sit tetrica: antenim imbecillus aliquis visitandus, aut sacrificium offeratur, aut verbum Dei administratur, ac si necessitas Gentilium amicitiarum eas vocet, esse debere inter ancillas Dei & diaboli discrimen.

xii.

Præsertim quum lenocinia formæ magis conueniat; immo numquam non, proflitutis corporibus coniuncta esse & debita ex Scripturis constet.

xiii.

Denique lucere debere opera carum, & discutiendas delicias, quibus fidei virtus efficiari potest; quum tempora Christianorum, tunc vel maxime ferro transigerentur.

xiv.

Ceterū librum hunc Tertulliani patet esse, tum ex eo quod iisdem subinde verbis repeatat que precedentib[us] libro, tum quodd ad verbum quedam hinc B. Cyprianus desumpserit lib. de Discipl. & habitu virgin. Quare recte cum agnouerunt profetū germano adhuc Manuscriptum Trithemius & Politianus ubi suprā. Edidit primum ex Paterniacensi ac Hirsaugensi, deinde & ex Gorziensi codicibus Frobenius; castigauit Sigismundus Gelenius ex Anglico Lælandi codice; nos denique iterum restituimus ex tribus libris MS. Vaticanis, auctiorem quoque nostris, ad Rhenani adiunctis, Adnotationibus.

ULLIAN,  
in statu onibus  
MELI.

A.V.  
J6

## Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE 'CVLTV

FOEMINARVM LIBER.

**N**CILLAX<sup>2</sup> Dei viui, conseruæ & sorores meæ, quo iure deputor vobis, postremissimus omnium, qui de meo iure conferuit & fraternitatis audeo ad vos verba ista facere, non vtique affectationi, sed affectioni procurans in causa vestra salutis. Ea salus nec fœminarum modo, sed etiam virorum, in exhibitione præcipue pudicitiae statuta est.

**C**AP. I.

+ Nam cum omnes templum simus Dei illato in nos & consecrato spiritu sancto, eius templi aditura & antifæs pudicitia est, que nihil immundum nec prophænum inferri sinat, ne Deus ille qui inhabitat, inquinatam sedem offensus derelinquit. Sed modò non de pudicitia, cui indicenda & exigenda sufficiunt instantia vbiique diuina precepta, verum de pertinentibus ad eandem, id est qualiter vos incedere oporteat. Pleraque enim (quod ipsum, mihi reprehendendo in omnibus reprehendere Deus permittat) aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audacter, ita ingrediuntur, quasi pudicitia in so-

I. Cor. 3.

Dd ij

la carnis integritate, & stupri auersione consistat, nec quicquam extrinsecus opus sit, de cultus dico & ornatus dispositione. Sed enim perseverant in pristinis studiis formæ & nitoris sui, eandem sui circumferentes quam fœminæ Nationum, à quibus abest conscientia veræ pudicitiae: quia nihil verum in his quæ Deum neſciunt præsidem & magistrum virtutatis.<sup>7</sup> Nam etiæ qua in Gentilibus pudicitia credi potest, vñque adeò eam imperfectam & inconditam conſtat, vt licet animo aliquatenus tenax sui agat, in habitus tamen licet ſeſe diſſoluat propter veritatem Gentilium, ſolatiū appetēdo cuius rei deuitat effectum. Quota denique eſt quæ nec placere quidem extraneis concupifcat, quæ non velit idcirco ſe<sup>8</sup> expingere, vt neget appetitum. Quanquam & hoc Gentili pudicitia familiare fit, non delinqueret, attamen velle vel etiam nolle, attamen non denegare, mirum: quia perueniunt omnia quæ à Deo non sunt. Videant igitur quæ totum bonum non obtinendo, facili & quod obtinent, malo permifcent. Vos ab illis, vt in ceteris, inceſſu quoque deuerteret necessarium eſt: quoniam perfectæ eſſe debet, ſicut pater vester qui eſt in celis. [9] Perfectæ autem, id eſt Christianæ pudicez, appetitionem ſui non tantum non appetendam, fel etiam execrandam vobis ſciatis: primò quod non de integra conscientia venit ſtudiu plenarii per decorum, quem naturaliter inuitatorem libidinis ſcimus. Quid igitur in te enatas malū iſtud: quid inuitas,<sup>10</sup> cuius te profiteris extraneā? Tum quod tentationibus vni aperire non debemus, que non nunquam (quod Deus à ſuis abigat) inſtando perficiunt certè vel ſpiritu ſcandalum permouent. Debemus quidem ita ſancte & tota fidei ſubſtituta incedere, vt confessa & ſecura ſumus de conscientia noſtra, optantes perseverare id in nobis, non tamen præſumere. Nam qui præſumit, minus veretur, minus præcauet, plus perclitatur. Timor, fundamentum ſalutis eſt: Præſumptio, impedimentum timoris. Vt in ſeſe ſi<sup>11</sup> ſperemus nos poſſe delinquere: ſperādo enim timebimus, timendo cauebimus, uendo ſalui erimus: contrà ſi præſumamus neque timendo, neque cauendo, difficultateſ ſerimur. Qui ſecurus agit, non eſt ſollicitus, non poſſidet tutam & firmam ſecuritatem, qui ſollicitus eſt, is vere poterit eſſe ſecurus. Et de ſuis quidem ſervis Dominus pro milie cordia ſua curet: etiā præſumere illis de bono ſuo ſeſcliciter licet. Quid autem alterius ſumus? quid illis alteri cōcupiſcentiam importamus? quam ſi Dominus ampliante legem à factō ſtupri non diſcernit in poena, nescio an impunè abeat qui alicui ſuertit conſecutionem perditionis. Perit enim ille ſimil in tua forma ſi cōcupirerit, & admisit iam in animo quod concipiuit, & facta eſt tu gladius illi. Vt à culpa vaces, ab iniuria nō liberaberis. Vt cum alicuius agro latrociniū geſtū eſt, crimen quidē dominum non conſtringt: dum reſumen eius ignominia notatur, ipſe quoque infamia aſpergitur. Expingamus nos<sup>12</sup> vñre, pereant: vbi eſt ergo,<sup>13</sup> Diliges proximum tuum ſicut teipſum? Nolite vefra curare, fed terius. Nulla enunciatio ſpiritus ſancti, ad præſentem tantum materiam, & non ad omnem vtilitatis occaſionem dirigi & ſufcipi potest. Cūm igitur & noſtra & aliorū cauia veſtimenta in ſtudio pericolififfimi decoris, iam non tantum conſecræ &<sup>14</sup> elaborare libidinis ſequacium reſuſtum recuſandum à vobis ſciatis, ſed etiam naturalis ſpeciositatis obliterādum, diffimile non eſt, vt ſeſcilitas corporis,<sup>15</sup> vt diuinæ platiſicæ acceſſio, vt anima aliqua veſtis virtutum timendum tamen eſt vel propter inuriā & violentiam ſpectatorum, quæ etiam patet dei Abraham in vxoris ſuæ ſpecie pertinuit, &<sup>16</sup> ſororem mentitus Sarai, ſalutem cœli melia redemit. [17] Nunc non ſit timenda dignitas formæ, vt nec poſſidentibus granis appetentibus extiſta, nec coniunctis periculofa, nec exposita tentationibus, non circuſta ſcandalis exiſtimetur: ſufficit<sup>18</sup> quod angelis Dei non eſt neceſſaria. Nam vbi pudicitia vacua pulchritudo, quia proprieſtus & fructus pulchritudinis corporis, luxuria, mali, quiſ alijs eſſe decorum arbitratur. Ille ſibi formositatem & datam extendant, & non conquirant, quæ quod ab illa flagitatur, ſibi quoque praefare ſe putant, quum alteri perſtant. Dicet aliquis, Quid ergo, non eſt excluda luxuria admissa caritate? Laude formis, frui, & de bono corporis gloriari licet. Viderit quem iuuat de carne gloriari. Nobis amittit professionibus humilitatis ex preceptis Dei. Dein ſi omnis gloria vana & ſtupida quanto magis quæ in carne? Nobis duntaxat. Nam etiæ gloriandum eſt, in ſpiritu honorum, non in carnis placere velle debemus, quia ſpiritualium ſectatores ſumus. In quibus speramus, in illis & gaudemus. De his gloriā capimus, de quibus ſalutem ſperamus. Plane riabitur Christianus in carne, ſed quum propter Christum lacerata durauerit,<sup>19</sup> vt &

CAP. II. [18]

[19]

Matth. 5. [20]

Gen. 12. [21]

Ex. 20. [22]

CAP. III. [23]

1. Cor. 11. [24]

Matth. 19. [25]

Gen. 12. [26]

Ex. 20. [27]

CAP. III. [28]

1. Cor. 11. [29]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

A tus in ea coronetur, nō vt oculos & suspria adolescentium post se trahat. Ita quod ex omni parte in vobis vacat, merito & non habentes fastidiatis, & habētes negligatis. Sancta fœmina sit naturaliter speciosa, non adeo sit occasio. Certè si fuerit, non ignorare, sed etiam impetrare se debet. [20] Quasi Gentilibus dicam, Gentiles communionū præceptis allo-

CAP. III.

quens, Vos solis maritis veltris placere debet. In tantū autē placebitis eis, in quātum alteris placere non curaueritis. Securæ estote benedictæ. Vxor nulla deformis est marito suo. Satis placuit cum electa est, seu moribus, seu forma commendata. Ne que vestrum putent, si temperauerint à compositione sui, odium & auerionem maritorum prosecuturas. Omnis maritus castitatis exactor est. Formam verò fidelis non expectat, quia non iſdem bonis quæ Gentiles putant, capimur. Infidelis contrà etiam suspectam habet, vel [21] propter illam sceleratam in nos opinionem Gétilium. Cui ergo pulchritudinem tuam nutritas, si fidelis non credit: quid gestias aut suspeſto, aut non desiderati placere? [22] Hæc vtique non ad crudam in totum & ferinam habitudinem insinuandā

CAP. V.

vobis fuggeruntur, nec de bono corporis squalorem, sed de pudoris suademuſ, sed de modo & cardine, & iuſtitia corporis excolendi. Non supergrediendum ultrā quātum quod simplices & ſufficientes munditia concupiſcant, ultra quātum Domino placere. In illū enim delinquent, quæ [23] cutem medicaminibus vnguunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collidunt. Diſplicet illis nimirūm plāſtica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim cūm emendant, cūm adiiciunt, vtique ab aduersario artifice ſumentes additamenta iſta, id est diabolo. Nam quis corpus monſtraret mutare, nū qui & hominis ſpiritu malitia transfigurauit, ille indubitate huiusmodi ingenia concinnauit, vt in nobis quodammodo manus Deo inferret. Quod naſcitur, opus Dei est. Ergo quod ſingitur, diaboli negotium eſt. Diuino operi, ſatanæ ingenia ſuperducere quātum ſcelestum eſt. Serui noſtri ab inimicis noſtris nihil mutuātur, milites ab hoſte Imperatoris ſui nihil concupiſcūt. De aduersario enim eius in [24] cuius manu ſit, aliquid vſui poſtulare transgressio eſt. Christianus à Malo illo adiuuabitur, neſcio an hoc nomen ei perleueret. Erit enim eius, de cuius doctrinis instrui concupiſcit. Quātum autem a noſtris diſcipulis & professionibus aliena ſunt, quātum indigna nomine Christiano, faciem fictam geſtare, quibus ſimplicitas omnis indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non ſit, quibus alienum abſtinendum: ſpeciem exercere, quibus ſtudium pudicitiae eſt: Edite benedictæ, quomodo præcepta Dei custodietis, linimenta non cuſtodiētes? [25] Video quasdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam na-

CAP. VI.

tionis ſuā, quod nō [26] Germanæ aut Gallæ fint procreata, ita patriam capillo transferunt. male ac pefſimè [27] ſibi aufſicantur flāmeo capite, & decorū putant quod inquinant. Atqui & detrimentum crinibus medicaminū viſ inurit, & cerebro perniciē etiam cuiuslibet ſyncreti humoris affiditas referuat, tū ſolis animando ſimul & ſiccādo capillo exoptabilis ardo. Quis decor cum iniuria: quæ cum immunditiis pulchritudo? Crocum capiti ſuo mulier Christiana ingerit vt in aram. [28] Quodcumque enim immūdo ſpiritū excremari ſoleret, id niſi probis & neceſſariis & ſalubribus viſib⁹ adhibeat, ad quod creatura Dei eſt prospœcta, ſacrificiū videri potest. Sed enim Dominus ait, Quid [29] veſtrū potest capillum atrū ex albo facere, aut album ex atro? Hæc quæ reuincent Deū. Ecce, inquiunt, pro albo [30] veſtrato, flānum facimus gratiæ faciliorē: quāuis & atrum ex albo conantur facere, quas pene nituit ad ſenectātē vſque vixiſe. Prò temeritatē! Erubescit atas exoptata votis, furtum cōfiteretur, adolescentia in qua delinquimus ſuſpiratur, occasio prauitatis interpolatur. Abſit a ſapientie filiabus ſtultitiatā. Senectus cūm plus occultari ſtudierit, plus detegetur. Hæc eſt æternitas noſtra, de capitib⁹ iuuētute. Hanc incorruptibilē [31] habemus ſemper induere

Psal. 83.

ad domū Domini, [32] quā ἀργεῖ pollicetur. Benē properatis ad Domīnū, benē festinatis excedere de iſto iniquissimo ſeculo, quib⁹ in fine appropinquare deformē eſt. [33] Quid enim CAP. VII.

tanta orandi capitib⁹ onerofitas ſalutē ſubminifra? Quid crinibus veſtris quiescere nō li-  
ceret, modō ſubſtrictis, modō relaxatis: modō ſuſcitatib⁹, modō eliſis? Alię gestū in cincinnis  
coercere, alię vt vagi & volucres elabantur nō bona ſimplicitate. [34] Affigitis præterea ne-  
ſcio quas enormitates ſutiliū atq; textiliū capillamētorū, nūc in galeri modū, quæ vaginā  
capitis & operculū verticis, nunc in ceruicem retrō ſuſgettū. Mirū quid contra Domini  
præcepta contenditur. Ad [35] menſuram neminem ſibi adiicere poſſe pronunciatiū eſt. Vos

Matth. 6.

precepta adiicitur. Ad [36] menſuram neminem ſibi adiicere poſſe pronunciatiū eſt. Vos  
Plane adiicitis ad pondus, [37] collyridas quasdam, ſcutorum vmbilicos, ceruicibus aſtru-

Dd iii

ULLIAN,  
in statuonibus  
MELI.

A.V.  
J6.

## Tertulliani de

314

do. Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti: ne exuuias alieni capitum forf<sup>1</sup>tan immundi, forsan nocentis & gehennæ destinati sancto & Christiano capiti<sup>2</sup> suppares, Immò hanc ornatus seruitutem à libero capite propellite. Frustrà laboratis ornatae videt, fruſtrā peritissimos quoſque ſtructores capillaturaē adhibetis. Deus vos velari iubet. Credo ne quarundam capita videantur. Atque utinam miserrimus ego, in illo die Christiana exultationis, vel inter calcanea veftra caput eleuem, videre, an cum<sup>3</sup> 8 ceruffa, & purp<sup>9</sup>riſſo, & croco, & in illo ambitu capitum refurgatis: an taliter expictam,<sup>10</sup> angeli in nobis ſubleuent obuiam Christo. Si nunc bona & Dei ſunt, tunc quoque occurrent reſurgentibus corporibus, & ſua loca agnoscant. Sed non potest reſurgere niſi caro ac ſpiritus loſt ac purus. Damnata ſunt igitur quæ in carne & ſpiritu non reſurgunt, quia Dei non ſunt. CA.viii. Damnatis hodie abſtinete. Hodie vos Deus tales videat, quales tunc videbit. [40] Videbit et nunc & vir & ſexu æmuluſ ſeſminas à ſuis depello. An & nobis quædam reſpectu obediendæ grauitatis propter metum debitum Domino, detrahunt? Siquidem & viris propter ſeſminas, & ſeſminis propter viros vitio natura ingenita eſt placendi voluntas. Proprijsque præstigias formæ, & hic ſexu ſibi agnoscit, barbam acriū cädere, interuellet, circundare capillum, diſponere, etiam<sup>11</sup> colorare canitem, primā quamque ſubducere totius corporis lanuginem, pigmento quoque muliebri diſtinguere, cetera pulueris cuiusdam asperitudine leuigare, tum ſpeculum omni occaſione conſulere, anxiis infipere; cum tamen cognito Deo adempta placendi voluntate, per luxuria vacationem, omnia illa in ocioſa, vt hostilia pudicitia recuſantur. Nam vbi Deus, ibi pudicitia, ibi grauitas adiuvit & ſocia eius. Quo ergo pacto pudicitiam ſine instrumento eius, id eft ſine grauitate trahimmoſ? Quomodo autem grauitatem adminiftranda pudicitia adhibebimus, niſi & in cie, & in cultu, & in totius homini contemplatione, feueritas circumferatur? [41] Quod obrem erga uestitū quoque & r. aliqua compositionis uestrae impeditamenta, proinde volu curanda eft amputatio, & decuſſio redundantioris nitoris. Nam quid prodeſt, faciem quidem frugi & expediatam & ſimplicitate condignam diuinæ disciplinæ exhibere, cetera corporis, lacinoſis pomparum & deliciarum ineptiis occupare? Haec pompa quidem proximo current luxuriæ negotium, & obſtrepant pudicitia disciplinis, dinofcere in factu eft, quod gratiam decoris cultus ſocietate proſtituant: adeo ſi defint irritam & ingratam reddunt, velut<sup>12</sup> exornatam & naufragam. Contraria ſi forma deſicit, ad miniculum nitoris, quaſi de ſuo gratiam ſupplet. Averages denique requietas iam & in portum modeſta ſe ductas ſplendor & dignitas cultus auocant, & ſeu eritatem appetitionib. inquietant, con penſantibus ſeſlicet habitus irritatum pro frigore etatis. Ergo benedictu, primi quidem vt lenones & proſtitutores uestitus & cultus ne in vos admiseritis, tum ſi<sup>13</sup> quoniam diuitiarum ſuarum vel natalium, vel retrò dignitatum ratio compellit, ita pompa quoniam gredi: vt ſapientiam consecuta, temperare faltem ab huilimodi curate, ne totis habent licentiam vñerpetis prætexto neceſſitatis. Quomodo etenim humilitatem quam Chrifti profitemur, implere poterimus, non<sup>14</sup> repaſtinentes diuitiarum uestrarum vel elegiarum vſum, quæ ad gloriam faciunt? Gloria autem<sup>15</sup> reconſueuit. Non enim viena nostris? Quis autem prohibet vti? Secundum Apoftolum tamen, qui nos vti moneretur do isto,<sup>16</sup> quaſi non abutamur. Præterit enim, inquit, habitus huic mundi. Et qui emittunt, ſic agant quaſi non poſſidentes. Cur ita quoniam preſumerat dicens: Tempore collecto eſt. Si ergo vxores quoque ipſas ſic habendas demonstrat, tanquam non habentur, propter anguſias temporum, quid de vanis hiſ instrumentis earum? Non enim remiſſam voluptatem ſponte ponentes? Quidam ipſam Dei creaturā ſibi interdicunt, abſentia vſe eftis diuitiis atque deliciis, ſatis dotum uestrarum fructum caridifis. Vnde noſ ſalutarium disciplinarum, noſ ſumus in<sup>17</sup> quos decucurrerunt fines ſeculorum. Noſ ſtinati à Deo ante mundum in aestimationem temporum, tanquam caſtigando & cultu do (vt ita dixerim) ſeculo eruditur à Domino. Noſ ſumus circunciſio omnium & ſpiritualis & carnalis, nam ſpiritu & carne ſecularia circuncidiimus. [18] Nimirum Deus demonſtrauit ſuccis herbarum & concharum aluciſ incoquere lanas. Excluſio illi cum vniuersa naſci iuberet, purpureas & coccineas oues mandare. Deus & ipſe uestium officinas commentus, quo ſeues & exiles, ſolo pretio graues eſſent: Deus &

1. Cor. 7.

1. Cor. 10.

Philip. 3.

C. A. P. X.

A tanta opera produxit contemplādis & distinguendis lapillis: Scrupulosa Deus auribus vulnera intulit: & tanti habuit vexationem operis sui, & cruciatus infantiae tunc primū dolentis, vt ex illis ad <sup>55</sup> ferrum nati corporis cicatricibus, grana nescio quæ penderent, quæ plane Parthi per omnia quæque sua <sup>56</sup> bullarum vice inferunt. Quanquam & aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula seruire referunt Gentilium litteræ.

Adeò non veritatem bona sunt, sed raritate. Per angelos autem peccatores demonstrata <sup>Gen. 6.</sup> sunt, qui & ipsas materias prodiderūt, & <sup>57</sup> operofitas eum raritate commissa pretiositate, ex ea libidine possidētæ pretiositatis foeminarum. Quod iidem angeli, qui & materias huiusmodi illecebras detexerunt, <sup>58</sup> aurum dico & argentum illustrium, & opera eorum tradiderunt, etiam <sup>59</sup> calliblepharum vellerūmque tinturas inter cetera docuerūt, damnati à Deo sunt, vt Enoch refert. Quomodo placebimus Deo, gaudentes rebus illorum quiriram & animaduersorūm prouocauerunt? Nunc Deus ista prospicerit, Deus permisit, <sup>60</sup> nullam de conchylio vestem Eſaias increperet, nullas lunulas reprobet, nullum bo-

Iſai. 3.

tronatum retundat: tamen non vt Gentiles, ita nos quoque nobis adulemur, institutorem Deum solummodo existimantes, non etiam <sup>61</sup> despectorem institutorum suorum. Quāto enim melius & cautiūs egerimus, si præsumamus omnia quidem à Deo prouisa tunc, & seculo posita, vt nunc esset in quibus disciplina seruorum eius probaretur: vt per licentiam videnti, continentia experientia procederet? Nōnne sapientes <sup>62</sup> patres familie de industria quedam seruis suis offerunt atque permittunt, vt experiantur an æqualiter permisit  
B utantur, si probet, si modeste? Quanto autem laudabilior qui abstinuerit in totum, qui timerit etiam indulgentiam Domini? Sic igitur & Apostolus: <sup>63</sup> Omnia, inquit, licent, sed non omnia ædificant. Quanto facilius illicita timebit, qui licita verebitur? [ <sup>64</sup> Quæ au-

1. Cor. 10.  
Cap. xi.

tem vobis causa est strūtiūs prodeundi, quum remora sitis ab his quæ ad aliud indigent? Nam nec tempa circuitis, nec spectacula postulatis, nec festos dies Gentiliū nostis. Propter ipsum enim conuentum, & mutuum videre ac videri omnes pompa in publicum proferuntur, aut vt luxuria negotietur, aut gloria insolecat. Vobis autem nulla procedendi causa non tetrica. Aut imbecillis aliquis ex fatib⁹ visitandus, aut <sup>65</sup> sacrificium offeratur, aut Dei verbum administratur. Quodus horum, grauitatis & sanctitatis negotium, & cui opus non sit habitu extraordinario, & <sup>66</sup> composito, & soluto. Ac si necessitas amicitarum officiorūmque Gentilium vos vocat, cur non vestris armis induitæ proceditis, tanto magis, quanto ad extraneas fidei? vt sit inter ancillas diaboli & Dei disserimen: vt

exemplo sitis illis, vt ædificantur in vobis: vt (quomodo ait Apostolus) <sup>67</sup> magnificetur <sup>philip. i.</sup> Deus in corpore vestro. Magnificatur autem, si per pudicitiam, vtique & per habitum pudicitiae competentem. Sed enim dicitur à quibusdam, Ne <sup>68</sup> blasphemetur nomen in <sup>Rom. 2.</sup> nobis, si quid de pristino habitu & cultu detrahamus. Non auferamus ergo nobis & vitia pristina, simus & morib⁹ iisdem, si & superficie eadem: & tunc verè non blasphemabunt Nationes. Grandis blasphemia, si qua dicatur, ex quo facta est Christiana, pauperius incedere. Timebit pauperior videri, ex quo locupletior facta est, & sordidior, ex quo inuidior.

C Secundum Gentilium, an secundum Dei placitu incedere Christianos oportet? [ <sup>69</sup> O- CAP. XII. ptimus tantummodo, ne iusta blasphemationis causa simus. Quanto autem blasphemabile est, si quæ sacerdotes pudicitiae dicimini, impudicarum ritu procedatis cultæ, aut expictæ: Aut quid minus habent infelicissima illæ <sup>70</sup> publicarum libidinum vi timi? quas si <sup>71</sup> quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coërcabant, iam certe seculi improbitas quotidie infurgens honestissimis quibusque foeminiis usque ad errorem dinoscere coëquavit: quanquam lenocinia formæ nunquam non prostituto corpori coniuncta & debita, etiam scripturæ suggestur. Illa <sup>72</sup> ciuitas valida, quæ super septem montes &

Apoc. 17.

plurimas aquas præsidet, quum prostitutæ à Domino appellationem meruisse, quali habitu appellationi suæ comparata est? Sedet certe in purpura cum coccino, & auro, & lapi- deo pretioso, quæ maledicta sunt, fine quibus non potuit maledicta & prostituta defcribi. <sup>73</sup> Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat, idcirco Iudea suspicioni visa est quæstui <sup>Gen. 38.</sup> sedere, adeò, quia sub velamento latebat, habitus qualitate quæstuarium mentiente, & fecit vt quæstuarium, & voluit, & compellauit, & pæctus est. Vnde addiscimus aduersus congresus etiam, & suspiciones impudicas prouidendum omni modo esse. Quid enim castæ mentis integritas in alterius suspicione maculatur? quid speratur in me quod auerter? cur non mores meos habitus pronunciari, ne spiritus per aures ab impudentia vulneretur? Li- ceat videri pudicam, certe impudicam non licet. [ <sup>74</sup> Aliqua forsan dicat: Non est CAP. XIII.

Dd. iiiij

ULLIAN,  
in statuonibus  
MELI.A V.  
J6.

1. Reg. 16. mihi necessarium hominibus probari: nec enim humanum testimonium requiro. Deus  
conspicitor cordis est. Scimus omnes, quum tamen quid idem per Apostolum dix-  
rit recordemur: <sup>75</sup> Probum vestrum coram hominibus appareat. Ad quid, nisi ut ma-  
litia ad vos accessum omnino non habeat, & vt malis & exemplo & testimonio sitis? Aut  
philip. 4. quid est, Luceant opera vestra? <sup>76</sup> Aut quid nos Dominus lumen terræ vocavit? quid  
Matth. 5. ciuitati supra montem constituta comparauit, si non relucemus inter tenebras, & <sup>77</sup> ex-  
tamus inter diuersos? Si lucernam tuam sub modium abstrueris, in tenebris relucere  
multis inculceris necesse est. Hac sunt quæ nos <sup>78</sup> luminaria mundi faciunt, bona scilicet  
nostra. Bonum autem duntaxat verum & plenum non amat tenebras, sed gaudet vi-  
deri, & ipsa <sup>79</sup> denotione sui exultat. Pudicitia Christianæ satis non est esse, verum &  
videri. Tanta enim debet esse plenitudo eius, vt emanet ab animo in habitum, & en-  
ter à conscientia in superficiem, vt & fortis inspiciat quasi supellecitem suum, vt conve-  
niat fidei continenda in perpetuum. Discutienda enim sunt delicia, quarum molliori  
& fluxu fidei virtus effeminari potest. Ceterum nescio an manus <sup>80</sup> spathalio circum-  
dari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat. Nescio an crus de <sup>81</sup> periscelio in ne-  
num se patiatur artari. Timeo ceruicem, ne margaritarum & smaragdorum laqueis oc-  
cupata, locum <sup>82</sup> spathæ non det. Quare benedictæ meditemur duriora, & non sentie-  
mus: relinquamus latiora, & non desiderabimus. Stemus expeditè ad omnem vimini-  
hil habentes quod relinquere timeamus. Retinacula ista sunt spei nostra. Proiciamus  
Exod. 32. ornamenti terrena, si cœlestia optamus. Ne dilexeritis aurum, in quo prima delicia  
populi Israëlis denotantur. Odisse debetis quod Iudeos perdidit, quod derelinquer-  
tes Deum, adorauerunt: iam tunc aurum ignis est esca. Ceterum tempora Christi  
norum semper & nunc vel maximè, non auro, sed ferro transfiguntur: stola <sup>83</sup> martyrum  
præparantur, Angelis bauis sustinentur. Prodite vos iam medicamentis & omni-  
Apocal. 6. mentis exstructæ Apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia rubo-  
rem, depictæ oculos verecundia, & spiritus taciturnitate, inferentes in aures sermones  
Dei, annectentes ceruicibus iugum Christi. Caput maritis sublæcite, & satis ornatus.  
Manus lanis occupata, pedes domi figite, & plus quam in auro placebunt. Vello  
vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae. <sup>84</sup> Taliter pigmentetur  
Deum habebitis amatorem.

### ADNOTATIONES IACOBI PAMELI IN LIBRVM DE CVLTV FOEMINARVM.

1. DE CVLTV.] Esi lib. preced. cap. 4. & infra,  
non semel cultum ab ornatu distinxerit, hic certe in  
titulo cōsundi ab Auctore patet quid DE CVLTV,  
inscripsit hunc librum, quum tamen maxime de orna-  
tu, quemadmodum illi interpretatus est, agat, vtpote de  
cura capilli & cuius, seu de fuis & capidorum tintura.  
Hinc paulopost utrumque coniungit: de cultus di-  
co & ornato dispositione. Cap. interim 9. rursum  
de vestitu agens propriæ: quid gratiam (inquit) decori-  
ris cultus societate prouertuant; at paulopost: pro-  
stitutores vestitus & cultus; item cap. ii. de pristino  
habitu & cultu. Similiter etiam ornatum propriæ  
accepit cap. 7. his verbis: tanta ornandi capitï one-  
rotas; ac cap. 12. Thamar illa, quia se expinxerat  
& ornauerat.

#### C A P . I.

2. Ancilla Dei viui, &c.] Caput hoc inscriptissimum:  
Quid pudicitia etiam in cultu ornataque consi-  
stat. In quo vel maxime imitatur Auctor B. Cyprianus  
libro in Argumento citato de Dif. & hab. virgin.

3. postremissimum.] Superlativum est (inquit Rben.)  
superlativi. Significare vult plusquam summa animi de-  
misiōnem. Quo alludit his verbis B. Cyprian. ubi sopra,  
num. 16. Id has loquimur, has adhortamur affectione

potius quam potestate. Non quid nos extremi & ar-  
& humiliatis nostre admodi confus. &c. Hoc em-  
quod addit Auctor: non vtique affectionati, sed  
fectiōni.

4. Nam quum omnes templū simus Dei. At  
Ex 3. MS. Vatic. cod. adieciimus: Dei, quippe quid illud  
Apostolus, & B. Cypr. Auctori imitamus, vñ ita impa-  
tient: scientes quid templā Dei membra in fratre.  
Eorum templorum cultores & Antilites sumus, si  
militier etiam lib. de Pudicitia Auctor. Ex quā con-  
legimus: & consecrato spiritaliſcō, p̄n coeleſ-  
tato. itē: adiutia & Antilites pudicitia, praedicta  
Quid vero significat Antilites, natio Apoloni. dicim  
num. 2. & de Ediſtis, lib. de Idol.

5. qua nihil immundum, &c.] Similiter B. Cy-  
nequid immundum & profanū templo Dei infici-  
re offendit sedem quam inhabitat, derelinqui-  
re diuinā præcepta.] Quibus scriptis indicata signifi-  
cacia, videre est lib. de Pudicitia, tum Auctor, p̄n  
Cypriani. At qui illud: mihi reprehendendo, dico, ut  
dictum esse adnotat Rbenan, hoc est, digna qui repre-  
dar. Ego vero ex MS. 3. Vatic. lego: Sed enim per-  
uerant, pro: perseuerēt, & forma & nitens.

*Latinio*, candem nempē formam circumferentes, &c.  
7. Nam & si qua in Gentilibus pudicitia credi potest.] Correctio est eius quod premisit: nihil verum, &c. contra eos qui virtutes in Gentilibus peccatae autem, quem hic Auctori sufficiat imperfetam pudicitiam illis adscribere. Adnotat autem Ironicē dictū Rhenan propter veritatem Gentilium. Ego malum legere, quod in Ledit. ad marginem adnotatur vanitatem, nisi refrigerarentur MS. codices. Ex querum uno lego: deuit effectum, pro affectum; & sexta 1. edit. in marg. cum Latinio: Quota denique est, pro eo quod alijs: Tota.

8. expingere.] Eodem modo dixit capite sequi. Expingamus nos, & cap. 12. Thamar illa, quia se expinxerat & ornauerat, ex quo patet haec voce ornatum intelligi. De voce autem Tertullianica: deuertere, alibi latius.

## C. A.P. II.

9. Perfecta autem, id est, Christiana pudicitia, &c.] Inscriptiones huic capituli dama. Quod studium placendi per decorum de integra conscientia non veniat. In quo similiter Auctorem B. Cyprian. imitatur de Discipl. hab. virg. his verbis: Ceterum si sunt proficiuntur comes, &c.

10. cuius te profiteris extraneam.] Extraneas cum Genitio, quales etiā locos sum hic, tum alibi adnotat Rhenan. lib. de Resurr. carnis: extranea gloria, lib. 2. adu. Mare. Quis malis extraneus, & lib. 5. adu. cūdem: extranei sacramenti, id est, à sacramento.

11. Si speremus non posse delinqueret.] Sperare inquit idem pro sineve, ut hī mox. Sperando enim timebimus; & in superioribus libris sēpē. Terentius: Nā quid tu speras, propulsabo facile. Sic etiam supra lib. de Penitent. aut idem libi de die sperent; & lib. de Palli. Campania taret. Legimus autem mox cum Latinis: eiam præsumere illis, pro illi. Qui superfluum putat illis, ibi: quid alteri concupiscentiam importamus. Verum Rhenanus mox non male explicat: illis, subaudi, formā studis. Paulopōst retinemus cum excusamento quidem dominum non constringit, pro eo quā V. at. MS. 2. crimen.

12. vt alteri percentant.] Alteri plurali numero, pro alijs. Quemadmodum etiam infra cap. 4. Alteris placere. Cui similiter Cicero lib. 6. epist. ad Torquatum epist. 3. alteri dicuntur, alteri vīctōrem timent.

13. Diliges proximum tuum sicut teipsum.] In MS. 3. deest: tuum; sed legitur apud Matth. & Grēce & Latine.

14. elaborata libidinis suggestum.] MS. 3. cupidinis, perinde est. Rekte autem Rhenan. suggestum interpretatur adparatum, cum etiam alibi frequenter in ea significatio utatur Auctor.

15. vt diuina plastica accessio.] similiter infra Auctor cap. 5. Dispicet illis nimis platica Dei. & B. Cyprian. lib. de Hab. virg. quid opus Dei & fama & platica adulterari nulo modo debeat.

16. & sororem mentitus Sarah. ] Mentihi accepit pro simulare, quemadmodum & Ilinus lib. 35. cap. 6. Color ille chrysocolor am mentitur. Neque enim ego existimo alius sensisse Auctorem, quam Origenem hom. 6. in Gen. qui Allegorice interpretatur, aut B. Chrysost. hom. 32. in Gen. qui fictione nuncupat, aut B. August. qui latiss. à mendacio Abraham excusat lib. 22. adu. Faustum, cap. 33. 34. & 35. & lib. contra mendac. ad Consent. Non enim dixit (inquit) Non est vxoris mea,

sed dixit, soror mea est; quod erat reuera tam propinquā genere, ut soror non mendaciter diceretur, &c. Aliiquid ergo veri tacuit, non falsi aliquid dixit, maximē quum pro iis etiam faciat, quod illud Gen. 12. Et bene mibi sit propter te, quidam recentiores ex Hebreo vertant. In involutione fuisse in fictione tua. Latif. autē de tota hac materia mendacī idem tractat, tum eo libro, iū preced. ad eundem Consentum, quem de Mendacio inscripsit.

## C. A.P. III.

17. Nunc non sit timenda, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod quum in carne gloriandum non sit, nec proinde etiam in laude formæ.

18. quod angelis Dei non est necessaria. ] Videatur aliquid ad illud 1. Cor. 11. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos. De quo latius lib. sequi. de Vel. virg. Paulopōst autem inixa 1. edit. ex 3. Vat. MS. cod. legimus: professionibus humilitatis, pro professoribus. Sive autem legas: Dein cum excusione: Deinde cum MS. perinde est. Eadem est ratio vtrum legas: Nobis dūntaxat, an, & vobis. Atque de stupore, pro ornato, à quo deudita vox: stuporata, lib. preced. dūnimus.

19. vi & spiritus in ea coronetur.] Perpetuū hoc ad coronam seu mercedem bonorum operum, de qua supra lib. ad Martyr. cap. 3. nn. 43. Illud autem in calce huic capituli: non ignorare, accipiter, pro nō tantum ignorare. Simile est illud B. Cyprian. Epiphonema lib. de Hab. virg. Cum virginitas in vobis operit coronari.

## C. A.P. IV.

20. Quasi Gentilibus dicam, &c.] Breui capiti breuem titulum adscribimus: Quod mariti causa cōponere se mulier non debet. B. Cyprian. quasi alius agens, eiusdem meminit lib. de Hab. virg. ubi num. 61. documus ex Ambro. & August. nuptias facūm excusare non posse. Rekte autem interpretatur Rhenan. Iram esse in verbis illis: vos solis maritis vestris placere debetis, & alloqui illas Auctorem, iuxta quod premitit: Quasi Gentiles, hoc est paulo indulgentius, oblitum discipline superioris. Vix enim vxoribus permittit ut propriis maritis placeant.

21. vel propter illam sceleratam, &c.] Quod videlicet Christiani (inquit Rhenan.) cum matribus & sororibus incestam exerceret libidinem in consuetudinis suis, de qua latius Apologet. cap. 7. 8. 9. & Adnotat, nos stris ibidem.

## C. A.P. V.

22. Hac vtique non ad crudam, &c.] Inscriptio huic capitis est: De fuco quo cutem vnguent. Rekte autem Auctor (vii adnotat Rhenan.) nam matronas Christianas decet neglecta mundicie, ut est apud D. Hieron.

23. quae cutem medicaminibus vnguent, &c.] Ita ex 3. MS. pro: vnguent. Quod autem hic dicit: genas rubore maculare, & infra cap. 7. cum ceruſa & purpuro, B. Cyprian. de Hab. virg. genas mendacio ruboris inficere dixit: & quod hic: oculos fuligine collinere, ac supra lib. preced. cap. 2. nigro pulucre oculorum exordia producere; ibidem Cyprian. oculos circumducto nigrore facere; & rursum: nigro pulucre vel rubore aut quolibet denique linimenta matina corrumpente medicamine adulterare; & lib. de Pudicit. oculorum extremitates suffucare. Qui etiam idipsum apostolus Angelis tribuit. De quo vide Adnot. nostras in priorem lib. num. 55. ad postremum. num. 44.

24. in cuius manu sit.] Iuris (inquit Rhenan.) sermo

ULLIAN,  
in statuonibus  
MELI.

V.  
J. 6.

## Adnotat. in lib.

318

est hoc est, in cuius potestate sit, neendum manum issus: cuius manus ipsius sit. Domini periphrasis est. De significacione Malii, pro diabolo, vide supra lib. de Patient. num. 70.

Legimus autem: à nostris disciplinis, pro vestris: & paulopost: Edite benedicto, ex castigatione Harrisi,

pro: Credite. Pro isdem demique Author accepit: faciem

fictam gestare, effigiem mentiti, speciem exercere.

CAP. VI.

25. Video quasdam & capillū croco vertere.] Similis huius capitū titulus: De capillorum colore immutato. De eodem mox: crocum capitū suo mulier Christiana ingerit, & capite sequ. an cum croco, &c. resurgatis. Quid autem croco fieret, paulopost indicat, flauum facinus. Hinc & flavi coloris meminit B. Cyprian. lib. de Hab. vng.

26. Germana aut Gallæ:] Evidem (inquit Rhenanus) ita suam Bissidam Suevam, puellam natam in Martiana filia ad Danubij fontem, celebrat Ausonius:

Sic Latii mutata bonis, Germana maneret

Vt facies, oculos carula flaua comas.

Prater ea D. Hieronymus de Gothis loquens, qui postes primi ex Germanis Romanorum Reges juere: Getarum (inquit) patulis & flatus exercitus, ecclesiarum circumfertentioria. Idem in vita Hilariensis eremiti, de Nobili quodam qui agebat in aula Constantij Aug. Rusticus (inquit) coma, & candore corporis indicans prouinciam.

27. pessime sibi auspiciunt Hammeo capite.] Crocus (inquit idem) color & flammus dicitur. Alludit autem ad flammatum ignis inferni. Hunc locum imitatus Cyprianus martyris dixit: Audaci conatu & sacrilego contemptu crines tuos infici, malo prefigo futurorum, capillos iam tibi flammicos auspicias. Et Hieronymus ad Lætam, de Institutione filie: Nec caput (inquit) gemmis oneres, nec capillum ursifex, & c. aliquid de gehenna ignibus austiceris.

28. Quodcumque enim immundo spiritui extremari solet, &c.] De croco haud dubie loquitur, quē fortassis pauperiores loco tñis remabant, si illud ad manus non esset: ut eo pertinere posse videatur etiam illud Arnobij lib. 7. Et odoris aliquis tuam concremet glebulam.

29. Quis vestrum potest capillum atrum, &c.] Periphrasticas citat illud Matth. 5. Non potes unum capillum album facere aut nigrum.

30. pro albo velatro. ] Vox nostra, composite à velando, pro velamine capillorum. Aequum illud: gratiae faciliorem, interpretatur Rhenan. ad gratiam.

31. habemus semper induere.] sic illud lib. sequ. de Vel. virgin. Quum haber delitescendum; & lib. de Monogamia: decurrere habebat. Similiter B. Cypr. epist. 27. rescribere habeam; quales eiusa item sunt loci epist. 47. & ad Cecil. item aliibi etiā apud Tertullianum.

32. quam ἔξερια pollicetur. ] Videtur alludere (inquit Rhenan) ad locum illum 83. Psalmi: Non principiis bonis eos qui ambulant in innocentia. Porro probum est vocabulum ἔξερια, pro paritate à virtute, & simplicitate. Eo virtutem Diogenes, quem Areopagitā vocant: & Iohannes ἔξερια ἔχοντος ἐν γένετο. Ego vero eo quod precedit ad dominum Dominum, magis puto respicere Auctorem ad illud Psalmi 23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens, &c.

CAP. VII.

33. Quid enim tanta ornandi capititis, &c.] Tractat hoc caput, De capillamentis adulitatis. In quo

etiam imitatur Auctorem B. Cyprian. lib. sequitur. MS. 3. cod. Vat. legunt: modo substructis, verum magis placet: subfrictis, eo quid opponatur: relaxatis, & Alio gestiunt in cincinnis, id est: toru crimp, coecere.

34. Adfigitis præterea nescio quas enotimis surtilium, &c.] MS. 3. cod. Vat. legunt: subtilium, sed illud placet: Galericulum autem (inquit Rhenan, intelligit) id est, canam adulterinam, simpliciter capillamentum dictum Tranquillo n. C. Caligula. Capillamento rotatis. De his scripsit Hieronymus ad Mallam scribens: Qua capillis (nigri) alieni verticem frumenti. Porro Galeri vocabulo Tertullianus capillamen accipit sine piceolum. Quibus additibus que habeat lumen lib. de Coma cap. 7. de ejus feminis: ille recipio infigiendo, & crinem aggetum in turram quadamnam Primore in capitū parte exstremo: cuiusmodi stratiū Turulum vocari auctor est Sextus Pompeius, & deinde Latina Varro, & quid tuendī capilli gratia fieri. Deinde ibidem citantur Papinius Epistola. Violentia & genialis satyr. 6. Gregorius quoque Natura Genitio hunc seculo:

Ne caput ædifices adfuso foemina crine. Aperiuit est autem Lucani illud citatum in Insplendido in Varro: scilicet

Turritaque gerens frontem matrona corona Neque interim apud Christianos quicquam praefuit Tertullianus & Gregorius Nazianzeni, & B. Hieronymus, aliorumque Patrum reprehensor, quippe qui videmus tiquas picturas per totum Belgum foeminnam euornatam, & nominatim per Artisanam, Cameracij, nascientem, & Posticum, quippe contra quoniam non tam magnopere innuetus fuerit (uxora quod tradit Memnon Flandria Annalibus) Fr. Thomas Comes genere bono quo tempore pæstum dissecere caput.

35. Ad mensuram nemini fibi adiutor posse, pronunciatum est. ] Mensuram pro statu ad pere videtur; nam apud Matth. est, Qui pecti adiutor ad statutum suum cubitum unum?

36. collyridas quasdam, scutori umbilicos, & Verum quidem est quid scribit Rhenan. Collyridas & lyra per diminutionem deductam, parva pars est. Aprina purpurea. Quidam fraxim farinam esse putant. Nuantur collyrides, Lenitici 7. & 8. & cap. lib. 2. greci. Verum hic alia significatio metaphysica accipit, pro ornato capitis, qui placent seu collyridis in more ceruicibus attruebatur. Quam autem recente etiam scutorum formam rotundam habent, ergo aëstior eruditiss. viro Dn. Latino. pro certe legendum: scutorum umbilicos, pro quod annulari sensi: scutorum, quos umbilicos vocant, rotat in medio eius ornatus lapillus quodam praefatumbilicorum instar illi ornamento adiunctus est. Ad particularum: vel, adiunctum MS. 3. Vatic. vixit in excus. ut posterior interpretatio sit prioris classis.

37. suppares.] Supparandi verbum (inquit Rhenanus) frequens est Tertullianus. Hinc illud in Valentianis: Quantum lupa foemina formā quordicem suppares lemne est, id est sufficere, substituerē. Et illa deponit, neque generis suppuratione. Vix etiam suppurationem indicat. Nam suppaurae genus, dum propositum substitutum, seu, vix loquitur B. Cyprian. epist. 2. ad Am-

38. ceruca & purpurissō.] Primum illud (inquit) cadoris est, posterius ruboris medicamentū. Vide. Am-

# de Cultu foeminarum.

319

nostras in lib. de Panit. num. 66.

39. angeli in nubila subleuent.] *Transfultus Aut*  
*tor illud eis dēēē, in nubila, est enim dō ferē nubilus;*  
*addens subleuationem illam seu raptum, saeculum vi*  
*ab Angelis.*

CAP. VIII.

40. Videlicet nunc & vir, &c.] *Inscribitur hoc cap*  
*à nobis: De studio formæ in virtutis. Nequici pro*  
*obedientia grauitatis concit Latinus legendū: ob*  
*cunde; at placet magis illa lectio cum interpretatione*  
*Rhenani: cui obediunt debeat. Legimus autem cū 3. MS.*  
*An & nobis, &c. detrahunt, pro eo quod erat: de*  
*trahuntur.*

41. circumdare capillum, disponere.] *Propriet*  
*tra eos agere videtur, quibus adinstar Philostrorum quo*  
*rundam (sciri reftato Strabo lib. 15. ex autoritate Clit*  
*tarchi) moris erat μετέσθετος κόρων, id est, im*  
*plexos crines in modum tiara circumdare. Plura hac de*  
*re, ne prolixiores sumus, videat Lectio apud Lunium, Com*  
*mentum de Coma, cap. 7. ex Lucano, Homeru, Philostrato, &*  
*Suida. Eodem pertinere crobylos barbaricos, cicadas Atheniensium, & cirros Germanorum, infra*  
*estendens lib. sequi de Velandis virg.*

42. etiam colorare canitum.] *Similiter Hier. lib.*  
*ad Eustoch. de Virgin. vitari vult Comatos clericos, qui*  
*bis feminei contra Apostolum crines; alludens ad illud*  
*Apost. Cor. II. Natura docet comam non decere virum.*  
*Vide & Hilarionem tradit semel in anno ad Pascha ca*  
*pillum totundisse.*

CAP. IX.

43. Quanobrem erga vestitum quoque, &c.] *Titulum hunc capituli dedimus: De vestitis pompa. In*  
*quo vel maxime Autorem imitatur B. Cypr. ubi suprad.*  
44. laciniosis pomparum & deliciarum incipiis.] *MS. 3. Vatic. cod. laciniosus; sed magis illud plati*  
*or pro varis & redundantibus, uti interpretatur Rhei*  
*nanus, eo quod lib. sequi simili significatio dixerit: ser*  
*mo laciniosus, & adu. Marc. initio lib. 4. a legis la*  
*ciniis oneribus expeditum, id est in que homines*  
*occupacionibus distinebant, sicut impedit gressum vestis*  
*laciniosa.*

45. Velut exornatam.] *Exornatam (inquit Rhei*  
*nanus) usurpat, sicut dicimus exarmatam, hoc est ornatu*  
*pliataum & defititum. Similiter dixit Terentius in*  
*Phormione: Ad eo exornatum dabo, ad eo depexum, ut*  
*dam viuat, meminerit semper mei. Ibi autem: & in por*  
*tum modello subducetas, Trāfatio est à naibus, que*  
*in tantum statuonem ex alto mari subducuntur.*

46. Tum si quis vel diuitiarum suarum vel na

talium vel retro dignitarum, &c.] *Locū hunc latius*  
*explicat B. Cypr. ubi suprad.: Locupletem (inquit) te di*  
*cis et diutinem, &c. adhuc testimonia 1. Timoth. 2. & 1.*  
*Petri 3. de cultu atque ornatis iusto fine moderantis. Ho*  
*est enim quod dicit Auter: ne totis habenis licen*  
*tiam vñperis. Veriorum de hoc argumento, quibus cul*  
*tu moderator sit licitus, aliud ibidem diximus, num.*  
36. & 37.

47. repastinantes.] *Hoc est (inquit Rhenan.) cuel*  
*entes, repartentes, eruentes. Metaphora ab eo sumpta, qui*  
*suum futuro novum preparat, inutilibus omnibus res*  
*tit. In lib. de Panit. legimus: Et bisulcum aliquid fer*  
*re vel artis vnguis repastinantis, hoc est refodiens,*  
*perparandisque.*

48. reconfuevit.] *vñspare (inquit idem) videtur,*

*quando consentiunt exemplaria, reconfuevit, pro: con*

*suens respondere sine regere.*

49. Non enim tremur nostris:] *Non, pro: Nón*  
*ne. & similiter paulopost: Non enim & ita multi*  
*faciunt?*

50. quasi non abutamur, &c.] *Ad verbum ex*  
*presbit quod Graec est ὡς μὴ τραχεύειν. Quēadmo*  
*dis enim Χρήστος, ντητα, Χρήστος abuti significat.*  
*Eodem pertinet illud lib. de Coron. mult. cap. 10. Nobis*  
*auctem abuti apud Apostoli non licet, facilius non*  
*vti docentem, Accipitur autem & ab Auctore hic*  
*& infra lib. de Pudic. Tom. 5. & à B. Cyprian. ubi supra,*  
*habitus huius mundi, pro figura.*

51. & se spadonatui adsignant propter regnum

Dci.] *Spadonatui se adsignare accipit pro eo quod B.*  
*Cypr. ubi supra, & Hieron. sua editione vulgata, Castra*  
*re verterunt. Eosdem voluntarios spadones nuncupat*  
*infra lib. 1. Ad uxorem. Similiter etiam B. Cyprian. quoniam*  
*alibi frequenter, Testim. lib. 3. ad Quirin. locū hunc Matth.*

19. de bono virginitatis & continentia interpretatur. De

his etiam in hanc sententiam B. Iustinus Martyr. Per multe

profecto sexus viriisque & 60. & 70. natū annos, qui à

pueri disciplina scripti sunt adiectati, incorrupti &

cælibes perdurant. Et Achenagoras Orat. pro Chrys. Vir

ginitis & Eunuchis propius nos ad Deum adducit.

Quos ad verbum fieri imitatus Autor supra Apolog.

cap. 9. Quidam (inquit) multo securiores totam

vim huius terroris, virgine continentia depellunt,

senes, pueri. Et infra lib. sequi. Viri (inquit) tot virgi

nes, tot spadones voluntarij, &c. & paulopost: etiā

continentia nomine masculos honorari. Similia

reperiuntur etiam de continentia Clericorum ab uxoris

apud Euseb. de Demonfr. Euang. lib. 1. cap. 9. Avelat. 2.

Synod. cap. 2. & 3. Elibert. Conc. cap. 33. Hieron. lib. 1.

contra Iouin. & Apol. pro iisdem lib. & contra Vigilat.

Sixtum Pap. 3. lib. de Cast. Ambros. ad scriptum comment.

in Epist. 1. ad Timoth. cap. 3. Ipsius Ambrosium epist. ad

Ecclesiast. Vercellensem, Origen. hom. 23. in Num. 11. cap.

& lib. 8. adu. Celsum. Denique Innocent. Papam epist. ad

Viltriolum cap. 9. Latifimē autem apud Epiphanius adu.

hæresim Cataph. disertis verbis adserent, quid Apo

stoli talem Ecclesiastici sacerdotij Canonem constituerint.

Similiter etiam aduersus Catharos. Quin quod Aposto

lus Paulus ad Titum 1. non solum pudicum vult esse Episcopum,

atque adeo & Presbyteros ad Diaconos, sed etiam continentem, Graec εὐκράτην. Neque vero obstat illud

eiusdem Epistoli Hebr. 13. Honorable conjugum in om

nibus; aut illud 1. Cor. 7. Si non se continent, nubant, pul

erè prosequitur Euseb. vlt. lib. de Demonfr. Euang. c. vlt.

dicens ea dici de non sacris, aut qui sponsionem cum Deo

non fecerint. Loci adnotandi aduersus Migenburenses,

qui continentiam sacerdotum, aliorumque Ecclesiasticorum

impugnant. Immo etiam illud: se spadonatui ad

signant, & quod infra lib. 1. Ad uxore: Qui statim

à lauacro carmen suum obsignant, ad vorum conti

nitentia haud dubio perinet virorum (nam de Sanctissi

milib. lib. de Vel. virg. latius) de quo videtur Lectio

adnotat, nostraras in B. Cyprian. epist. 62. ad Pompon. nu

16. & lib. de Dis. & hab. virg. num. 18. Nominatim

etiam Origenes lib. de Singulari. Celer. inter opera eiusdem

Cyprian. Omne (inquit) quod voti est, etiam in actu si

gnandum est, ne aliud vota commident, & aliud actus

insinuant. & paulopost: Datē simplices animos ad casti

tatis vota seruanda. & hom. 2. 4. in Num. Qui in casti

te vivit, corpus suum votum Deo. Hilarius item in Psalm.

64. Deo (inquit) ergo vñvenda sunt, contemptus corporis,

ULLIAN  
in statuibus  
MELE

AV  
J6

## Adnotat.in lib.

320

castitatis custodia, &c. B. Augustini postremo tot sunt loci hic pertinentes, ut pagina illius recensendis non sufficiat: quare ad indicem eius operum Lectorem remittimus.

52. animalibus exulantes.] MS.3. exolentes: sed illud magis placet, quia similibus phrasibus alibi viritur, ut (Rhenano etiam adnotante) supra lib. de Panit. exules à libertatis & lætitia felicitate, & lib. de Resurr. carn. Tom.3. exules carnis. Qui erit recte adnotat. Translacionem à lignatoribus sumptam, quin subiungatur: latit dotum vestiarum fructum cæcidit.

53. in quos decucurrent fines sæculorum.] Ad verbum veritis ex Græco illud: κετύνθω, pro eo quod noster interpres, desenerunt. Est autem decutere eodem significatio frequens Tertulliano.

C A P . X .

54. Nimirum enim Deus, &c.] Capiti huic titulum dedimus: Quod vestium colores non à Deo, sed à defectoribus angelis mōstrati sint. Sive autem leges: monstrari cum 3. MS. Vatic. sive: demonstravit cum excusis, perinde est. Lectorem autem remittimus ad lib. precep. cap.8. De vestiū coloribus, & eius de cap.

7. De lapillis qui anxie perforantur ut pendeant ab auribus, nempe quemadmodum hic latius, & eiusdem cap.2. De Angelis peccatoribus.

55. ad ferrum nati corporis.] Humanum corpus (inquit Rhenanus) intelligitur, quod in illa protoplasti Adami maledictione ad laborem & agororum culturā, quæ ferro pati simum exercetur, ipso Deo pronuntiantem sententiam, damnatum est. Natus est locus Gen. 3. ad quem hic alludit. Ceterum emphasis est in vocabulo: ferrum. q. d. Non ad aurum, non ad argentum. Iam quoniam hic de barbaris loquitur, & Parthorum mox sit mentio, posset aliquis etiam ad ferrum expondere, pro eo quod est ad militiam; ed prius illud magis placet.

56. bullarum vice, &c.] Apud Romanos (inquit idem) ornamentum puerile erat bulla aurea, & p. extata purpurea. Auctor Plutarachus. Quod quum à pectori pendere solet, è aliquid Auctor, quum dicit: per omnina quæque sua.

57. & operositas cum raritate, &c.] Sensus est (inquit Rhenan.) Et operositas cum raritate, commissa est cum pretiositate, id est provocans & accedit premium, ex ea libidine possidente pretiositatis feminarum. Hoc est, cum omnes experenter id possidere quod merces & premium fuisse feminarum, que cum Angelis illis libidinem exercuerant. Veluti magni quid esset quod Angeli suis amassis contulissent pro mercede stupri.

58. aurum dico & argentum Illustrum.] Hoc est (inquit idem) aurum & argentum, quo hodie Illustres matrone vtuntur; nam quemadmodum Vlpianus docet, semine nuptæ marii dignitate censentur, ut illustribus (qui summus est dignitatem gradus) nuptæ sint illustres, que spectabilibus spectabiles, que clarissimis clarissime, perfectissimæ que perfectissimæ. Erant autem illustris, qui senatoris ornamenti prediti erant. Tradit Iffdornus primos ordines senatorum dici illustris, secundos spectabiles, tertios clarissimos. Viri illustris titulo primos illos veterum Francorum Reges contentos fuisse, tabella venuſtæ que existant, abundè testantur. Exstat formula Illustratus vacantis apud Cassiodorum Variar. l. 6. epist. 11.

59. calliblepharum.] καλλιβέφαρον (inquit Rhenan.) medicamentum est oculorum, preterim palpebris venustando seu fucandis seruens. Non solum autem ex foliis vistis rogarum confici docet Plinius lib. 21. cap. 19, sed etiam ex nucleus palmarum, lib. 27. cap. 4. sed & ex

medulla bubula calliblephara modò fuligo temperato. Denique & ex Amphi lit. 3. orbi est apud eudem lib. 3. ap. 16. De libris autem Enoch inde libri præcedentis ap. tertium.

60. nullam de conchylio veftem Elaias increpet.] Alludit ad verba Esiae 3. quibus inter cetera multa ornamenta reprehendit, aut hoc & τὸ Φυρέ, & τὸ μεσοπόταμον, que verit uiginti interps. 70. interpretum: & circumpurpream & clavatam veftem, aut illa: καὶ τὸ βύσιον, καὶ τὸ βύσιον, καὶ τὸ βύσιον, id est: & bysina & hyacintha vocatione. Atque di lunulis & botronatu videatur. Et Adnotat. nostras ad sepedictum B. Cyprian. lib. num. 49. & 51.

61. despectore institutorum suorum.] Despector (inquit Rhenan.) ut & ante plus fons, prædicto, qui curam habeat & considerationem institutorum suorum. Sic & lib. de Velandi virginis nec inter consuetudines (inquit) despicer voluntate illi sanctissimi antecellentes. Legamus exponi 3. MS. vii nunc esset.

62. patresfamilia.] Istud usurpat Author, quam sicut Varron lib. 7. ibi dicere debuissit tamfamilias. Eadem modo Mart. l. 1. Patresfamilia versus Quirinalis.

63. Omnia (inquit) licent, sed non omnia debificant. Similiter locum hunc citat B. Cyprian. & liberat. & lib. 3. Testim. ad Quirin. cap. 92. Contra tamen Apostolus exemplar, omittitur particula: similiter Greci & Latinæ est ubique.

C A P . XI .

64. Quæ autem caufa vobis est fieri cunctis deundi, &c.] Titulus hoc caput insignissimum. Quia nulla sit caufa ornatiū predeundi, haec enim significat structiū, de qua plures supra lib. de Patienti. sicuri de templis Idolorum Apolog. cap. 35. mon. 11. & de fratribus, id est Christiani, eu. deinde lib. cap. num. 505. De Speculis item, tunc eius argumentum, & de felitis Gentilium, integris 13. & 14. cap. lib. 1. Idolatria. Procedere denique pro codem accepti prius prodire dixit.

65. aut sacrificium offertur. ] Siquis diligenter locuſ admittit pro Oblatione sacrificij Chimitum. De quo latius supra l. ad Scap. num. 11. l. adu. Indus 19. & 22. lib. de Orat. num. 1. & Adnot. nostram B. Cyprian. epist. 34. num. 12. & epist. 63. ad Cael. num. 44. 45. 46. 48. ac 53. item lib. 1. Testim. adu. lib. 1. Quibus ad de Synonyma codem pertinens ex Patronis & Simonis inter nostra Latinorum Liturgia, per se sequent. prater ea que in dictis epist. ad Cael. sunt, recautum. Recantur enim à Clemente Romano, chimita altaris, oblationes Domini, sacrificij, sacrificij sacrificij oblatio, oblatio, Eucharistia, sacrificij mysticum sacrificium, confeccratio, & oblationes corporis & sanguinis Domini. A Philone de Therapeuta (qui verit Rusinus) sacerdotalia officia, Orationes, oblatio. A S. Potentiano: Sacrificium landis, Martiale: Sacrificium, & Oblatio mundi. A Dionysio Arcop. mystica hostia. Ab Anselmo & Marcellino & Iulio, Aniceto, Soter, Calixtus, Eutichiano, Alexandro ac Euasario: sacrificium, & oblationes. A B. Hypolito: Oblatio. A S. Fabiano: sacrificium, & Oblations. A B. Cornelio: sacrificium. A B. Lucio Papa: holocausti oblationes.

Sixto Papa 2. sacrificium hostiae puræ & immaculatae. A B. Laurentio: sacrificij oblatio. A B. Euseb. Papa: sacrificium altaris. A Conc. Arelat. i. oblatio & sacrificio. A Licinio tyranno: oblatio hostiarū, immolatio sacrificij. A B. Sylvestro Papa: oblatio incuenta, & sacrificium. A B. Optato Milestanto: oblatio & sacrificium. A B. Ambroſo: sacrificiū, oblatio, sacrificij celebratio, sacrificij ad altare oblatio, Christi oblatio, Christi immolatio. A Maria Victorino Afr. oblatio Eucharistica. A B. Syricio Papa, et Conc. Romano: sacrificij oblatio, & sacrificiū. A Cōc. Carthag. 2. Prudētio et Rufino: sacrificiū, & sacrificij celebratio. A Cōc. Carth. 4. & 5. sacrificiū, oblatio, oblationis cōfēratio. A B. Hieronymo: sacrificiū, sacrificij ad altare celebratio, Christi immolatio, oblatio. A B. Innocentio Papa: oblatio, sacrificiū similiter à Cōcilio Toler. 1. A B. Paulino Nolano: hostia immolatio, & celebratio, sacra litatio. A B. Augustino denig: sacrificij ad altare oblatio, sacrificia, benedictio seu cōfēratio eius quod oblatum est, Christi immolatio, sacrificiū laudis, eius quod oblatum est distributio, oblatio. Aequi B. Irenei hac de re tentiōnem videat Lector studiosus latè tractatam à Fewerdenio nostro eiusdem l. 4. c. 31. n. 7. & deinceps. Item c. 33. n. 1. & c. 34. n. 1. ac deinceps, Porro Gracorū Patrium similia Epipheta in alium locū differimus, ne hīc prolixiores simus. Legimus autem MS. 3. Vatic. Quodius hominum gratitatis & sanctitatis, pro: aut.

66. & composito.] Sit & cōpositionem (inquit Rhenan.) usurpat ante: Ne que vestrum putent, si temporauerint à compositione sui, odium & auerſionem maritorum profecutā. Rursum paulopost: Et reliqua compositionis vestra impeditamenta.

67. magnificetur Deus in corpore vestro.] Ad dōs applicat quod de se dixit Apostolus: & nunc magnificabitur Christus in corpore meo.

68. Ne blasphemetur nōmē in nobis.] Cum 3. MS. om̄isimū particulam eius, quia non semel adnotauisse nōmē similipter accipitum ab Author, sūt à Cyriano, prō nomine Chrysiano, pr̄fertim verò ad librum de Patientia, num. II.

## C A P. XII.

69. Optemus tantummodo, &c.] Tractatur hoc Quod lēnōcinia forme magis prostitutis conuenient.

70. publicarum libidinū vičtimæ] Similiter ferē dixit Iacobus Pallio, ubi etiam vestitus ornatum superfluum taxit, c. 4. Aspice lupas popularium libidinū nunidas, &c. & max: ab eiusmodi propudiis occisa in publico castitatis. quāre non placet quod habent 3. MS. Vatic. impudicatum libidinum.

71. Illa ciuitas valida, &c.] Hunc locum ad verbū ferē imitatur B. Cyriani l. de Dīsc. & hab. virgin. Sic (inquit) in scripturis sanctis describitur ciuitas mēritis, &c. & mulier illa amicta erat Pallio purpureo & coccineo, et adornata erat auro & lapidibus pretiosis. Quid ipsius iterum citat ad idem institutum Testim. lib. 3. cap. 36.

72. Thamar illa, &c. visa est questui (id est, ad questum) sedere, &c.] Etiam hanc scripturam posteriori

loco citat B. Cypr. ut ostendat mulierem ornari seculariter non debere, in hac verba: Thamar coopernit se pallio (quod appellat & B. Hieronymus theristrum) & adornavit, & cum ad pessifera eam Iudas, visum est ei meretrice esse. Illud autem: & voluit, accipere videtur Author, pro: concupiscentia eius exarbit.

## C A P. XIII.

74. Aliquis forsitan dicat, &c. ] Postremo capiti demus titulum: Quod quum lucere debeant bona opera coram hominibus, persecutionis temporibus non conueniat ornatus.

75. Probum vestrum coram hominibus apparet.] Ad verbum exprestum quod Græcē est apud Apostolum (quo nomine ubique S. Paulum Apostolum intelligit) Philipp. 4. τὸ διάτεκτες ὑπόν, pro quo noster vulgatus interpres Paraphrastus, Modestia vestra.

76. Aut quid nos Dominus lumen terra vocavit? ] Quam apud Matth. Græcē legatur τὸ φῶς τῆς κόσμου, nūquam autem κόσμος pro terra vñpetur, etiam hic videtur memoria lapsus Author, eo quid puello ante p̄cepsit: sal terræ, quum aliqui debuerit dīcere: lumen mundi, quemadmodum meū: luminaria mundi.

77. & exstamus inter dimersos.] Exstamus (inquit Rhen. id est, eminemus, proprio verbo usus. Aequi esti Rhen. & 3. MS. Vatic. col. legat: diuersos, magis placet quod Gelenius haud dubie ex Anglico codice substituit: dimerlos, ut metaphorice loquatur, cōparans Christianos ciuitatē constitutā supra montem, que proinde exstat inter dimersos, sine demersos (nam ea variatio Author frequens) hoc est persicenti in Metaphora, inter eos qui montis comparatione videtur dimersi in paludibus circumiacentibus.

78. luminaria mundi.] Etiam hīc variat ab Apostolo, qui dixit Philipp. 2. Εγχρόου.

79. denotatione sui.] Quam alibi accipiat Author: denotare, pro reprehendere, hic accipit denotationem, pro ostensione, quemadmodum etiam supra lib. de Patient. cap. 3. proditorem suum nec denotauit. de quo ibi Author. nos. num. 18.

80. manus spathalio circumdati solita.] Spathalium (inquit Rhenan.) mulebre est ornatum, τὸ σπαθᾶν, quod delicari significat. De eodem Plinius l. 13. c. 15. qui ad intellectum facit eius quod manū circumdati solitam dicat Author. Iuba tradit circa Troglodystarum insulis fructū in alto vocari Iſidos pīcamon, corallio similem, sine foliis; precissū colore mistato in nigrum, dure cere, quum cadat, frangi. Item aliū qui vocatur charitolepīs avor, efficiens in amatoris. Spathalia ex facie & monilia fīnnīas. Alludit itaque ad armillas ex eo genere corallij nigri.

81. de Periscelio.] Periscelide, sive Periscelio (inquit Rhenan.) trura vel tibia exornabantur. οξεῖος Graeci crus vocant. De neruo autē diximus lib. ad Martyres, num. 29.

82. Spatha.] Vegetius de re milit. gladios maiores spathas vocari dicit. Est autem Graeca vox σπαθᾶν eadem significativa.

83. Itola martyriorū.] Alludit ad illud Apocal.

6. Et date sunt illis singula stola alba.

84. Taliter pigmentata.] Metaphoricas pigmentatas dixit, voce composta à pigmento, quod vnguentis genus esse ad venustandam faciem tradit Plinius lib. 16. cap. 43.

## Ec

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELI.

N. V.  
16.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI AD UXOREM,  
PER IACOBVM PAMELIVM.

- I. **T**ERTULLIANVS iamdudum Presbyter, ad UXOREM pari inter se consensu continentiae ergo à sé separatam, humane conditionis memor, si forte (persecutione nempè Ecclesiae adhuc durate) de seculo prior euocaretur, admonitionis hoc fideicommissum (fortassis Romæ) conscripsit, quo nō post excessum suum nuptiis renuntiet, adhortatur.
- II. Non abnuens coiunctionem viri & feminae benedictam & permissam à Domino, (sua quidem sententia, verū erronea) unam tantum.
- III. Et quantumvis nuptias prohiberi nusquam legamus (quod inter cetera peruerstatis suorum volebat Marcion) tamen abstinentiam præferri ab Apostolo, & felicem illū, qui Paulus similis exsisterit.
- IV. Disiunctis enim matrimonio duas quidē species humanae imbecillitatis necessarias nuptias facere, concupiscentia carnis, & concupiscentia seculi; sed utramque repudiandā a seruis Dei exemplo earum quae malunt Deo nubere, & in viduitate apud Deū sub signata perseverant.
- V. Deinde penes Christianos etiam odiosas esse causas nuptiarū de sollicitudine posteritatis & liberorum amarissima voluptate; quos quā habemus, premittere optamus ad Dominum.
- VI. Quod si difficile videatur, recenseri tot voluntarios spadones, qui statim à lauacro carnem suam ob signant, qui consensu pari inter se matrimonij debitum tollunt, Gētiles etiam Satana suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferre.
- VII. Nobis autem continentiam à Domino demonstratam, cuius voluntate defungitur matrimonium; maximè quum disciplina Ecclesiae & præscriptum Apostoli digamos non frater præsidere, & viduam adlegi in Ordinationem, nisi uniuiram, non concedat.
- VIII. Viduarum denique honoribus, quibus Deus benedit, mouetur: nam licet in virginitate tota sit sanctitas, de proximo visura faciem Dei, Viduā habere aliquid operosius; in illustriam, in istis virtutem coronari.
- Ceterū præterquam quodd multa huius libri ad verbum ferè descriperit, nō minus continentiae fauens, B. Hieronymus locis infra citatis; Tertulliano iam olim adscriptum, & MS. viderunt Trithemius & Politianus ubi suprà. Editus est etiam inter primos extempore eterniacensi ac Hirsaugensi, deinde ex Gorziensi codicibus à Rhenano, primum scholasticis & Adnotationibus illustratus. Nunc vero à nobis denuò castigatus ex tribus MS. eticanis, & aliquot Adnotationibus auctior.

Q. SEPTIMII FLORENTIS  
TERTVLLIANI AD UXOREM LIBER  
PRIMVS, DE VNIS NVTIIS.

C A P . I.



IGNVM duxi, dilectissima mihi in Domino conserua, quid ibi estandum sit post discessum de seculo meum, si prior te fuero vocata, iam hinc prouidere, vt prouisum obserues mandare fidei tuae. Nam secularibus satilagente sumus, & utrique nostrum consultum volamus. Sitalibus ordinamus, cur non magis de diuinis atque cedelibus posteritati nostræ prospicere debeamus, & legatum quodammodo prælegare, admonitionem & demonstrationem eorum, quæ ex beatitudine immortalibus, & de hæreditate cœlorum deputantur? Tu modò, vt solidum capere possimus.

A possis hoc meæ admonitionis<sup>6</sup> fideicommissum, Deus faciat,<sup>7</sup> cui sit honor, gloria, *Apocal. 5.*  
 A claritas, dignitas, potestas nunc & in secula seculorum, Amen. Præcipio igitur tibi, *C. 7.*  
 quanta continentia potes,<sup>8</sup> post excessum nostrum<sup>9</sup> renuncies nuptiis, nihil mihi isto  
 nomine collatura, nisi quod tibi proderis. Ceterum Christianis seculo digressis nulla re-  
 stitutio nuptiarum in diem resurrectionis reprobmittitur,<sup>10</sup> translatis scilicet in angelicam *Matth. 22.*  
 qualitatem & sanctitatem. Proinde sollicitudo nulla quæ de carnis zelo. Vel Domini senti-  
 entia, illa quam septem fratribus per successionem nupsisse voluerunt, neminem tot ma-  
 ritorum resurrectionis die offendit, nec quisquam<sup>11</sup> illam confusurus expectat. Quæ-  
 stio Sadduceorum cessit sententia Domini. Ne me putes propter carnis tuæ integritatem  
 mihi reseruandam, de contumeliam dolore suspectum insinuare iam hinc tibi consilium  
 viduitatis: nihil tunc inter nos dedecoris voluptuosi resumetur. Nec enim tam fri-  
 uola, tam spurca Deus suis pollicetur. Sed an tibi vel cuicunque alij fœminæ ad Deum  
 pertinenti proficiat quod suademus, licet retractare. [12] Non quidem abnuimus con- *C. 11.*  
 iunctionem viri ac fœminæ benedictam à Domino, vt sciremus generi humano, & re-  
 plendo orbi, & instruendo seculo, excogitatum, atque exinde permisum, vnam tamen.  
 Nam & Adam vnuus Eua maritus, & Eua vna vxor illius, vna mulier, vna costa. Sanè a-  
 pud veteres nostros, ipsosque Patriarchas, non modò nubere, sed<sup>13</sup> etiam plurifariam ma-  
 trimoniis vti fas fuit.<sup>14</sup> Erant & concubinae. Sed licet figura tum in Synagogam & Ec-  
 clesiastem cesserit, vt tamen simpliciter interpretetur, necessarium fuit instituere, quæ po-  
 B stea aut amputari, aut temperari mererentur. Superuentura enim lex erat. Oportebat le-  
 gis adimplenda causas præcucurisse. Eidem mox legi succurrere habebat Dei sermo,  
 circumcisionem inducens spiritalem. Igitur per licentiam tunc passiuam, materiae subse-  
 quentium emendationum præministrabantur, quas Dominus Euangeli suo, dehinc  
 Apostolus in extremitatibus seculi aut excidit redundantis, aut composuit inconditas.  
 [15] Sed non ideo præmiserim de libertate vetustatis, & posteritatis castigatione, vt præ- *C. 11.*  
 ftriam Christum separâdis matrimonii & delendis coniunctionibus aduenisse, quasi iam  
 hinc finem nubendi præscriptâ viderint,<sup>16</sup> qui inter cetera peruersitatum suarum disiun-  
 gere docent carné de duobus vnam, negantes eum qui fœminā de masculo mutuatus, duo  
 corpora ex eiusdem materiae consortio sumpta, rursus in se matrimonij cōpactione cōpe-  
 git. Denique prohiberi nuptias nusquam omnino legimus, vt bonum scilicet. Quid tamen  
 bono isto melius sit, accipimus ab Apostolo, permittente quidem nubere, sed abstinentiam *1. Cor. 7.*  
 preferente: illud propter infidias tētationum, hoc propter angustias temporū. Quia ratio-  
 ne vtriusq; pronunciationis inspecta, facile dinoſcitur necessitate nobis cōcessam esse nu-  
 bendi potestatē. quod autem necessitas præstat, deprecat ipſa. Quod denique scriptū est,  
 Melius est nubere quām vri: quale hoc bonū est, oro te, quod mali comparatio cōmendat? *Pbi. supr.*  
 vt idem melius sit nubere, quia deterius est vri. At enim quanto melius est neque nubere,  
 neque vri?<sup>17</sup> Sed etiā in perfecutionibus melius est ex permisū fugere de oppido in oppi-  
 dum, quām cōpessum & distortum negare, at quæ ista beatitas est, ideo ne qui neget, beati  
 C testimonij confessione excidere? Possum dicere, quod permittitur, nō est bonū. Quid enim  
 necesse est mori mihi si ploro, bonū est: si timeo. Quod permittitur, suspectam habet per-  
 missionis suæ cauſam: quod autem melius est, nemo permisit, vt indubitatū & sua sinceritate manifestum. Non propterea appetenda sunt quādam, quia non vetantur: etiā quo-  
 dammodo vetantur, cùm alia illis præferuntur. Prælatio enim superior<sup>18</sup> dissuasio est infi-  
 morum. Non ideo quid bonū est, quia malum non est: ideo malum non est, quia nō obest.  
 Porro planè bonum hoc antecedet, quod non modò nō obest, sed insuper prodest. Itaque  
 malle debes quod prodest, quām quod non obest. Ad primum enim locum certamen  
 omne contendit: secundum solatum habet, victoriā non habet. Quod si Apostolo au- *Philip. 3.*  
 scultamus, obliti posteriorum, extendamur in priora, &<sup>19</sup> meliorum donationum secta- *I. Cor. 12.*  
 tores simus. Si nobis laqueum non imponit, quid utilitatis sit ostendit, dicens: Innupta de *I. Cor. 7.*  
 dominicis cogitat, vti corpore & spiritu sancta sit. Nupta vero sollicita est quomodo con- *Ibidem.*  
 iugi suo placeat. Ceterum nusquam ita nuptias permittit, vt non potius ad suum exem- *Pbi. supr.*  
 plum non eniti malit.<sup>20</sup> Focile illum, qui Pauli similis extiterit. [21] Sed carnem legimus *C. 11.*  
 infirmam, & hinc nobis adulamur impensiūs.<sup>21</sup> Legimus tamen & spiritum firmum. Nam  
 in uno fenu vtrunque possum est. Caro terrena materia est, spiritus verò cœlestis. Cur *Matth. 26.*  
 ergo ad excusationem proniores, quæ in nobis infirma sunt, opponimus: quæ vero for-  
 tiora, non tuemur? Cur cœlestibus terrena non cedant? Si spiritus carne fortior, quia

E e ij

ULLIAN,  
notationibus  
MELI.

A V  
J 6

## Tertulliani ad Vxorem

324

1. Ioan. 2.

& generosior, nostra culpa infirmiora sectamur. Nam disunētis matrimonio, duæ species humanæ imbecillitatis necessarias nuptias faciunt. Prima quidem potentissima, quæ venit de concupiscentia carnis: Sequens, de concupiscentia seculi. Sed utraque repudianda est à seruis Dei, qui & luxuria & ambitioni renunciamus. Carnis concupiscentia<sup>23</sup> ætatis officia defendit, decoris messem requirit, gaudet de contumelia sua: dicit virum necessarium sexui, ut auctoritatis & solatij causa, vel ut à malis rumoribus tutu sit. Et tu aduersus consilia haec eius, adhibe<sup>24</sup> sororum nostrarum exempla, quarum nomina penes Dominum, quæ nulla formæ vel ætatis occasione pressæ, maritis sanctitatem anteponunt:<sup>25</sup> malunt enim Deo nubere. Deo speciosæ, Deo sunt puellæ: cum illo vitunt, cum illo sermocinantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes suas velut dotes, Domino adgnant: ab eodem dignationem velut munera maritalia quotiescumque desiderant, confluuntur. Sic æternum sibi bonum Domini occupauerunt, ac iam in terris non nubendo,

2. Matth. 22. de familia angelica deputantur. Taliū exemplis foeminarum ad æmulationem te continentia exercens, spiritali affectione carnalem illam concupiscentiam humabis, tempora &<sup>26</sup> volatilia desideria formæ, vel ætatis inimicantium bonorum, compensans delicia. Ceterū secularis concupiscentia causas habet, gloriam, cupiditatem, ambitionem, insufficientiam, per quas necessitatem nubendi subornat: Videlicet cœlestia reprobantis, dominari in aliena familia, in alienis opibus incubere, cultum de alieno extorquere sumptu, quem non sentias cedere in te. Hæc procul à Fidelibus, quibus nulla cura toleranda

3. Matth. 6. vita, nisi si diffidimus de promissis Dei, & cura, & prouidentia: qui lilia agrestia velti, quæ volatilia celi nullo ipsorum labore pascit, qui<sup>27</sup> prohibet de crastino, viètique curare, spondens scire se quid cuique seruorum suorum opus sit: non quidem monilium ponte, non vestium tædia,<sup>28</sup> non Gallicos vultus, nec<sup>29</sup> Germanicos baiulos, quæ nuptiam gloriam accidunt, sed sufficientiam, quæ modestia & pudicitia apta est. Præsum, ote, nihil tibi opus esse, si Domino apparet: imò omnia habere, si habeas Dominum: cuius omnia cœlestia recogita, & terrena despicies. Nihil viduitati apud Deum subsigniar necessarium est quām perseverare. [30] Adiiciunt quidem sibi homines causas nuptiarum de sollicitudine posteritatis, & liberorum amarissima voluptate. Sed id quoque penitus odiosum est. Nam quid gestiamus liberos ferre, quos cùm habemus, præmittere oportet, respectu scilicet imminentium angustiarum, cupidi & ipsi iniquissimo isto feculcimi, & recipi ad Dominum: quod etiam Apostolo votum fuit. Nimirū necessaria subseruo Dei. Satis enim desunt nostra: securi sumus vt liberis vacemus: quærenda nobis ora sunt, quæ etiā à Gentilium prophanis vitantur,<sup>31</sup> quæ legibus locantur, quæ pani diis expugnantur: nobis quidem plurimum importuna, quantum fidei periculosa. Care nim Dominus, Væ prægnantibus & nutricantibus, cecinit, nisi quia filiorum impedita testatur, in illa<sup>32</sup> die expeditionis incommodū futura: utique nuptias imputatur. Tu autem ad viduas non pertinebit: ad primam angeli tubam expedite profilient. Quimodo que pressuram persecutionemque liberè perferent: nulla in utero, nulla in vberibus æritate sarcina nuptiarum. Igitur siue carnis, siue seculi, siue posteritatis gratia nubet, nihil istis necessitatibus Dei feruis, vt non satis habeam semel alicui earum succubuisse, & universitatem omnem concupiscentiam huiusmodi expiisse. Nubamus quotidie, & membrantes à die illo deprehendamur, vt Sodoma & Gomorrha. Nam illic non viqueunt ptias & mercimonia solummodo agebant: sed<sup>33</sup> cùm dicit, Nubebant & emebant, agniora ipsa carnis & seculi vitiæ definit, quæ à diuinis disciplinis plurimum auocentur per lascivendi voluptatem, alterum per acquirendi voluntatem.<sup>34</sup> Etenim illam cæcitas longè à finibus seculi habebatur. Quid ergo fiet, si quæ olim detestabili penes Dominum, ab his nos nunc arceat? Tempus, inquit, in collecto est, funere, &c. C. A. P. VI. qui matrimonia habent, tanquam non habentes, agant. [35] Quod si habentes oblitus debent quod habent, quæto magis non habentes prohibentur repete quod non habent, vt cuius maritus de rebus abiit, exinde quietem sexui suo nubendi abstinentia inimicetur, quam pleraque Gentilium foeminarum<sup>36</sup> memoræ charissimorum maritorum parcer. Cùm quid difficile videtur, difficiliora alios obequentes recenseamus. Quot enim fuit qui statim à lauacro carnem suam obsignavit?<sup>37</sup> Quot item qui consenseru paru inter se matrimonij debitum tollunt? Volitariis spadonibus pro cupiditate cœlesti<sup>38</sup> saluo matrimonio abstinentia toleratur, quanto magis adempto? Credo enim difficilius saluum dereliquerit, quæ amissum non desiderari. Durum planè & arduum satis, continentia sancta

C. A. P. V.

Philip. 1.

Matth. 24.

Gen. 19.

Matth. 24.

1. Cor. 7.

C. A. P. VI.

A minæ post viri excessum, Dei causa, cùm Gentiles Satanæ suo & virginitatis, & viduitatis sacerdotia perferant. <sup>40</sup> Romæ quidem quæ ignis illius inextinguibilis imaginem trahant, auspicio pœnæ suæ cum ipso dracone curantes, de virginitate censentur. <sup>41</sup> Achææ Iunoni apud Ægiū oppidum virgo sortitur: & <sup>42</sup> quæ Delphis insaniunt, nubere neciunt. <sup>43</sup> Ceterum viduas Africæ Cereri afflistere scimus, durissima quidem obliuione matrimonij adlectas. Nam manentibus in æternum viris non modò thoro decedunt, sed & alias eis vtique ridentibus loco suo insinuant, adempto omni contactu usque ad osculum filiorum: & tamen durante vsu perseverant in tali viduitatis disciplina, quæ pietatis etiam sanctæ solatia excludit. Hæc diabolus præcipit, & auditur: prouocat nimurum Dei seruos continentia suorum, quasi ex æquo. O continentiam gehennæ faderotem. Nam inuenit quomodo homines etiam boni secessionibus perderet: & nihil apud eum refert, alios luxuria, alios continentia occidere. [ <sup>44</sup> Nobis continentia ad strumentum

CAP.VII.

æternitatis demonstrata est à Domino salutis Deo, ad testimonium fidei, ad commendationem carnis istius exhibenda superuenturo indumento incorruptibilitatis, ad sufficiendam nouissimè voluntatem Dei. Super hæc enim recogites moneo, neminem, nisi ex Dei voluntate de seculo duci, si nec folium quidem ex arbore sine Dei voluntate dilabitur. Idem qui nos mundo infert, idem & educat neceſſe est. Igitur defuncto per Dei voluntatem, etiam matrimonium Dei voluntate defungitur. Quid tu restares, cui finem Deus posuit? Quid libertatem collatam tibi, iterata matrimonij feruute fastidis? Obligatus es, inquit, matrimonio, ne quæſieris abſolutionem. Absolutus es matrimonio, ne quæſieris obligationem. <sup>45</sup> Nam etiā non delinquas renubendo, carnis tamen preſſuram subsequi dicit. Quare facultatem continentia, quantum poſſumus, nō diligamus: quamprimum obuencrit, imbibamus: vt quod in matrimonio non valemus, in viduitate ſectemur. Amplectenda occatio eſt, quæ admet quod neceſſitas imperabat. Quantum fidei detrahant, quantum obſtrepan tancitati nuptiarum ſecundarum, disciplina Ecclesiæ & præscriptio Apostoli declarat, <sup>46</sup> cùm digamos non finit præſidere, <sup>47</sup> cùm viduam adlegi in <sup>1. Cor. 7.</sup> Ordinationem, nisi vniuiram, non concedit: aram enim Dei mundam proponi oportet. <sup>1. Timor. 2.</sup> Tota illa Ecclesia, candida de sanctitate describitur. Sacerdotium viduitatis, & celebra-<sup>1. Timor. 5.</sup> tum eſt apud Nationes pro diaboli ſcilicet æmulatione. <sup>48</sup> Regem ſeculi Pontificem Maximum rursus nubere, nefas eſt. Quantum Deo sanctitas placet, cùm illam etiam inimicis adfectat: non vtique vt <sup>49</sup> alicuius boni adfinis, ſed vt Dei domini placita cum contumelia adfectans? <sup>50</sup> Nam de viduitatum honoribus apud Dominum uno dicto eius CAP.VIII.

per Prophetam expeditum: <sup>51</sup> Iustè facite viduæ & pupillo, & venite diſputemus, dicit Dominus. Duo iſta nomina in quantum deſpectu humano, intantum diuinæ misericordie expoſita, ſuſcepit tueri. Pater omnium vide quā ex æquo habetur, qui viduæ beneficerit. Quantι eſt vidua ipſa, <sup>52</sup> cuius adfector Dominus diſputabit? Non tantum virginibus datum opinor, licet in illis integritas ſolida & tota sanctitas de proximo viſtra fit faciem Dei. Tamen vidua habet aliiquid operofius: quia facile eſt nō appetere quod neſcias, & auerſari quod deſideraueris nunquam. Gloriosior continentia quæ ius ſuum ſentit: quæ quid viderit, nō uit. <sup>53</sup> Poterit virgo fœlicior haberi, at vidua laborioſior. Illa quod bonū ſemper habuit, iſta quod bonū ſibi inuenit. In illa gratia, in iſta virtus <sup>54</sup> coronatur. Quædā enim ſunt diuinæ liberalitatis, quædā noſtræ operationis. Quæ à Domino indulgetur, ſua gratia gubernantur: quæ ab homine captantur, ſtudio perpetrantur. Stude igitur ad virtutem continentia, modeſtia, quæ pudori procurat: ſedulitati, quæ nugas non facit: frugalitati, quæ ſeculum ſpernit. <sup>55</sup> Conuictum atque commercia Deo digna ſectare, memor illius veriſculi, ſanctificati per Apoſtolum:

<sup>56</sup> Bonos corrumpant mores congreſſus mali.

Loquaces, otioſæ, vinoſæ, curioſæ contubernales, vel maximè proposito viduitatis offi-<sup>1. Cor. 15.</sup> ciunt. Per loquacitatem inrepunt verba pudoris inimica: per <sup>57</sup> otium ſe veritate deducunt: per vinolentiam quidus malii inſinuat: per curiositatis æmulationem libidines con-uehunt. Nulla huiusmodi feminarum de bono Vniuiratus loqui nouit: Deus enim illis (vt ait Apoſtolum) venter eſt, ita & quæ ventri propinquæ. Hæc tibi iam hinc commando, conserua charifſima, poſt Apoſtolum quidem ex abundanti retractata, ſed tibi etiam ſola-  
tio futura, quod meam memoriam, ſi ita euenerit, in illis frequentabis.

Ee iiij

ULLIAN,  
in statu anibus  
MELI.AV  
36

ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN  
LIBRVM PRIMVM AD UXOREM.

1. AD UXOREM.] Locus hic requirebat tractatum de coniugio sacerdotum, eo quod Tertullianus, quum Presbyter esset, ad uxorem hunc & sequentem librum scripsit: verum differre maluimus ad lib. de Exhort. ad castitatem, Tom. 5. ea quod non hunc, sed illum librum pro se (quamquam perperam) allegent Magdeburgenses. Hoc hic sufficiat adferere, quod et si multi coniugati in ordinem Presbyterorum adlegentur, numquam tamen ne apud Grecos quidem, iam Presbytero permisum fuisse uxorem dicere; immo disertis verbis interdictum Canone Apof. 27. Eodem pertinent quae supra lib. de Cultu femininarum cap. 9. num. 51. de continencia Clericorum adnotantur.

## C. A. P. I.

2. Dignum duxi, dilectiss. mihi in Domino cōserua, &c.] Caput hoc primum non aliud est quam libri torius Argumentum, quippe quo suaderet, ut post excessum suum renuntiet nuptiis: arque adeo recte etiā inscribi posset liber his. De Monogamia ad UXORE. Liquidamento autem agit hic modestius quam in posterioribus libris de Castitate & Monogamia, Tom. 5. veritatem omnino ab errore excusari non posset. Et fortassis si conjectura aliquis sit locus, hic liber in causa fuit, non fecis arque B. Hieronymo simile scriptum quoddam, cur Roma Tertulliano discedendum fuerit, quod errorem hunc mordicuvellet defendere. Verum de eo latius tum dictis libris duobus, tum in Prolegomenis inter errores Tertulliani. Atqui & Trithemius & Paterniacensis ac Hirsaugensis codices hoc huic libri initium collocarunt: Dilectiss. in Domino cōserua, &c. Verum ex Gor. Lienensi codice suppleui quod deerat: Dignum duxi.

3. Nam secularibus satifagētes sumus. ] Hoc est (vix adnotat Rhen.) in secularibus negotiis anxi et curiosi sumus. Satifagentes, pro satifagente, quo verbo etiā alibi utitur, imitatione iureconsultorum, qui dicunt satis accipere, & satis praestare, & satis dare. Simili phrasē mox dixit: Si talibus ordinamus, id est (inquit id) de tam lenibus & frivoliis rebus ordinamus.

4. & legatum quodammodo prelegare. ] Praelegare (inquit idem) pro prius legare, dum videlicet adhuc sumus in vita, iureconsultorum verbis viximus, agens de hereditate que morte relinquitur. Qui recte etiam adnotauit Appositum legi debere: admonitionem, nam sequitur: hoc mea admonitionis fideicommissum,

5. vt solidum capere possis. ] Attulit (inquit Rhen.) ad hereditatem diuisiōnem in partes duodecim. Siquidem cui ex aſſe contingebat hereditas, is solidam capiebat hereditatem, hoc est totam & integrā, nec ulla ſuī parte diminutam. Et inter heredipes & captatores quidam etiam dextante, hoc est decima parte, nonnulli deinceps, hoc est undecima parte hereditatis, cogebantur esse contenti. Similiter dixit Tom. 5. lib. de Monogamia ſub finem: ex testamento Dei solidum nō posse capere.

6. Fideicommissum. ] Fideicommissum (inquit idem) iureconsulti vocant, ultima voluntatis executionē, qua per verba deprecatoria amico iniungatur, qualia ſunt, Peto, cupio, rogo, & ſimilia. A fide hereditas cui committitur, nomen habet. Vnde fideicommissarij dicitur. Hereditas fideicommissaria etiam fiduciaria appellatur Vlpiano. De diffringine fideicommissorum & legatorum, prolixa apud iureconsultos diuinitatio. Libros

certi tres videre eſt in Digestis seu Pandectis Iugimis 30.31. & 32. Titulo de legatis & fideicommissis, al quos in Paratitlio adnotauit Cuiacius hāc vtriusque differentiā: Quod Legatum donatio fit regalmento hanc mandata, fideicommissum vero liberalitas, quae vobis precariſ, vel alio quocunque indicio voluntatis praeveſt, in aliquem conſeruit etiam ex iusteſto.

7. cui ſit honor, gloria, &c.] Rorū hīc manu in duobus locis Apocalypſis 5. & 7. iſtud definiſſū, in priori loco legitur: honor, gloria, potefas; p[ro]ficit[ur], claritas & virtus, pro quorum poſtem hīc legitur: dignitas; nam & magistratū vox Graec[us] ἀναγ[ι]γ[ι]ficit[ur]. Addit etiam aliud: nunc, foris ex Ep[ist]ola Iudei, qui ſabdit; nunc, & in ſecula ſeculorum. Inde, qui ſabdit;

8. post excellum noſtrum.] Excellum recte nanus mortem interpretatur, ſic enim & inſra cap. 1. post viri excellum; & lib. ad Valentim, Tom. 5. in ep[ist]ola post excellum omnino non nubitur. Quo lib[er]o diuitiā, etiam Suetonium ſit loqui ſolitum. Adeo & Cyprianum ep[ist]ol. 4. ac 31. & lib. ad Demet.

9. renuntiēti nuptiis.] Ascensio Pedianum (inquit Rhenan.) docet renuntiationem eſſe recitationem rei, que in placito & promitione venerat. Sic dicit Hippolitus renuntiare Cicero. Hinc illud noſtrum: Renuntiamus diabolo & pompi eius. Et illud ipſius. Adin inſra cap. 5. lib. de Coron. milit. conceſſtamur nonneſtia diabolo & pompa & angelis eius de quoc in rim latius inſra Tom. ſequ. lib. de Baptismo, ſit in cap. 4. quia & luxuria & ambitioni renuntiantur.

10. tranſlatio ſclicer in angelica ſedam. Ita (inquit Rhenan.) & lib. de Habitū mulier. Non & vobis cadē tunc ſubſtātia angelica reprobiſit. Repicit locum qui est Matth. 22. cap. Integer locum habet. In resurrectione autem neque nubunt neque nubent pro quo dixit: nulla reſtitutio nuptriarum in diuina ſurrexitionis reprobmitit, ſed erunt ſicut Angeli Dei; quod pertinet quod premiūm eſt. Oſiſſum ac questionis Sadduceorū proponit, quum dicuillam quod septem fratribus per ſucceluum nupſſile veſtimenta, tamquam de fide eorum dubitan.

11. illam confuſurus.] De ſimiſi phraf[ab]ilis, de not. noſtris in B. Cyprian. Ep[ist]ol. 63. n. 47. ibi trax illud Marci 8. Quo me confutis fuerit, confundet eum, &c. Porro de errore Tertulliani qui Diogenes etiā hīc conſuſionem, & mox cap. 4. conſuſionem item dedecus voluptuosum, & tam ſpucia, ap[er]t[us] in Prolegomenis noſtris inter eius errores. Eadem pertinet in inſra cap. 5. dicitur. Nubebant & emebant, fuligine ipsa carnis & ſeculi vitia; item: quæ olim detinua lia ſunt apud Dominum.

## C. A. P. II.

12. Non quidem abnuimus, &c.] Secunda ſequitur inſcriptionem damus: Quod ſecundas impugnat deſcripta non adprobate; in qua amissione maximē Montani Lat. Monogamia (vel Rhenanum inſtitute) patronum agens, dum cribit coniunctionē ſeminae à Deo permifſam, vnam tamē, difficit[ur] argumentum ex Genesi, quid Adam vnum Eum maritum & Eua vna illius vxor, vna mulier, vna coquitis vero & ſano intellectu latius libri ſupradicti, in Prolegomenis.

13. sed etiam plurifariam matrimonii vti fas  
fuit.] De hoc itab. August. l.de Bon. cōtingali c.15. Ante-  
quis iustis nō fuit peccatum, quod pluribus feminis vce-  
bantur; nec contra naturam hoc faciebant, quum non la-  
sciamenti causa, sed gignendi hoc facerent; nec contra mo-  
rem, quia ex tempore ea fieberat; nec contra praeceptum, quia  
nulla lege erat prohibitum. Intelligat autem Abraham et  
Jacob Patriarchas.

14. Erant & concubinae. ] Quod proprio con-  
cubine non fuerint, sed secundariae uxores, Abraham Agar,  
& Iacob Bala & Zelpha, Et Chrysostomus & Augu-  
stinus disertis verbis comprobant, vel ex illo Genes. 16. Et  
dedit eam viro suo vxorem. & Gen.30. Deditque illi Bas-  
lam in conjugium. De concubinis Salomonis Regis alia  
ratio nam in peccatum illi ei imputat B. August. l.5. Lo-  
cationum in illud Deuteron. 17. Non habebit Rex uxores  
plurimas, que allicant animam eius faciens vim in voce:  
plurimas, nam plures etiam David uxores habuerat. At-  
qui piafuum licentiam, omnibus usurpatam intellige-  
more suo, de quo latius infra Tom. sequ. sub finem lib. de  
Carne Christi.

## C A P . III.

15. Sed non idē premerimur de libertate vetu-  
statis, &c. ] Titulum huius capituli scripsimus: Quod  
est bonum sit matrimonium, continentia tamen  
meius sit bonum. Tractas autem id argumenti multo  
latius ex eadem Apostoli scriptura infra l.5. l. de Exhort.  
capit. quo Lectorem remittimus.

16. qui inter cetera peruerteritatum suarum, &c.]  
Haud dubio Marcionem notat (vt etiam adnotauit Rhei-  
nan.) Apud illum enim, ut scribit l. ad eundem: Non  
tinguitur caro, nisi virgo, nisi vidua, nisi celebs, ni-  
si diuinit baptismata mercata. Vbi de nuptiis nusquam  
probabitur latius.

17. Sed etiam in persecutionibus, &c. ] Facit hoc  
ad initium erroris Tertulliani, de quo scriptis librum De  
fuga in persecutione; sed paulo minus hic loquitur  
quam lib. de Coron. mil. unde misi sit versimile, hunc  
& sequentes librum illo prius conscriptos, maxime quoniam  
nulla in isto mentio Paracleti. Non male autem Rhenan.  
interpretatur compressum in tormentis, & distortum  
in equo. Qui etiam recte illud: Quid enim ne-  
cessit morti mihi si distinguit, ut quæsitum legatur.  
Nam obiectio est fugientis in persecutione; quasi dicat:  
Christi neminem ab hoc cogit ut moriatur, qui dicit: Fu-  
gite de cunctis in cunctis. Quemadmodum & illud: Si  
ploro, bonum est, si timeo, sic interpretari: Si infâ-  
te persecutione deploro propriam imbecillitatem, quod  
corpus videbatur non sufficiat tormentis sustinere, bonum  
est. Si timeo, subiands tormenta, ne scilicet propellar ad  
negationem, bonum est, nam ut ante dixi, priores  
clausulas plerunque repetere oportet.

18. diffusio est ipsimorum. ] Ita lego ex 1. cod.  
MS. Varic. pro eo quod Rhenan. infirmorum; ac si infir-  
ma vocem minus bona atque imperfecta. Item ex 2. Varic.  
Porro planè bonum, pro: plenè, quod illud Autori  
in eodem etiam significatu magis sit visitatum.

19. & meliorum donationum sectatores si-  
mus.] Contra quam solet veri Latinæ donationes, quod  
noster interpres 1. Corin. 12. retenta voce Graeca charis-  
mata.

20. Felicem illum, qui similis Pauli exsisterit. ]  
Iicus contra illos, qui Paulum Apostolum conjugatum  
fuisse adserere non verentur; sed quia apertius istud 1. Cor.  
7. exponit infra lib. de Exhort. ad cap. eodem Lectorem re-

mittimus, idque eo magis, ut constet de vera Auctoris  
sententia, quod ad coniugium sacerdotum adineret, &  
maxime ad lib. de Monogamia, ubi disertis verbis preter  
Petrum: ceteros (inquit) Apostolos aut spadones in-  
telligi necesse esse aut continentis.

## C A P . I I I .

21. Sed carnem legimus infirmam, &c. ] Inscriptio-  
nem huic capiti damus: Quod neque carnis, neque  
seculi necessitas ad nuptias cogat.

22. Legimus tamen & spiritum firmum. ] Fic-  
tum veris Matth. 26. pro eo quod promptum noster  
interpretes, Græcè οὐ μόνον, ad cuiam significationem iste  
magis accedit.

23. statutis officia defendit. ] Sic (inquit Rhenan.)  
etiam alibi sepe loquitur, nonnumquam cum Datino. Ut  
in lib. de Refut. carn. Corruptionem (inquit) perpetuam  
veteri defendat.

24. Sororum nostrarum. ] Hoc est (inquit idē) Chris-  
tianarum. Similiter lib. de Anima, T. sequ. Soror quæ-  
dam reuelacionum charifinata fortita.

25. malunt enim Deo nubere. ] Potest hoc & de  
Viduis, & de Virginibus intelligi, quemadmodum latius  
infra lib. de Velandis virg. n. 1.

26. volatilia desideria. ] Similiter alibi dixit Au-  
tor: propter vnius anni volatilium gaudium. Cō-  
penfans autem (inquit Rhenan.) velut pensatione facta  
eternorum beatum cum mundanus ijsis & transitoris.  
Qui etiam adnotat illud: videlicet, ironicum esse, nempe  
pro scilicet item toleranda vite accipi, profundin-  
da, seu portu siuentandæ.

27. qui prohibet de crastino viâque curare. ]  
Pausis exprefit illud Matth. 6. Nolite solliciti esse, dicen-  
tes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo ope-  
riemur nam omnia illa vietus nomine intelligit, tum hic  
tun supra lib. de Idolol. c.12. vbi pro: curare, transtulit:  
cogitare.

28. non Gallicos vultus. ] Propter candorem (inquit  
Rhen.) proferimus si cum Græcis, Syris, Hispanis, aut etiam  
Italis hodie comparantur. D. Hieron. ad Furiam: Nec can-  
didulus & rubicundus affecta adharet lateri tuo. Et ad  
Domericadom: Eunuchorum quoque tibi (inquit) & puel-  
larum & seruorum mores magis eligantur quam vul-  
tuum elegantia. Idem ex Lactantio docet: Gallis nomen  
obuenisse Galatia à candore corporis, ad quod adliserit  
Mars, cum caneret:

-Tum lactea colla

Auro innectuntur.-

Potuisse enim aliqui dicere, candida, sed & Ann.  
Marcellinus: Celsior (inquit) stature & candidi penes  
Galli sunt omnes, & rustici, luminisque toruitate terribiles,  
audi surgiorum, & sublarius insolentes. Intelligit  
itaque Gallos affectus seruamlos. Prima editio in mar-  
gine habebat: mulos, pri: vultus, quod magis placet, eo  
quod lib. sequ. c. 8. n. 57. legatur: & mulibus & cinera-  
riis peregrina proceritatis. quem similem huic locum  
esse Rhen. adnotauit. Nihil tamen in contextu immuta-  
ui, eo quod 3. MS. Varic. vultus legant.

29. nec Germanicos baulos. ] Hoc est (inquit idē)  
lepticarios seruos, qui in lectica aut sella gestant. Ad hanc  
operam ob stature proceritatem, Germanis vtebantur,  
olim etiam syris: unde Iunenali,

Nec que longorum vehitur ceruice Syrorum.  
Tunc antiquitatis periti lecticam ijsiusmodi gestatoria  
non absimilem sandapilæ fuisse, qua mortui hodie effren-  
tur, sed obductilem velis, si ita res postulasset, adfixis etiā

Ee iiiij

ULLIAN,  
in statu omibus  
MELII.

AV  
36

inferne sustentaculis, que nunc suspendi, nunc demitti possent, si quando baiulos interquescerre necessitas coegerit, denos plerumque vel duodenos, quibus etiam recentes succedebant vicarij. Nam non per urbem modo, verum etiam per agros magna itinera humi modi gestatione conficiebantur. Seneca epist. 80. Idem quoque de iustis licet omnibus diuersis, quos supra capita hominum, supra quamque turbas, delatos lectica suspendit. Id est alibi: Non faciet (inquit) te beatum turba seruorum lectica tua per itinera urbana aut peregrina portantium. Et rursum alio loco: Quotiens occurrit dominus plenaria, cohortes culta seruorum, lectica formosis imposita calubus. Porro Romanus Pontifex usum lectica ex antiquitate retinuit, ut dia multa, sauentibus & concedentibus hoc Imperatoribus, Flavio Constantino Magno, & ceteris qui hunc inscripsi sunt. Nam de vehiculis, siue sella curuli, clarum testimonium habemus ex Ammiano Marcellino. Denique Rome baiulos agit ho dieque Germani, Pontificis, corporis gestatores ex cohorte illa stipitum Palatina, quam a multis iam annis Romani Pontifices alunt.

## C A P . V .

30. Adiungit quidem sibi homines caussas, &c.] Inscriptimus hoc caput: Quod nec liberorum procreatio necessaria sit. Quamquam autem paulopost malit legere Rhen. ociosum est, nos ociosum retinuum cum MS. & excusis codicibus. Pro eo autem quod est: isto leculo eximi, legunt MS. 3. Virg. cod. excut, sed pro priori lectione fact illud supra lib. de Spectac. c. 28. exire de leculo. Ibi denique, Nimirum necessaria, rursum ironium esse adnotavit Rhenanus.

31. quae legibus locantur.] Visitur hic (inquit Rhenan.) Metaphora locantis aliquid ut fiat, velut is facit qui domum construendam aliqui locat, qui conducere dicuntur, & redimere. Quemadmodum vero locator conduce re perfecta partem mercedem excolvit, sic & leges patribus ob filios procreatrum premium conferunt. q. d. Nisi inuitaret homines propositum premium, nemo liberos tolleret. Quod magis placet, quam quod Adnot. suis in lib. de Exhort. cast. censet legendam: cogantur, eo quod illic similiiter dicat: ad quos suscipiendos legibus compelluntur homines. Inter quas (prater eas, de quibus supra Apolog. c. 4. n. 52.) erat illa xij. T. ularum: Censores, & libes esse prohibento. Item illa Platonis l. 6. de Leg. qua eos qui annis xxxv. peratis coniuges nec haberent, nec habere vellent, pecunias & honoribus multauit. Vide autem etiam de penit. caelubum infra Tom. 5. sub finem lib. de Monogamia.

32. in illa die expeditionis.] Dies expeditionis, vix ad marginem adnotavit Rhenanus, dies ultimi iudicij. Sive autem paulopost legas: posterioris gratia nubet, cum excusis, sive: nubebit, cum MS. 3. Variis, perinde est.

33. sed quum dicit, Nubebant & emebant.] Etiam hic memoria lapsus videtur. Author, dum Sodoma & Gomorrha adscrimit, quod Christus narrat de diebus Noe, Matth. 24. quamquam etiam ibi non dicatur quicquam de iis qui emebant. Reversus lib. de Monog. T. 5. infra sub finem, omisso emptione: Nubant (inquit) huiusmodi in finem vique, ut in ista confusione carnis, sicut Sodoma & Gomorrha & diluuij dies, ab illo ultimo exitu seculi deprehendantur.

34. Etenim illa tunc cecitas, &c.] Illa (inquit Rhenan.) cecitas, videlicet non curantium Deum, sed nubentium & ementium, accidit ante tot secula, mundo adhuc propemodum recenti, in cuius finem nos incidi-

mus, hoc vult dicere. Pertinet etiam hoc ad crit. 7. tulliani.

## C A P . VI .

35. Quod si habentes, oblitterare debent, quod habent, &c.] Hunc capiti titulum facimus: Quod continentia debeat & Christianarum & Gentilium forminarum continentiam.

36. memoria chariss. maritorum parcant] Parcant (inquit Rhenan.) hoc est feruerit. Translatane sanguis ad hominem frugis, qui rebus suis parce vuntur, metates quod habent feruare, quam inutiliter prodigeri. Accusatio confituit, ut sit parcant, pro: comparcent, nisi manus parentum.

37. Quot enim sunt qui statim a laicatu ne rem suam obsignant,] Siquis alius, certe hic loco, aquis. Votum continentia significat, de quo latius supr. de Cultu feminorum, c. 6. n. 51. & infra lib. de Paul. virg. n. 1. Simile est illud lib. de Patientia supra 1. 13. Sicut donec voluntarium ad regna coeli leuat.

38. Quot item qui consensu pari inter lemons monij debitum tollunt,] Simile est illud infra lib. Reland. virg. cap. 10. Sive ex consensu contumeliam communem iam reculauerunt. Istud autem pertinet ad continentiam coniugum, quam pariter consensu in primis Ecclesie votantes, ita debent matrimonij sibi mutuo remittunt, & quidam tollunt. Atque id imprimit usitate fuit in usque adhuc adlegabantur ordines, iam antea coniugis, atque illi & de Tertulliano uti dipsum credi, fuit quod ad Fan haud dubio esse absentem, hos duos libros volumina meum quoniam confit in Ecclesia Latina id iam ab etate dipolorum etiam ex precepto observatum fuisse. Quod prout imprimis illud Decretum Clement. Romanum. Quod si post ordinacionem ministri altari continetur primum innundare cubicle uxoris, sagarij non intromittantur, & quae in illud commentative est Franciscus Taurian. 5. pro Epist. Pontificis. c. 12. nominatum ex B. Sexto Post. lib. de Castit. De quo vide plura supra lib. de Cultu femin. c. 9. n. 1. ubi etiam de Spadonibus volumina.

39. saluo matrimonio,] Facit hoc altera filia sententia, que etiam matrimonium saluum perficit in B. Virgine & Ioseph, etiam si in defensione continentia perpetua virixerint, atque adeo etiam a quis consensu pari continentiam. Ibi autem Durum p. 8. & arduum, Ironiam iterum adnotavit Rhenan qui quamquam malit legere: continentia lancea finit, mihi id non placet, facit enim magis ad infinitum illud: continentia sancta, formina post virginitatem.

40. Roma quidem que ignis illius ineptibilis, &c.] Alius verbo hoc expressit sub finem lib. de Monogamia mox citati: Sunt & que de ratione continentia iudicent nos virginis Vestae, & Iunonis, & chaicas, & Apollinis Pythij. Item lib. de Exhort. c. 1. Nouerant virgines Vestae apud Achaeis ganeum, & atrocis apud Delphos. Atque de Velatisibus videlicet Apolog. c. 26. n. 40.

41. Achaea Iunoni apud Egium oppidum ergo fortitur,] Antea erat: Achaea (inquit Rhenan) inscriptimus: Achaea, Nam Egium oppidum est apud Achaeas, ubi celebatur Iuno. Author Plinius & alijs. Hoc nonis ex hoc loco facit mentionem Hieronymus in Ep. ad Gerontiam, apud quem legitur in perusalis editionibus, Iunonisque Achaeas. Geraldus hujus Hieronymi 3. legit, & probat lectionem: Achaea Iunoni. Veritas

et magis Rhenani lectio, quod non solum excus, sed & MS. ad legunt, lib. de Exhort. castit. Iunonis Achaica, scius etiam apud B. Hieronymum retinendum puto: Achiuca pro eo quod Erasmus legendum censet: Argua. Idem quidem ab illo repetitur adu. Iunin. lib. 1. sed dum taxat: Iunonis virginis vocat.

42. & que Daphnis infinitantur.] Antistites has vocat l. de Monog. Apollinis Pythii, vbi de iis latini.

43. Ceterum viduas Africanae Ceteri, &c.] similiter lib. de Exhort. castit. paulo clarius: Fœminas vero Ceteris Africanae, cui etiam sponte abdicato matrimonio, ad senectum, exinde adempto contatu masculorum, utque ad oscula filiorum. & paucibus lib. de Monog. Ceteris sacerdotes viuentibus etiam viris & contentientibus, amica separatione viduantur. Ex quo loco constat etia hic legendū: eis utique viuentibus, pro ridetibus. Argui quā & hic & locis diuina modo citatis nominatis legit codices omnes Ceteri, et si non placeat conjectura eruditiss. D. Pithaei (de qua supra Apolog. cap. 24. num. 383.) quā legendum censet: celesti, tamen in hoc ei assentior, ut Deam coelestem existimem eandem, que hic Africana Ceres numeratur. Sive autem legas paulop̄: pietatis sancte solatia cum excus fuisse, iancta cum 3. MS. Vatic. cod. per in-

id est nuptæ aliquando eliguntur. Reficit autem locū qui exstat ad Timoth. priore epist. cap. 5. Quod autem hic Ordinationem, illuc: Viduarum vocat, & sedem viduarum. Verum de hoc etiam ubi supra, lib. de Castit. erit dicendi: locus ad illud sub finē: Quanto igitur & quā in Ecclesiis ordinari solent.

48. Regem seculi Pontificem Maximum, &c.] Idem repetit dictu lib. de Exhort. castit. vbi hac de re tractabitur, & aliquid etiam dicetur Tomo sequ. lib. de Prescrip. adu. heret. c. 40. n. 241.

49. vt alicuius boni admis. ] Ita supra lib. de Patientia: Numquid impatiens pacis adfines, & T. seq. l. adu. Hermog. boni & mali adfines.

## C. A. P. VIII.

50. Nam de viduitatum honoribus, &c.] Postremo huic capituli titulum impossumus: De Viduitatis honoribus.

51. Iultē facite viduae & pupillo. ] Utique adscribit quod Iul. secundo loco ponitur Δικαιόσυνη, nam apud illum sic legitur: Iudicate pupillo, & iustificare viduā. Legimus autem mox ex 3. Vat. cod. qui viduae benefecit, pro beneficiis.

52. cuius adsertor Dominus. ] Adsertor inquit Rhen. vindex est, qui aliquem vindicat in libertatem. Hic pro patrono, qui hominem tuendum suscepit. Ita lib. 1. in Marc. talis adsertor etiam damnaretur in seculo, ne dum plogiator.

53. Poterit virgo: felicior haberi, at vidua laboriosior, &c.] His & precedentibus ac sequentibus verbis indicat, quo sensu infra dicat lib. de Veland. virg. c. 10. Non enim & continentia virginitati antīlata, &c. vbi de hoc latius n. 83. Similis etiam locus est supra lib. de Patient. c. 13. n. 85. & B. Hieronymi complures.

54. virtus coronatur. ] Pertinet hoc ad coronam seu premium virtutum, de qua supra lib. de Patient. c. 11. n. 73. & 75. & lib. ad Martyras c. 3. n. 43.

55. Coniunctum arque commercia, &c.] Similiter (vici etiam adnotat Rhenan.) B. Hieronym, ad Eustochium: Etas autem (inquit) virgines & viduas, que occise & curiose domos circumveni matronarum, que rubore frontis absfricte, parastis vincū mimorum, quasi quasdam pestes abice. Corrumptunt bonos mores confabulationes pessimæ. Nulla illis nisi ventris cura est, & que ventri sunt proxima. Itinmodi hortari solent, & dicere: Mi castella, rebus tuis vere, & viue dum viue, & nūquid filii tuis seruas? Vt nos atque laicūs quidam mali insinuant, ac ferreas quoque mentes ad delicias emoliant.

56. Bonos corrumptunt mores. ] Hunc Menandri versum sanctificatum (vbi loquitur Actor per Apoll. 1. Cor. 15. sic citat in Tractat. de Simpl. Prælat. seu de Virtute Ecclesiæ B. Cyprian. martyr. Corrumptunt ingenia bona confabulationes pessimæ. Et in sequ. lib. rursum Tertull. Bonos corrumptunt mores confabulationes male.

57. per otium se veritate deducunt. ] Sic iterum legimus ex 3. MS. Vatic. ac si dicat: se à veritate deducunt, pro eo quod substituit ex collatione Gorzeni Rhen. secunditatem inducunt.

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELI,

A V  
36.

C. A. P. VII.

44. Nobis continentia ad strumentum æternitatis demonstrata est, &c.] Inscriptio n̄m huic capituli damus: Quod etiam Scriptura videatur dehortari secundas nuptias. Strumentum autem (inquit Rhenan.) pro instrumento, etiam alibi usurpatum, ut stridulus pro instructus, & stridulus adverbialiter, pro: in stridū.

45. Nam etsi non delinquis renubendo, &c.] Hinc patet nondum omnino Monogamia fuisse Tertullianum, quem hoc scriberet, sed amore continentia vehementer scripsisse: quemadmodum etiam B. Hieron. Epist. modo citata ad Gerontiam de Monogamia. Quamvis enim addudat ad verba Apolloti, tamen adserit dicta verba prouantiat, addendo de Apolloto: carnis tamen prefluvram subflegui dicit. Omnino tamen illud ab errare excusat non potest quod subdit: Quantum fidei detrahant, quantum obfrepant sanctitati nuptie secunde, &c. ad que, aliquid eiusdemodi respondebimus infra, ut libris supracitatis, aut inter Prolegomena.

46. quum digamos non finit prælidere. ] Præsidebam (inquit Rhenan.) Presbyteri & Episcopi: unde Præsidentes dicti. Tertull. lib. de Coron. milit. loquens de Eucharistia: Nec de aliorum (inquit) manu quam Præsidentium sumimus. Ad ludus autem ad locum qui est ad Titum c. 1. Vnus viroris vir. Vide similem locū Apolog. c. 34. Præsident quique probat seniorum; vix de autoritate Episcoporum latius n. 503. Atqui de his scripturæ loco latius infra dictis libris de Cast. & Monogamia.

47. quum viduam allegi in Ordinationem, &c.] Quod hic Ordinationem vocat (inquit Rhenan.) in lib. de Veland. virg. vocat sedem. Ad quam (inquit) sedem preter annos sexaginta non tam vniuera,

ARGVMENTVM LIBRI SECUNDI AD Vxo-  
REM PER IACOBVM PAMELIVM.

- S**cripto ad Vxorem Libro præcedenti, respectu humanæ infirmitatis ad-  
cunda consilia conuersus, hunc quoque Librum ad eam scripsit, quo uti saltem  
matrimonio cum Gentilibus abstineat, adhortatur.
- I. Atque imprimis id ex Apostoli præcepto urget, qui nubendi disciplinam  
præscribendo, non suadet, sed iubet, ut tantum in Domino nubant.
- II. Neque verò sibi quem quam blandiri debere de illo eiusdem Apostoli: Si quis frater infide-  
lem habet vxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam, &c. quia manifestum est  
eos fideles designari, qui in matrimonio Gentili à gratia Dei inuenient fuerint.
- III. Proinde fideles Gentilium matrimonia subeentes, stuprareos esse, & arcendos ab omni  
communicatione fraternitatis.
- IV. Maxime, quum Gentili iuncta fæmina Domino pro disciplina satisfacere non posse,  
statio facienda sit, si ieunia obseruanda, si procedendum erit. Quis enim coniugem suam  
eternis conuocationibus aut sollemnibus Pasche abnoctantem substinebit? quis ad communia  
Domini, cùm quod infamant, sine suspicione dimittet?
- V. Et ut aliqui nostra sustineant, hoc esse delictum, quod Gentiles nostra noierunt? Quomodo  
enim latebis (inquit) cùm lectulum, cùm corpusculum tuum signas, cùm etiam per noctem  
oratum consurgis? Nec sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes? et si sciat, panem  
non illum credit esse qui dicitur.
- VI. Deinde, quum moretur Dei ancilla cum Laribus alienis, de cuius manu desiderabit, de  
cuius poculo participabit? Quid maritus suis illi, aut illa quid marito suo cantabit? que  
Christi invocatio? que fomenta fidei de scripturarum interlectione? ubi diuina benedictio?
- VII. Aliam verò esse rationem, si haec eis quoque evenire possint, que in matrimonio Gentili  
fidem adeptæ sunt: quia facilius tales lucrifunt, eo quod ratum sit apud Deum matrimo-  
nium.
- VIII. Quid quod etiam Iure seruiforas nubere interdicantur; & censeantur seruitur vnde  
candæ, quæ cum alienis seruis post dominorum denuntiationem in consuetudine persecu-  
erunt.
- IX. Fœlix econtrariò esse matrimonium, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, duorum  
delium; qui simul orant, simul ieunia transigunt; ubi sacrificia sine scrupulo, non furio-  
gnatio, non muta benedictio.
- Ceterum, præterquam quod præcedentis libri nominatum hic fiat mentio, & non senti-  
imitetur Auctorem, verbis penè ipsum B. Hieronymus locis infra citatis, etiam hunc in-  
derunt MS. iam olim Trithemius & Politianus. Editus verò fuit primùm cum Schola,  
deinde & Adnotationibus à Rhenano; at nunc & denuò castigatus ad tria MS. Uatu-  
na exemplaria, & Adnotationibus auctus.

## Q. SEPTIMII FLORENTIS

TERTVLLIANI AD VXOREM, DE MA-

TRIMONIO CVM GENTILIBVS,

Liber secundus.

**R**OXIME<sup>2</sup> tibi dilectissima in Domino conserua, quid fœminæ san-  
cta, matrimonio quacunque sorte adempto, fœtandum sit, vt potui,  
prosecutus sum. Nunc ad secunda confilia conuertamur, respectu hu-  
manæ infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quæ di-  
uertio, vel mariti excessu, oblata continetia occasione, non modo  
abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubēdo quidem rur-  
sum disciplina meminisse volerunt, vt in Domino potissimum nube-

C A P . I .

1. Cor. 7.

rent. Itaque mihi confusus est animus, ne qui te nuper ad vniuersitatem & viduitatis perseuerantiam hortatus sum, nunc mentione nuptiarum, procliuum tibi labendi ab altioribus faciam. Quod si integrè sapis, certè scis id seruandum tibi esse, quod sit utrius. Quod verò difficile est, & non sine necessitatibus & hoc maximum propositum vitæ supremi præsi-  
B dji, nec mihi de isto quoque referendi ad te causæ fuissent, nisi grauiorem meam follicitudinem comprehendissem. Nam quanto grandis est continentia carnis, quæ viduitatem ministrat, tanto si non sustineatur, ignoscibilis videri potest, difficultum enim facilis est venia. Quanto autem nubere in Domino<sup>8</sup> perpetrabile est, uti nostræ potestatis, tanto cul-  
pabilius est non obseruare quod possis. Eo accedit, quod Apostolus de<sup>9</sup> viduis quidem &

vbi saprà.

innuptis, vt ita permaneat suaderet, cùm dicit: Cupio autem omnes meo exemplo perseue-  
rare. De nubendo verò in Domino, cùm dicit, Tantum in Domino, iam non suaderet, sed  
<sup>10</sup> exerte*re* iubet. Igitur in ista maximè specie nisi hoc sequimur, periclitamur: Quia suasum impunè quid negligas, quām iussum, quod illud de consilio veniat, & voluntati proponatur: hoc autem de potestate descendat, & necessitate obligetur: illic libertas, hic contumacia delinquere videatur. [11] Igitur cùm quādam istis diebus nuptias suas de Ecclesia toleraret, id est, Gentili coniungeretur: idque ab aliis retro factum recordarer, miratus aut ipsa-  
rum petulantiam, aut consiliariorum prævaricationem, quod nulla scriptura eius facti li-

C A P . II .

1. Cor. 7.

centiam preferrent, Nunquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur, primæ ad Corinthios, vbi scriptum est: Si<sup>12</sup> quis frater infidelem habet vxorem, & illa matrimonio consentit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis, infidelis nupta, si consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir à fidei vxore, & infidelis vxor à fidelis marito: ceterū immundi essent filii vestri.<sup>13</sup> Hanc monitionem fors fidelibus inuidit simpliciter intelligendam putent, etiam infidelibus nubere licere, qui ita interpretantur. Absit ut sciens se circumscribat. Ceterū manifestum est scripturam istam eos fideles designare, qui in matrimonio Gentili inuenti à Dei gratia fuerunt, secundum verba ipsa: Si quis inquit, fidelis vxorē haberet infidele, nō dicit, vxorē dicit infidelem: ostendit iā ibidem.

In matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conuersum persecutare cū vxori debere: scilicet propterea, ne<sup>14</sup> qui fidem confecutus, putaret sibi deuertendum esse ab alieniam & extranam quodammodo fœmina. Adeò & rationem subiicit in pace nos vocari à Domino, & posse infidelem à fidelī per vium matrimonij lucrifieri. Ipsa etiam clausula hoc ita intelligendum esse confirmat, Ut quisque ait, vocatur à Domino, ita perseue-  
ret: vocantur autem Gentiles, opinor, nō fideles. Quod si de fidelī ante matrimonium pronunciasset absolute, permiserat sanctis vulgo nubere. Si verè permiserat, nunquam tam diuerlam atque contrariam permisssi suo pronunciationem subdidisset, dicens:<sup>15</sup> Mulier defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Hic certè nihil retractandum est: nam de eo quod tractari potuisset, Apostolus cecinit: ne, quod ait, cui velit nubat, malè ibidem.

Vteremur, adiecit, tantum in Domino, id est, in nomine Domini, quod est indubitate Christiano. Ille igitur Apostolus sanctus, qui viduas innuptas integratitudi perseuerare manauit, qui nos ad exemplum sui hortatur, nullam aliam formam repetundarum nuptiarum nisi in Domino preficit, huic soli conditioni continentia detrementa concedit: Tan-  
tum, inquit, in Domino. Adiecit pondus legi suæ, Tantum. Quo sono & modo enuncia-

ULLIAN,

in statu omnibus

GENTILI.

AV

36

## Tertulliani ad Vxorem

332

ueris dictum istud, onerosum est: & iubet & suadet, & præcipit & hortatur, & roget & comminatur.<sup>16</sup> detractata & exerta sententia est, & ipsa sui breuitate fœcunda. Sic soler. Diuina vxor, statim obserues. Quis enim alias possit pericula multa, & vulnera fidei in huiusmodi nuptiis quas prohibet Apofolus prouidisse: & primò quidem carnis sanctæ in carne Gentili inquinatum præcauiss? Hoc loco dicet aliquis, Quid ergo refert inter eum quin matrimonio Gentilis à Domino allegitur, & olim, id est, ante nuptias fidelem, ut non proinde carni sua caueant: alter arceatur à nuptiis infidelis, alter in his perseuerare videtur: cur si à Gentili inquinamur, non & ille disiungitur, quemadmodum iste non obligatur. Respondebo si spiritus dederit, ante omnia allegans Dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quam omnino disiungi: denique diuortium prohibet, nisi ita causa, continentiam verò commendat. Habet igitur ille perseuerandi necessitatem, hoc porro etiam non nubendi potestatem. Tum si secundum scripturam qui in matrimonio Gentilis à fide deprehenduntur, ac propterea non inquinantur, cum ipsis alij quoque sanctificantur: sine dubio isti, qui ante nuptias sanctificati sunt, si extranea carni commiscantur, sanctificare eam non sint deprehensi. Dei autem gratia illud sanctificat, quod inuenit. Ita quod sanctificari non potuit, immundum est: quod immundum est, cum sancto non habet partem, nisi vt de suo inquiet & occidat. [17] Hec cùm ita sint, fideles Gentiles matrimonia subeuntes,<sup>18</sup> stupri reos esse constat, &<sup>19</sup> arcendos ab omni communicatione fraternitatis, ex litteris Apostoli dicentis, cum eiusmodi nec cibum sumendum. Atne quid<sup>20</sup> tabulas nuptiales de illo apud tribunal Domini proferemus? Et matrimonio mprum est extranei hominis admisso? Minus templum Dei violat? minus membra Christi cum membris adulteræ commiscer? Quod sciam, non sumus nostri, sed pretio empti, et quali pretio? sanguine Dei. Lædentis igitur carnem istam, cum ledimus. De proximo quilibet voluit ille qui dixit, delictum quidem esse extraneo nubere, sed minimum, cum alii deposita carnis iniuria ad Dominum pertinentis, omne delictum voluntarium in Domino grande sit? Quanto enim potestas vitandi fuit, tanto contumacie crimen onerat. Recenseamus nunc cetera pericula & vulnera, ut dixi, fidei ab Apostolo prouisa, non cenis tantum, verum etiam ipsius spiritus, molestissima. Quis enim dubitet oblitterari quae die fidem commercio infidelis? Bonos corrumpunt mores, confabulationes mala: quem magis<sup>21</sup> coniunctus, & indiuiduus vñus. Quaevis mulier fidelis Dominum obseruit, & celte est. Et quomodo potest duabus dominis deserire, Domino, & marito, addi Gentili? Gentilem enim obseruando Gentilia exhibebit, formam,<sup>22</sup> extictionem, mundanæ seculares, blanditias turpiores, ipsa etiam matrimonij secreta mactiosa: non ut penitentios officia sexus, cum honore ipsius necessitatibus, tanquam sub oculo Dei modestè moderatè transfiguntur. [23] Sed viderit qualiter viro officia pendat. Dominu certè non potest pro disciplina satisfacere habens in latere diaboli seruum, procuratorem Dominum ad impedienda fideliū studia & officia. Ut<sup>24</sup> si statio facienda est, maritus de die condicendum erit, nunquam magis familiæ occupatio adueniat. Quis enim sinat contingua suam<sup>25</sup> visitandorum fratrum gratia, viciatim aliena & quidem pauperiora qua quæqueraria circuire? Quis nocturnis conuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi liberetur? Quis denique<sup>27</sup> Solennibus Paschæ ab noctantem securus sustinebit? Quis ad<sup>28</sup> conciuuium Dominicum illud, quod infamant, sine sua suspicione dimittet? Quis in carcere ad<sup>29</sup> osculanda vincula martyris reptare parietur? iam verò alicui fratum ad osculum conuenire? aquam sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo inuadere, desiderare, in mente habere? Si & peregrè frater adueniat, quod in aliena domo hospitium? Si cui largitatur, horreum,<sup>30</sup> proma, præclusa sunt. [31] Sed alii qui sustinent nostra, nec obstrepuimus: quod beneficium eorum est, si quid operamur. Non potest se dicere nefcire, qui libenter; aut si cælatur quia non sustinet, timetur. Cùm autem scriptura vtrunque mandet,<sup>32</sup> sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari Domino: nihil inter nos in parte delinquas, aut in conscientia mariti, si sit vt patiens: aut in confusatione tui, dum in tatur impatiens. Nolite, inquit, margarita vestra porcis iactare, ne conculcent ea, &<sup>33</sup> uestis vos quoque euentant. Margarita vestra, sunt quotidiana cōuersationis insignia. Quis uesti curaueris ea occultare, tanto suspectiora feceris, & magis cauenda Gentili cuiuslibet

CAP. III.

1. Cor. 5.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Ibidem.

1. Cor. 15.

Matth. 6.

CAP. IIII.

CAP. V.

Matth. 5.

2. Cor. 9.

Matth. 7.

A Latebis ne tu , cùm <sup>34</sup> lectulum , cùm corpùsculum tuum signas , cùm aliquid immun-  
dum flatu expuis , cùm etiam per noctem exurgis oratum , & <sup>35</sup> non Magiae aliquid vide-  
beris operari? Non scier maritus <sup>36</sup> quid secrètò ante omnem cibum gustes? Et <sup>37</sup> si sciue-  
rit , panem , non illum credit esse qui dicitur. Et hæc ignorans quisque , rationem simpli-  
citer sustinebit , sine gemitu , sine suspicione panis an veneni? Sustinent quidem , sed vt in-  
culcent , vt inludant huiusmodi fœminis: quarum arcana in periculum quod credunt ser-  
uent , si forte lœdantur , ipsi sustinent : quarum dotes , obiectione nominis , mercedem si-  
lentij faciant , scilicet apud arbitrum spiculatorem litigaturi. Quod pleræque non prouiden-  
tes , aut re excrucia , aut fide perdita recensuerunt. [ <sup>38</sup> Moratur Dei ancilla cum CAP. VI.

Laribus alienis , & inter illos omnibus honoribus dæmonum , omnibus solennibus re-  
gum incipiente anno , incipiente mense , nidore thuris agitabitur. Et procedit de ianua  
laureata & lucernata , vt de nouo consistorio libidinum publicarum. Discubuit cum ma-  
ritio in <sup>19</sup> sodalitiis , sèpè in popinis. Et ministrabit nonnunquam iniquis , solita quondam  
sanctis ministrare. Et non hinc præiudicū damnationis sua <sup>40</sup> ad cognoscet: Eos obserua-  
bit quos erat iudicatura. De <sup>41</sup> cuius manu desiderabit de cuius poculo participabit: Quid  
maritus suus illi , vel marito quid illa cantabit? Audiat sanè , <sup>42</sup> audiat aliquid Dei cœna , de  
taberna , de gehéna. Quæ Dei métio: quæ Christi inuocatio : vbi <sup>43</sup> fomenta fidei de scri-  
pturaru interlectione: vbi spiritus refrigeriū: vbi diuina benedictio? Omnia extranea , om-  
nia inimica , omnia damnata <sup>44</sup> adterendæ saluti , à Malo immissa. [ <sup>45</sup> Hæc si eis quoque CAP. VII.

B eueneri possint que in matrimonio Gentilis fidè adeptæ morātur , tamen excusantur , vt in  
ipsis deprehensa à Deo , & iubentur perseuerare , & sanctificantur , & spem lucrationis  
accipiunt. Si ergo ratum est apud Deum matrimonium huiusmodi , cur non prospè  
cedat , vt & à pressuris , & angustiis , & impedimentis , & inquinamentis non ita lassifatur ,  
iam habens ex parte diuina gratiæ patrocinium? Nam & ad aliquam virtutem cœlestem  
documentis dignationis alciuus vocata , terrori est Gentili , quo minus sibi obstrepat , mi-  
nus sciat , minus speculetur. Sensit magnalia , vidit experimenta. Scit meliorem factam ; sic  
& ipse <sup>46</sup> candidatus est timoris. Ita facilius huiusmodi lucrifiunt , in quos Dei gratia  
consecutudinem fecit. Ceterum aliud est , vtrò & sponte in prohibita descendere. Quæ 1. Cor. 7.  
Domino non placent , vtique Dominum offendunt , vtique Malo se inferunt. Hoc <sup>47</sup> si-  
gni crit vt solis , quod solis Peritoribus placet nomen Christianum. idè inueniuntur  
qui tales non exhoreant , vt <sup>48</sup> exterminent , vt arripiant , vt à fide excludant. Habes cau-  
lam , qua non dubites , nullum huiusmodi matrimonium prosperè decurri. à Malo con-  
sillatur , à Domino verò damnatur. [ Ad. <sup>49</sup> hoc queramus an iure , quasi reuera <sup>50</sup> de- CAP. VIII.

fectatores diuinorum sententiarum. Nónne <sup>51</sup> quiq[ue] domini & disciplinæ tenacissimi  
fervens suis foras nubere interdicunt: scilicet ne in lasciuia excedant , officia deferant , do-  
minica extrancis promant? Nónne insuper censuerunt <sup>52</sup> seruituti vindicandas , quæ cum  
alieno seruo post dominorum denunciationem in consecutudine perseuerauerunt? Seue-  
tiores habebuntur terrenæ disciplinæ cœlestibus præscriptis? vt Gentiles quidem extra-  
neis iunctæ , libertatem suam amittant: nostræ verò diaboli seruos sibi coniungant , & in  
statu suo perseuerent. <sup>53</sup> Scilicet negabunt sibi à Domino per Apostolum eiusdem denun-  
ciatum. Quam huius amentiaris caufam detineam , nisi fidei imbecillitatem pronam semper  
in concupiscentiam secularium gaudiorum? Quod quidem plurimum in lautioribus de-  
prehensem est. Nā <sup>54</sup> quanto diues aliqua est commatrona nomine inflata , tanto capacem  
domi oneribus suis requirit , campum in quo ambitio decurrat. Sordent talibus Ecclesiæ.  
<sup>55</sup> Difficile in domo Dei diues , ac , si quis est , difficilè cœlebs. Quid ergo faciant? Vnde nisi  
à diabolo maritū petant <sup>56</sup> bonum exhibendæ sellæ , & <sup>57</sup> mulibus , & <sup>58</sup> cinerariis peregrina-  
re proceritatis? Christianus ista etiam diues fortassis nō prester. Quælo te , Gentilium exé-  
pla proposas tibi. Pleræque & genere nobiles , & re beatæ , pessimis de ignobilibus & me-  
diocribus simul , coniunguntur , aut ad luxuriam inuentis , aut ad licentiam expeditis. Non  
nullæ le libertis & seruis suis conferunt , omnium hominum existimatione despacta , dum  
modo habeant à quibus nullum impedimentum libertatis suæ timeant. Christianam fi-  
delem fideli re minori nubere piget , locupletiorem futuram in viro paupere? Nam si  
pauperum sunt regna cœlorum , quia diuitum non sunt , plus diues in paupere in- Matth. 5.

uenient maiore date. Sit illa ex æquo in terris , quæ in cœlis forsitan non erit. [ <sup>59</sup> Dubi- CAP. IX.  
tandum , & inquirendum , & identidem deliberandum est , an ideo sit inuestis dotalibus cui  
Ff

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELII.

AV  
46

Deus censum suum credit. Vnde sufficiam ad enarrandam felicitatem eius matrimonij  
 60 quod Ecclesia conciliat, & 61 confirmat oblatio, & ob signatum angeli renunciant, parer  
 rato habet? 62 Nam nec in terris filii sine consensu patrum ritè & iure nubent. Quale  
 iugum Fidelium duorum viuis speli, viuis voti, viuis disciplinæ, eiusdem seruitur  
 Ambo fratres, ambo conserui, nulla spiritus carnisve discretio. Atquin verè duo in car-  
 ne vna. Vbi caro vna, vnuis & spiritus. Simul orant, simul voluntantur, & simul ieiunia  
 transfigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In 63 Ecclesia Dei pariter, in commu-  
 bio Dei pariter. In angustiis, in refrigeriis, neuter alterum cœlat, neuter alterum vita,  
 neuter alteri grauis est. Liberè æger visitatur, indigens sustentatur. Eleemosyna sine tor-  
 mento, 64 Sacrificia sine scrupulo, quotidiana diligenter sine impedimento. Non furtria  
 signatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: sonant inter duos Psalmi &  
 Hymni, & mutuo prouocant quis melius Deo suo canet. Talia Christus videns & au-  
 diens gaudet. His pacem suam mittit. Vbi duo, ibi & ipse, vbi & ipse, ibi & Malus non  
 est. Hæc sunt quaæ 65 Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda nobis, reliquit. Hy-  
 tibi suggere, si opus fuerit. His te ab exemplis quarundam reflece. Non licet alteri fide-  
 libus nubere: & si licet, non expediret.

*Math. 18.  
1. Cor. 7.*

### ADNOTATIONES IACOBI PAMELII IN LIBRVM AD VXOREM SECUNDVM.

1. DE MATRIMONIO CVM GENTILI-  
 BVS. ] Ibidem titulo adiunxit, ut norit Lector libri ar-  
 gumentum. Cui similem locum etiam habet B. Cyprianus lib. Testimon. 3. ad Quirin. cap. 62. hoc titulo: Ma-  
 trimonium cum Gentilibus non iungendum; ubi  
 & adlegat tum locum 1. Corin. 7. quem hic urget Au-  
 tor. Tantum in Domino, tum & alias scripturas Tob.  
 6. Genes. 24. 1. Ezech. 10. Reg. 3. cap. 11. Epistol. 1.  
 & 2. Corin. 6. Qui etiam lib. de Lapsis, inter crimi-  
 na collocat: Iungere cum infidelibus vinculum ma-  
 trimonij; ad quem locum Patrium similes sententias ad-  
 notauimus num. 21. infra adhuc aliquor citatur. cap. 1.  
 & 3. aduersus Magdenburgenses, qui perperam in-  
 ter errores Tertulliani collocare non verentur, quod di-  
 cat: stupri reos fideles Gentilium matrimonia sub-  
 eentes.

CAP. I.

2. Proximè tibi, dilectissima in Domino con-  
 servua, &c. ] Caput hoc primum inscriptum: Quod  
 tantum in Domino, id est Christiano, nubendu-  
 m præcipiat Apostolus. Quem locum 1. Corin. 7.  
 non modo ita interpretatur Tertullianus hic & in-  
 fralib. de Monogam. & B. Cyriani ubi supra, verum  
 etiam B. Ambrosius & reliqui Latinorum in eius loci  
 commentariis, B. Hieronymus lib. 1. aduersi, Iouinianum  
 hunc locum imitatus. Vbi etiam allegat 2. Corin.  
 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus; & præter  
 scripture loca mos citata etiam locum Malachia: Pal-  
 luit enim sanctum Domini, & dilexit, & habuit  
 filiam Dei alieni. Ex eo autem quod hoc capite Ter-  
 tullianus permitte vidua secundas nuptias, dummo-  
 dò in Domino, id est Christiano, nubat, collig-  
 gunt recte Magdenburgenses, quoniam hunc librum scri-  
 beret, nondum incidisse in heresim de damnata Dige-  
 mia.

3. feminæ sanctæ. ] Hoc est ( inquit Rhenanus Christianæ, ut infra cap. 2. Permitterat sanctis vigo nubere. Item : carnis sancte in carne Confini inquinamentum; & in lib. praecedente: cap. 6. de-  
 rum planè & arduum continentia sancte formae. Nam olim Christiani vocabantur sancti. Tu sanctissimi dicti Episcopi. Quem titulum ex antiquitate retinuit Pontifex Romanus. Similiter item &  
 fr. cap. 3. & penes sanctos dixit, ac cap. 6. inde  
 sanctis ministrare. Appellatione haud dubio dolo-  
 pta ex illo 1. Corin. 7. Alioqui filij vestris immo-  
 sent, nunc vero sancti sunt, iuxta interpretationem  
 Chrysost. & Ambrosij in Commentariis, que Am-  
 lib. de Anna infra Tom. sequ. sanctitatis candidu-  
 quam aperte appellat, ut ipso quoniam Appellatio eius a  
 nonum baptatis loquatur.

4. diuotio , vel maritit excessu. ] Sane his  
 eius intelligendum, quippe quoniam suam sententiam  
 plicet infra his verbis lib. de Monogam. Tom. 3. Re-  
 diatis non permitteret nubere adhuc primum  
 præceptum. vbi , & lib. 4. aduersi. Me-  
 Tomo sequent. hac de re latius, contra cuius orationem  
 hinc Tertulliano impingunt, quisi illi cogi-  
 rit licitum repudiatis nubere patrimonium in his

5. procluum tibi labendi ab alcionibus faci-  
 Procluum ( inquit Rhenan.) hoc est predicavit, illi  
 ansam ruinæ præfem.

6. & hoc maximum propositum. ] idem  
 esse ( inquit idem ) figura Graecæ, hoc est, for-  
 dum maxitum propositum, id est, for-  
 posita est in matrimonio, tamquam in supremo  
 auctoritatib. & solutijs causa mulieris necessaria.

7. que viduitatem ministrat. ] Similiter de  
 Apolog. c. 2. que vos aduersus formam, &c.

## C A P . III.

17. Hæc quum ita sint, fideles Gentilium matrimonia subeuntur, &c.] Inscriptio[n]em h[oc] capit[oli] finis: Quod arcendi sunt à communicatione fraternalitatis, matrimonia cum infidelibus contrahentes.

18. stupri reos, ] Perperam hoc inter errore[t] Tertulliani recensent Magdenburgenses, ut etiam supra annota[n]tum num. 1. Nam haud absimiliter B. Hieron. lib. 1. aduersus Iouianum. At nunc (inquit) plereque contenen[t]es Apo[stoli] ins[criptio]nem, iunguntur Gentilibus: & temp[or]a Christi idolis prostituunt, nec intelligunt se corporis eius esse partem, cuius & costa sunt. Sic etiam B. Ambrosius alibi.

19. & arcendos ab omni communicatione fraternalitatis, ] Ita excommunicationem Ecclesiasticam circumscribit, de qua videat Lector Adnotat. nostras in B. Cyprian. Epist. 3. num. 10. & supra Apolog. cap. 39. Que quid præterea iniungat, addit ex litteris Apo[stoli], 1. Cor. 5. nempe: cum eu[mi]modi nec cibum sumere.

20. tabulas nuptiales, ] Syngraphas (inquit Rhenanus,) intelligit. Sic Cicerone de Oratore: Nam pro tabulis, & contra tabulas, & pro testibus, vel contra testes, vel separatum dicere solemus, vel de genere uniuersi. Porro Tertullianus hic vitetur translatione actionum sine causarum forensium. Sive autem paulop[er] legamus: ab Apo[stolo] prouisa, cum excusis, sive: prauisa, cum 3. Vatic. MS. cod. perinde est.

21. coniunctus & indiuiduus v[er]sus, ] Quoniam sic legant MS. dicti cod. 2. & ipse Rhenanus in Adnot. probet, magis placet, quam quod ille in 1. edit. substituerat, coniunctus, &c.

22. exstructionem, ] sic vocat (inquit Rhenanus.) exhortationem sive expositionem, quam & expiationem appellare solet.

## C A P . IV.

23. Sed viderit qualiter viro officia pendat, &c.] Caput hoc inscriptum: Quod Deo satisfacere Gentili viro nupta non possit.

24. Vt si statio facienda est, ] Stationem plerumque pro stato sciunij die accipi ab Auctore, supra satis ostendimus lib. de Orat. cap. 14. num. 5. 8. & ad Cor. milit. num. II. Et tamen eo quod illi opponatur condicere ad balneas, videretur accipi scitum à Rhenano accipitur, & B. Cyprian. epist. 41. num. 10. & 42. num. II. & militia (inquit hic Rhenanus) Romana tractum & usurpatum hoc vocabulum, ut alia multa, hec in u[er]bo Christianoru[m]. Faciebat stationem milites, praesidium certo loco agitantes. Unde & stationarij dicti. Christiani, nunc in hac Basilica, nunc in alia conuenientes, nonnumquam apud Martyria, hoc est, Martyrum sepulchra, Deum stantes & aduenti preocabantur. Stationis vocabulum in hoc sensu non ignotum urbi Romane, ex antiquitate relictum, ipsa etiam obseruatione veteri per manus tradita ac retenta.

25. si procedendum erit, ] Similiter (quemadmodum adnotat & Rhenanus) B. Hieronym. ad Eusebium: Martyres tibi querantur in cubiculo tuo, nonquam causa desit procedendi, si semper, quando neceſſe est, procellula sis. Porro Procesſionum ceremonias antiquas esse vel ex hoc loco colligere potes, certe non contemendas, si cum aduentione animi & puritate premis peragantur. Quibus adde quod habet tacit Rhenan. in argumento, quod procesſiones Ecclesiastica refe-

ff ij

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELII.

L V  
46

runt Iudaicum populum obviam Christo factum, & Apostolos excusantes in mundum universum, cum Christus in celos ascenderet. Hec paulo prolixius contra Magdeburgenses, qui Processionum ritum ad Montani ceremonias referunt; quod quam non recte, vel inde colligere est, quod fateantur alibi librum hunc ante hec regim a Tertulliano conscriptum, vii supra adnotauit num. 2.

26. visitandorum fratum gratia, &c.] Similiter dixit supra lib. de Cultu femin. cap. ii. Aut imbecillus aliquis ex fratribus visitandus. Atque ex utroque loco haec colligit Christianorum veterum officia Rhenanus in lib. de Coron. milit. & hic in argumento, Stationes; ieiunium; processionem; visitationem fratum, hoc est Christianorum egrotantium; conuocationem nonnumquam nocturnam, sollemnia Pascha, Dominicum conuiuum, consolationem Martyrum in vinculis detentorum, exsulationem fratum, ablutionem pedum, peregrinorum susceptionem, communionem Eucharistie; Signum crucis, preicationem nocturnam; Eucharistie priuatim ante omnem cibum degustationem; sacram Christianorum cantillationem.

27. sollemnibus Paschae.] De his vide infra lib. de Coron. milit. cap. 3. De perugilio vero Paschae adnotat hunc locum B. Hieron. in argumento Rhenan. Vnde reor (inquit) & Traditionem Apostolicam permanisse, ut in die Vigilarum Pascha ante noctem dimidiam populis dimittere non licet, expectantes adventum Christi (quem Iudei tradunt media nocte venturum in similitudinem Agyptij temporis) & postquam illud tempus transierit, securitate presumpta festum cunctis agentibus diem. Habet id ille Comment. in Matthaeum, in fallor. ad illud cap. 24. Nec nisi qua hora dominus uesper venturus sit. Quod haussisse videtur ex Lactan. lib. 7. cap. 13. vbi inter cetera: Et haec est nox (inquit) que a nobis propter adventum Regis ac Dei nostri perugilio celebratur. Quae ipsa verba paucis immutatis iterum transcripsit B. Isidorus Etymolog. lib. 6. cap. 16. Eiusdem die sollemnis vigiliarum Pascha meminit Euseb. histor. Eccl. lib. 6. cap. 25. ac 34. a quo vocatur, η μεγάλη τῇ πάσχα Διεγνωτέουτις: Et ημέρα τῶν οὐτὸν τῇ πάσχα παντούχοις. Eodem pertinet quod Gregor. Nazianzen. sermone de Pascha, & Orat. funebri in patrem scribit de nocte diem festum Pascha precedente, luminibus & flammis coruscantem. Item B. Gregor. Niss. Orat. de Pascha, & Ausonius:

Ad temer properant vigilares conuenientes,

Nox lucet, referet funibus anteferēdam, &c.

28. conuiuum Dominicum illud quod infamant. ] De conuiuio Dominicano, seu Missa Christianorum, vide supra Adnot. nostras, lib. de Orat. num. 1. De calumniā vero, quibus illud Gentes infamabant, totis capitibus sexto & septimo Apologeticis.

29. ad osculanda vincula martyris repara. ] Quod martyr dicebatur. Author etiam qui carcere adhuc includebatur, paratus ad martyrium, supra ostendimus lib. ad Martyras, num. 1. Atqui adnotanda haec non noua Ecclesia ceremonia, tum de osculandis vinculis martyrum, tum de reparatione ad eadem, ut nemo similes hodie ceremonias contemnat, quae sunt ad reliquias martyrum. Quae etiam anti-

quisimatis esse ostendunt, qui earundem mentionem faciunt Patres a nobis citati Adnot. nostris in epif. 37. B. Cypriani, num. 4. Quibus addit Theodor. dicitur. Grac. affect. lib. 8. B. Cyrill. lib. 6. & 10. contra Julianum, B. Augustin. epifol. 43. contra Max. Madaurensen, ac lib. 20. contra Faustum, cap. 4. & 10. Eodem pertinet Epitheta Reliquis sacerdotum attributa, quibus appellantur Sancta BB. Hieronymus & Ambroso. Suscipienda cum omni honore & amplectenda, & Basilio Anzyrano Syn. 7. Act. 1. Honoranda a B. Hieronymo aduers. Vigil. Veneranda a Regino, Eccl. lib. 2. cap. 28. Quae qui ornant, tuentur, venerantur, propinquū sacerdotum dicuntur a Gregor. Niss. Orat. in Theodor. quas adtingere eiusmodi donum, ut si puto voto nihil magis optari posset, eodem teste ibidemque omnes cum summo gaudio circumstant, benedicentes, ac secum referre animo corporisque remedijs, & perinde ac viua essent, amplectuntur, & ore dedicantur, sicut i idem ibidem. Cur enim non hincen? quia Ambros. serm. 93. fideles, quas reverenter ducas? Quis ergo nobis det (inquit Christof. homil. 32. ii epifol. ad Roman.) circumfundi corpori Pauli, & isdem enim possint (inquit Gregorius Nazianzen. contra Julianum) tacta sine venerate que anima cum sancta. Quae qui contingit Basilio teste in Epif. 15. quod dam fancticationis societatem affinit.

30. proma, præclusa sunt.] Intellegit (qua Rhenan.) cellas promas sine promptaria, in quibus sculenta reponuntur, & unde cim spus est, & nonnum condum deprimuntur. Lib. de Rept. carna. ap. Esaiam cap. 26. legit: Populus meus introiret in las promas; pro quo nos in veteri Biblurum verificabimus? Vnde populus meus, intra in cubilia tua. Hoc que locum expoenes: Sepulchra (inquit) emuntur proma, & addit: Cur cellularum promarum portu vocabulo usus est, & non alicuius loci recepti nisi quia in cellis promis caro salita & vln regata seruator, deprimenda illine suo tempore illuc. Vides igitur quid hic intelligat per proma.

C A P . V .

31. Sed aliqui sustinent nostra nec obsecrare, &c.] Inscriptiōne huic capiti dedamus: Quid Genes. non expedit nostra nosse.

32. & fine alterius conscientia, & sine repressa operari Domino. ] Prioribus verbis rebus addudere ad illud Matth. 6. Attende ne insufficiens stram faciatis coram hominibus. Posterioribus verbis illud, Cor. 9. Non ex tristitia aut necessitate,

33. & conuersi vos quoque cuerant. ] Abiunum transtulit quod Grace est: 29. 723. Ores p. oīv. iūas, pro eo quod noster interpres paraphrasat ditta voce: canes; & canes conuertere dirumpunt, saltem iuxta posteriores editiones: nam in antiquis non habetur. Certe neeb. Cyprianus legit, his eundem citans, lib. aduers. Demetr. & l. 3. Tiphiam. al. 2. rin. cap. 50. hoc titulus: sacramentum fidemus & proponendum. Qui etiam modo legit: ne forte concubus pedibus suis, modò: includent. Author hie has sentit. Nam inculcate edem significatu acpi adiutorius eiusdem Cyprian. lib. ad Demetr. 3. & finaliter supra lib. de Patientia dixit Author: tentationes in cat. c. 15.

34. quum lectulum, quū corpusculum ruminas.] De more hoc crucifixi antiqui etiam

stianus visitata, vide infra Adnotat. nostras in cap. 3. lib. de Coron. milit. Ergo (inquit Rhenanus) quod loco citato dixi: cubilia, hic lectulum vocar. Simile est etiam illud Autoris infra sub finem: non furtiu signatio.

35. & non Magia aliquid videberis operari.] Huc addit ob id quod premititur: etiam per nocte exurgis, quippe quod visitatum sit & Magis, & maximè Matheos multieribus, de quibus latius infra Tom. sequ. l. de Anna.

36. quid secretò ante omnem cibum gustes.] Quamquam recte adlegas tamquam similem locum Rhenanus ex lib. de Coron. milit. in hoc tamen fallitur, quod pro eodem habeat: ante omnem cibum, & quod ibi diu in tempore vicius; quippe quoniam hoc potius significer prandy seu caesa tempus; verum correspondet potius illud quod ibidem subiicitur: antelucanis cœcibus. Atque de more hoc Eucharistiam dominum portandi, & secreto gustandi, vide Adnot. nostras supra l. de Orat. n. 1.

37. Et si scierit, panem, non illum credit esse qui dicitur. ] Facit etiam hic loco, ad confirmationem vestitus corporis Domini in Eucharistie, (de qua supra dicta l. de Orat. c. 6. n. 23. & infra l. 4. adu. Marc.) quia hinc patet non esse panem communem, sed iuxta quod est Matth. 6. super fiduciari.

## C A P. VI.

38. Moratur Dei ancilla cum Laribus alienis, &c.] Titulus huius capituli datus: Quod non possit non Gentilium follemnia offeruare Gentili viro uncta. Argu de Laribus vide Adnotat. nostras Apol. num. 188. cap. 13. De follemniis Regum sive Celorum (nam etiam Regum nomen Casaribus tribuit aliis, si Rhenano credendum, B. Hieronymus) ibidem n. 461. ac de ianuis laureatis & lucernatis, num. 464. De quibus etiam trahit Author lib. de Idolol. cap. 15.

39. in sodalitiis.] Collegia (inquit Rhenan.) Gentilium innuit. Eadem mensa fodiates viuntur, unde & Graecis opus ita dicitur fodialtates. Cato apud Ciceron, lib. de Senect. Sodalitates autem (inquit) me Quesfore constituta sunt sacris Idaea Magna & maris acceptis. Epulabatur cum fodiatis. Porro Licinia lex olim adiunxit fodiatis lata est ad vitandam popularium suffragiorum corruptelam.

40. ad cognoscet.] Hoc verbo (inquit idem) etiam in aliis libris vsus est Author.

41. De cuius manu desiderabit: ] Facit ad huius intellectum quod haber in p. 3. de Coron. milit. Sacramentum Eucharistie non nisi de manu Presidentium sumimus; ubi ea de repla.

42. audiat aliquid Dei cena, &c.] De more hoc sustinendi presentem in Ecclesia, & tempore cena Dei seu sacrificij (nisi ut perperam Rhenan. cena Christiana non innuit: nam indicatur illud infra sub finem, dum dicitur: sacrificij fine scrupulo.) vide supra Tom. I. Adnot. nostras ad illud Apol. cap. 39. num. 520. Pronoucatur in medium Deo canere. Quid autem caneretur, indicat infra sub finem: Sonant (inquit) inter duos Psalmi & hymni, & murmur prouocant quis melius Deo suo canet.

43. vbi fomenta fidei de scripturarum interlectione: vbi spiritus refrigerium? vbi diuina benedictio?] Non pertinet istud dum taxat (pri adnotat Rhenan.) ad Psalms & Hymns, patet ex eiusdem Apoliger. verbis istis: eidem enim multo ante. Coimus ad scripturarum diuinarii commemorationem, &c. tum & exillis infra Tom. sequent. lib. de Anima: Iam

verò prout scriptura leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur. Pertinent enim illa omnia ad diversas Missæ partes, prout etiam adnotauimus lib. de Oration. num. 1. Atque adeo: diuina benedictio referri debet potius ad consecrationem Eucharistie, quam ad benedictionem Dei, que sit per Psalmos & Hymnos.

44. adterendæ salutis.] Sic ex MS. 3. & partim 1. edit. quia habebat: adterendæ, pro eo quod substituit Rhenanus: aberrrandæ.

## C A P. VII.

45. Hec si eis quoque euenire possint, quae in matrimonio Gentilium fidem adeptæ morantur, &c.] Huic capituli inscriptionem dedimus: Quod alia sit ratio earum quae cum Gentili matrimonio ante baptismum iunctæ sunt. Nam plurali numero hæc lego cum Latino, eo quod sequitur: excusantur, iubentur, sanctificantur, accipiunt. Sive autem lego cum 1. edit. vidit expeditum, sive cum excusis aliis, & MS. experimenta, perinde est.

46. candidatus est timoris, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) paulatim imbibit & appetere dicit timorem Domini, qui initium est sapientie iuxta Psalmographum. Est autem elegantiss. dictum: candidatus timoris, translatione sumpta ab ambientibus olim Rome magistratum, indutus candida veste. Atque hoc est cassafazur. Apostolus nolit defensum maritum Gentilem. Ex cohabitatione enim & ipsa paulatim fiet Christianus.

47. Hoc signi erit vt solis, &c.] Hoc est (inquit Rhenan.) haec peculiari sunt insignes & notabiles. Agit autem de procis matronarum Christianarum, quos ipse Petidores vocat. Quia ipse interim mihi non satisfacit, mecum cogitet Lector Antiquarius, quomodo locus, quem corruptum patet, posse restituiri: nam ex MS. 3. mederi non licuit. Fortassis accipit illud: vt solis, ac si dicat: sole clariss. Verum si omittatur illud: vt solis, constabit sensus.

48. vt exterminaret, ] Exterminare (inquit Rhenan.) propriè est extra terminos & fines territorij sive possessionis aliquem eicare & propellere. Sic lib. de Velanais virgin. dixit: mulierem reatu angelorum exterminatorum, eicet illos, sentiens de sedibus celestibus ob amorem & libidinem mulierum. Hieronym. ad Euacholum: Explosi signum & exterminatis his quæ non sunt esse virgines, sed videntur. Vt exterminatis plus est quam explosi. Exterminare est, quod Germani sua lingue vorant: verbannen, id est, extra hanum eicare, quam vocem Tugendus Abbas Franciarum legum interpretet, quae de Germanis ferme in Latinum vertit: Forbannire reddidit. Vnde Forbanniti in legibus Longobardorum & Alemanorum & reliquarum gentium nominis Germanici. Tum sensus erit, vt exterminaret, hoc est, ut de professione fidei Christiana deculant. Qui etiam recte adnotat: decurrat verbum esse Tertulliani. Nam iterum cap. sequ. dixit: in quo ambitio decurrit.

## C A P. VIII.

49. Ad hoc queramus an iure, quasi reuera, &c.] Caput hoc inscribimus: Quod etiam de iure eiusdemmodi matrimonii rata non sunt. ac si dicat: si sententias diuinæ despiciamus, queramus an vel de iure licent eisdemmodi matrimonio.

50. Delspectatores.] Hoc est (inquit Rhen.) contempnentes. Sic enim usurpat: delspectare, ut paulo post: omnium hominum existimatione despiciendum.

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELII.

46.

iulos.num.29.

51. Nōnne quique domini, &c.] Quum hoc pecuniariter iure interdūm non reperiatur, videtur pertinere ad SC. Claudianum, de quo mox.

52. seruituti vindicandas, qua cum alieno seruo, &c.] Plāne sic castigandū hic locū pro vindicando, qui, ex conjectura & Francisci Balduini, suis ad me missis litteris, & Latinis, eo quod Senatusconsultum Claudianum, ad quod alludit. sciamus id non nisi de multicribus censuisse. Conuncitur eadem castigatio necessario etiam ex verbis sequentibus: ut Gentiles quidem extraneis iuncte, libertatem suam amittant. Antiquatum fuit SC. illud à Iustiniano Imperatore Cod. lib. 7. titul. De Senatusconsulto Claudiano tollendo, cap.

24. & Institut. De success. libert. sublat. que sive per SC. Claudian. s. fin. Vbi interim indicat, non modo

dominorum denunciationem, sed & iudicium sententias praequistas fuisse, antequam seruituti vindicarentur.

Vlpianus tamen consentiens Tertulliano, solum denunciationis dominorum meminit, Fragm.

titul. II. Sic enim habet: Maxima (inquit) capitū di-

minutio est, per quam & oītias & liberias amittuntur,

veluti quum mulier alieno seruo iuxerit

denuntiante domino, & ancilla facta fuerit ex

Senatusconsulto Claudiano. Disputatur autem inter do-

cētores, a quo SC. Claudianum dictum, an à Claudio

Imperatore, an vero à Pallante Claudi liberō, nomine

patroni, Claudio appellato, quem eius relations

Auctōrem fuisse Tacitus scribit lib. 12. Vt verisit, videtur

primum in usū fuisse tempore Vespasiani, de quo sic scribit Suetonius cap. II. Libido atque luxuria nullo cōr-

cente inualuerat. Auctor itaque Senatus fuit, ut quae

se alieno seruo iuxxisse, ancilla habetur. Sed de his

satis, que accepta me debere facere eruditiss. I. C. D.

Hadriano Pueſſio, primo apud Duacenses Iuris Civilis

Antecessor.

53. Scilicet negabunt sibi à Domino per Apo-

stolum eiūdem denuntiatum. ] Ironiam esse recte

adnotauit Rhenanus. Nam haud dubie adludit ad illud

supracitatum ex B. Hieronym. 2. Corint. 6. Nolite ingum-

dicere cum infidelib. Que enim participatio iustitia

cum iniquitate, aut que societas luci ad tenebras? Que

autem conuentio Christi ad Belisal (quod pertinet illud

quod paulo ante dixit: nostræ verò diaboli seruos si-

bi coniungant) aut que pars fideli cum infidel?

54. Nam quanto diues est aliqua commatro-  
na. ] Sic iterum lego ex 1. edit. cum 3. MS. Vatic. cod.

pro eo quod substituerat Rhenan. & matrona, ut sit vox

Tertullian. peculiaris, fortassis eodem significatio, quo à

Plauto in Casina vocatur, Commaritū, qui vicem mari-  
ti supplet, loquitor enim de ea que nondum matrona

erat, id est, nondum matrimonio data, sed que se pro ma-  
tronā gerebat.

55. Difficilē in domo Dei diues; ac, si quis est,

difficilē cœlebs. ] Adludit ad c. 19. Matthei, vbi non

modo dicitur: Diues difficultē intrabit in regnum caloris;

sed præterea etiam de colibatu: Non omnes capiunt ver-

bum hoc.

56. bonum exhibenda sella. ] Id est (inquit

Rhenan.) idoneum ad exhibendam sellam, in qua

vel à basili gestetur, vel iumentis ducentibus vehatur.

Vlpianus De legatis tertio: Lecticarij qui solim matrem-

familias portabant, cōtinentur legato rerum exoris casu/a

paratarum; item iumenta, vel lectica, vel sella, vel

burdones. Plura autem vide supra de sellis, vel lecti-  
cīs; lib. præced. cap. 4. ad illud: nec Germanicos ba-

57. & mulabus. ] Repete (inquit idem) bonum, id est, aptum & sufficientem exhibendis mulibus.

Rebantur autem ad vehicula mulibus præf. seneca epistol. 88. Vehiculum in quo positus sum, ruficione ej.

mulae se uiuere ambulando refantur. Eadem epist. pa-

lopst, de sumptuoso hamine loquens: Quid (inquit)

ad rem pertinet mula saginata, vnuis omnes calores

quid ista vehicula celata? Lampridius in Commissio

Antonino: Dedit & vehicula, cum mulibus, &

in iunctis argenteis, ut ita cō-

uiu redirent. Atqui hinc confirmatur mea leti-

quam amplexus sum loco libri præcedentis citato, vlo-

gam: Gallicos mulos, pro eo quod alij: Gallicos sul-

tus.

58. & cineratiis. ] Aeron (inquit Rhenan.) Gru-

maticus expōns illud Florianum primo Sermonem &

tra secunda:

- Multæ tibi tum officient res,

Custodes, leētīca, ciniflones, paralite;

Ciniflones (inquit) & cinerarij eadem significatio

apud Veteres habebantur, ab officio Calamitrum, id est

veruum in cinere calefaciendorum, quibus matrone apli-

los crisipabant. Cuius rei & Virgilis meminit dicens

bratos calido ferro. Dicti autem Ciniflones, ab eis qui

in cinereum flant ad ferrum calefaciendum, quin Cine-

arios appellant. Hac ille. Ceterum quia hic additiope

rēgrinae proceritatis, intelligo quos sūp̄a dixit: būs

los Germanos. Eorum enim Gentile fuit capiōn a

cirros torquere. Hinc lib. de Velan, vrg. infra cap. ad

aut cirros Germanorum.

CAP. IX.

59. Dubitandum & inquerendum, &c.] Infor-

mum hoc caput hoc titulo inquisiuimus: De marria-

no Christiano. Atqui: inuestis, vox Tertullian. sp-

tata, & lib. de Pallio, & alibi frequenter. Translatum

(inquit Rhenan.) sumpta ab impubere, qui proprieta-

tsis dicitur.

60. quod Ecclesia conciliat, &c.] Luni infor-

contra matrimonia clandestina; unde iuxta quid apud

Rhenanus, dicens verba hec aures littero scribentes, &

interpretans illud: quod paterat habeat de par-

lefti: recte Concilio Tridentino damnata sunt. I. cap. 14. de

form matrimonii, cap. primi, his verbis: Qui alter, quan-

presente Parocho, vel alio sacerdote; de ipsis lanti-

Ordinary licentia, & diobus, vel tribus regibus, pat-

monium contrahere adtentabunt: eos familiā dimi-

si contrahendum omnino inhabiles reddit, & homini

di contractus irritos, & nullos esse decernit, prout ex pre-

senti Decreto irritos facit & annulat. Atque etiam in

Tertullianum esse: ratō habere, adnotauit Rhenan.

61. & confirmat oblatio. ] Præterea quid apud

ad sacrificij Christiani probationem pertinet, etiam

manifesta est antiqua Christianorum confitenda, que

crificio confirmabantur nuptiae. Hinc etiam Eufrasius

epist. ad Episc. Africam, ad quam mihi videtur aliud

(quod adeo facit ad eius epistola autoritatem). Luni

(inquit) legitimū non sit coniugium, nisi ab his qui

per ipsam familiā dominationē habere valent, &

à quibus custoditur: vxor petatur, & à parentib. &

propinquioribus p̄petetur, & legitime datur, & honorab-

pore sacerdotialiter, vt mos est, cum preciōbus obla-

tionibus à sacerdote benedicatur, &c. & cap. 5. cap.

ipsum transcriptis in suam Decretum Gratianum p. 10.

scap. Eliter. Vbi etiam de benedictione facie-

citatur Concil. Carthag. 4. cap. Sponsus. Quin quod Traditionis eam esse Apostolice significet his verbis consequentibus Euaristus: Alter enim, ut à Patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus tradidit inuenimus, non sit matrimonium.

62. Nam nec in terris, filii sine cōsensu patrum ritè & iure nubent. ] Leges huc pertinentes reperiuntur. Dign. lib. 23. tit. 2. De rito nuptiarum, cap. Nuptiae, Se nepos. Si ita pater, Oratione, Nuptiae & filios familius. Quorum sicut 11. & 18. Italiani, & Papini 35. sunt Tertulliano antiquiores, & l. Oratione, Divi Marci meminit, qui etiam Autorem praefecit. Quoniam quod antiquiorum fuisse hanc legem Seviro & Antonino Imperatoribus, sub quibus vixit Tertullianus, patet ex l. ibidem, Qui liberos. Cod. I. tit. 4. De nuptiis. l. 1. Quippe qui leges priores interpretando decreuerunt requirendum arbitrium Presidio prouincia, si liberos in posestate habentes, iniuria

prohibuerint uxorem ducere, aut nubere, vel dotem dare noluerint, aut denique inter tutorem, matrem & propinquos, de eligendo matrimonio non conuenit. Quod interim omnes intelligi de filiis familiis nondum emancipatis concircit l. Filius emancipatus. d. Digestorum titulo.

63. In Ecclesia Dei pariter. ] Hoc pertinet ad confirmationem eius, quod etiam tum Christiani Ecclesias habuerint, de quo supra lib. de Idolol. cap. 7. num. 29.

64. Sacrificia fine scrupulorum] Hoc similiter ad confirmationem Christianum sacrificium, de quo supra lib. de Orat. n. 1. & de Cultu femin. cap. 11. num. 65.

65. Apostoli vox illa sub benignitate intelligenda.] Quoniam videlicet ( inquit Rhenan. ) indulgenter loquens mulier ( inquit ) defuncto viro libera est, cui vult nubat, tantum in Domino. Ceterum vel ex hoc etiam loco patet Librum hunc scriptum ante errorem Montanistarum de Monogamia.

### ARGUMENTVM LIBRI DE CORONA MILITIS, PER IACOBVM PAMELIVM.

**V**VM (Romae, quantum ex libri calce appetat) facta esset liberalitas, Donati-  
ui dispensatione Militibus facta, praefantiss. Imp. Cæsarum L. Septimij Se-  
ueri patris, & M. Aurelij Antonini Cæracallæ filij, fortassis ob sollemnia  
Cæsarum votis decennalibus; Miles Christianus Tribunum accedens, qui Do-  
natum singulis ex ordine erogabat, Lauream castrensem manu gestabat, quam ceteri in  
capite. Causam expostularius, quum Christianum se respondisset, non licere sibi coronatum  
incedere; russatus suo sanguine in carcerem rapitur. De quo quum variae essent sententiae,  
quasi qui solus videbatur inter tot fratres committones Christianus, Tertullianus coronari  
capite Christianos prohibitum, hoc libro latissime deducit.

Atque imprimis observationem eam esse satis auctoratam consensus patrocinio, in  
quam committere delictum sit, quum laudetur fides, quæ antè credit obseruandum esse quam  
dicitur.

Traditiones enim etiam non scriptas debere recipi, exemplo esse observationes sine ullius  
scripturæ instrumento, in Baptismate, Eucharistie Sacramento; Oblationibus pro defunctis,  
pro natalitiis; de non ieunando die Dominicis, de Crucis signaculo in fronte.

Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum traditio ( inquit ) auctrix, consuetudo confir-  
matrix, fides obseruatrix, quibus & ratio patrocinatur. Atque adeò his exemplis renunciari,  
possetiam non scriptam traditionem defendi, confirmatam consuetudine, idonea teste ex per-  
seuerantia obseruationis; quæ etiam in ciuilibus rebus pro lege suscipitur.

Deinde hanc Christianam obseruationem etiam naturâ defendi.

Naturalem autem legem, Dei esse in naturalibus tabulis scriptam.

Et verò ex origine ipsa, Coronarum usum interdictum, quum Claudius Saturninus  
libro de Coronis, ab iis significet ortas, quos seculum Deos creditur.

Neque obstat quod multa alia abiis prolatæ, in nostris tamen usibus, & in Dei rebus  
depribendantur; quia meras illæ utilitates necessariis necessitatibus vita humanae procureret;  
atque hunc ordinem excesserint, non conuenire usibus nostris.

Quis denique ( inquit ) Patriarches, Prophetes, Leuites, Sacerdos, ἀρχων seu Iudei,  
vel postea Apostolus, Euagelizator, aut Episcopus inuenitur coronatus? neque ipsum Dei  
templum, nec arca, nec tabernaculum, nec altare, nec candelabrum. Quæ omnia portende-

Ff iiiij

ULLIANO  
in statu anibus  
MELII.

LV.  
46.

11.

111.

1111.

V.

VI.

VII.

viii.

ix.

# Tertulliani de Corona

340

- bant homines Dei coronari non debere; nisi forte sicuti Christus coronatus est.
- x. Proinde quum mortuorum sit coronari & Idolorum, apud quae ipse fores, hostiae, &c.  
¶ sacerdotes coronantur; Christianis non licere.
- xii. Jam ut ad causas coronarum veniatur, militiam imprimis in castris emulis Christi non conuenire Christianis.
- xiii. Deinde ut liceat certe causam coronarum contra eos facere, seu Laurea ista coronentur, seu Myrto, seu Olea; idque siue in Donatiui dispensatione, siue in triumpho, siue in solennibus Cæsarum, Castris vel Munificis coronentur milites.
- xiv. Eiusdem esse generis coronas Laureas publicorum ordinum, Aureas Magistratum, siue Hetruscas, aut Prouinciales; item eas quibus publici equi coronantur, aut Vulgi in Principalibus & Municipalibus solemnitatibus, aut sponsæ in nuptiis, aut servi manumissi, denique & Agonisticas, & quibus coronantur Lupanaria, pistrina, carcer, Ludus, Amphitheatra, spoliaria, ipsæq; Libitinae.
- xv. Nullo itaque modo capiti inferendas Idololatriæ manus, maximè quum Christus fertur ex spinis pro utroque sexu subierit.
- xvi. Quin potius coronam vitæ expectet, ad quam ille innitat, quam Apostolus reposans sibi merito confidit, ac victoria quam accepit in visione angelus ut vinceret, qua sedent Presbyteri coronati, & ipse Filius hominis supra nubem micat.
- Ceterum Tertulliani esse hunc Librum, vel ex eo manifestum est, quod Librum citius Spectaculis Graeco quoque stylo & se conscriptum, cuius alibi frequenter meminit. Deinde multa usdem penè verbis repeatat, quibus suprà in Apologetico, & Libris de Idololatria, atque Uelandis virginibus. Imitantur etiam eundem BB. Hieron. & Basilius locis infra citatis, & ex c. 4. locum integrum transcripsit B. Isidorus Etym. l. 5. c. 3. Viderunt proinde eius Manuscriptos Tritheimius & Politianus. Primus autem edidit Rhenanus non semel collatum ex Paterniacensi, Hirsaugensi, & Gorziensi codicibus; & initio Scholis, deinde & Adnotationibus, quibus Traditiones Ecclesiasticas non scriptas mirè confirmat. Illustruit. Nos easdem (paucis immutatis, in quibus hallucinabatur) partim hic retinimus, partim suprà, quæ nempe ad Missæ sacrificium pertinent, Libro de Oratione; partim infra, quæ Baptismi Sacramentum concernunt, libro de Baptismo, nostris Adnotationibus inserimus. & iam postrem ex tribus MS. Vaticanis codicibus denuò castigauimus, & ex Plinio integrum Coronarum materiam ita deduximus, ut posthac alio Commentario eius argumentum non sit opus.

## Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE CORONA MILITIS LIBER.

CAP. I.



Roxime <sup>2</sup> facta est liberalitas <sup>3</sup> præstantissimorum Imperatorum. <sup>4</sup> Expungebantur in castris milites laureati. Adhibetur quidam illi magis Dei miles, ceteris constantior fratribus, qui se duobus dominis seruire non posse præsumplerat, solus libero capite 'coronamento in manu ocioso'. <sup>5</sup> Vulgata iam & ita disciplina Christianorum relinquit. Denique, singuli designare, eludere eminus, infrendere committunt. Statim Tribunus, Cur, inquit, tam diuersus habitu? Negavit ille cum ceteris sibi licet. Causas expostulatus, Christianus sum, respondit. <sup>7</sup> Omilit in Deo gloriosum! Suffragio exinde, & res <sup>9</sup> apud Acta, & reus apud Praefectos. Ibidem <sup>10</sup> grauissimas penulas punit. <sup>11</sup> reuelat.

A<sup>11</sup> reuelari auspiciatus.<sup>12</sup> speculatoriam morosissimam pedibus absoluti, terræ sanctæ insisterc incipiens: gladium nec dominica defensioni necessarium reddidit: laurea & de manu claruit. Et nunc russatus sanguine suo,<sup>13</sup> sive calceatus, de Euangelij paratura succinctus acutiore verbo Dei, totus de Apostolo armatus, & de<sup>14</sup> martyrij candida, laurea melius coronatus, donatiuum Christi in carcere expectat. Exinde sententia super illo, nescio an Christianorum, non enim alia Ethniconum, vt de abrupto, & præcipiti, & mori cupido, qui de habitu interrogatus nomini negotium fecerit, folus scilicet fortis,<sup>15</sup> inter tot fratres committones folus Christianus. Planè supereft<sup>16</sup> vt etiam martyria recusare medtentur, qui prophetias eiusdem spiritus sancti respuerūt.<sup>17</sup> Muffit autem tam bonam & longam fibi pacem periclitari. Nec dubito quādam scripturas emigrare, sarcinas expedire, fugae accingi de ciuitate in ciuitatem. Nullam enim aliam Euangelij memoriam currant. Noui & Pastores eorum in<sup>18</sup> pace leones, in prælio ceroes. Sed de<sup>19</sup> questionibus confessionum alibi docebimus. At nunc quatenus illud opponunt: Vbi autem prohibetur coronari? Hanc magis localem substantiam cause praesentis aggrediar, vt & qui ex sollicitudine ignorantiae querunt, instruantur: & qui in defensione delicti conténdunt, reuincantur (<sup>20</sup> ipsius vel maximè exemplo) Christiani laureati, quibus in solitum quæstio est, quasi aut nullum aut incertum saltem haberi posset delictum quod patiatur quæstionem. Nec nullum autem nec incertum, hinc interim ostendam. ¶<sup>21</sup> Neminem dico fidelium coronam capite nosse alias extra tempus tentationis eiusmodi. Omnes ita observant à catechumenis vsque ad confessores, & martyres, vel negatores. Viderint unde auctoritas mqris, de qua cummaximè queritur. Porro eum queritur cur quid obseruetur, obseruari interim constat. Ergo nec nullum nec incertum videri potest delictum,<sup>22</sup> quod committitur in obseruationem suo iam nomine vindicandam, &<sup>23</sup> satis auctoratam consensus patrocinio. Planè, sic tamen vt ratio querenda sit, sed salua obseruatione,<sup>14</sup> nec in destructionem eius, sed in ædificationem potius, quò magis obserues cùm fueris etiam de ratione securus. Quale est autem vt tunc quis in quæstionem prouocet obseruationem, cùm ab ea excidit? & tunc requirat vnde habuerit obseruationem, cùm ab ea desit: quando eti idèo velit videri ad quæstionem vocare, vt ostendat se non delinquisse in obseruationis destitutione, nihilominus delinquisse cum constet retrò in obseruationis præsumptione. Si enim non deliquit hodie suscepta corona, deliquit aliquando recusata. Et idèo non ad eos erit iste tractatus, quibus non competit quæstio, sed ad illos qui studio discendi, non quæstionem deferunt, sed consultationem. Nam & semper queritur de isto, &<sup>25</sup> laudo fieri. ¶<sup>26</sup> dem quæ antè credit obseruandum esse quā didicit. Et<sup>26</sup> facile est statim exigere, vbi scriptum sit, ne coronemur. At enim vbi scriptū est, vt coronemur? Expostulantes enim scripturæ patrocinium in parte diuersa, præiudicant suæ quoque parti scripturæ patrocinium adesse debere. Nam si idèo dicetur coronari licere, quia non prohibeat scriptura, quæ reterquebitur idèo coronari non licere, quia scriptura non iubeat. Quid faciet disciplina? utrumque recipiet, quasi neutrum prohibitum sit? An utrumque reiciet, quasi neutrum præceptum sit? Sed quod non prohibetur, vltro permisum est. Imò prohibetur, quod non vltro est permisum. ¶<sup>27</sup> Et quandiu<sup>28</sup> per hanc lineam ferram reciprocabimus, habentes obseruationem inueteratam,<sup>29</sup> quæ præueniendo statum fecit. Hanc si nulla scriptura determinauit, certè consuetudo corroborauit, quæ sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim usurpari potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquis, auctoritas scripta. Ergo queramus an & traditio non scripta nō debeat recipi? Planè negabimus recipiendam, si nulla exempla præiudicent aliarum obseruationum, quas sine ullius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudini patrocinio vindicamus.<sup>30</sup> Denique vt à baptisme ingrediar, Aquam adiuri, ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub antistitis manu contestamur nos renunciare diabolo, & pompa, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quām Dominus in Euangelio determinauit. Inde suscepit, lactis & mellis cōcordiam prægustamus. Ex quæ ea die, lauacro quotidiano pertotam hebdomadam abstinemus.<sup>31</sup> Eucharistia Sacramentum &<sup>32</sup> in tempore victus, &<sup>33</sup> omnibus mandatum à Domino,<sup>34</sup> etiam antelucanis cœtibus,<sup>35</sup> nec de aliorum manu quām præsidentium sumimus.<sup>36</sup> Oblationes pro defunctis,<sup>37</sup> pro natalitiis, annua die facimus.<sup>38</sup> Die Dominicæ ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.<sup>39</sup> Calicis aut panis etiā nostri, aliquid decuti in terram anxiè

CAP. II.

CAP. III.

ULLIAN,  
metatis omnibus  
IELLI.V  
46

# Tertulliani de Corona

342

patimur. Ad 4<sup>o</sup> omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lauaca, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conuersatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. [4<sup>1</sup>] Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules scripturarum, nullam inuenies: traditio tibi prætendetur austrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei, patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit disces. Interim nonnullam esse credes cui debeatur obsequium. Adiicio vnum adhuc exemplum, quatenus & de veteribus docere conueniat. <sup>42</sup> Apud Iudaos tam solemne est fœminis eorum velamen capitum, vt inde noscantur. Quero legem, Apostolum differo. Si Rebecca conspecto procul sponso velamen inuasit, priuatus pudor legem facere non potuit, aut causa sua fecerit. Teguntur virgines sola, & hoc nuptum venientes, ne can-  
*1. Cor. 15.*  
*Gen. 24.*  
*Dan. 13.*  
*Luc. 12.*  
*Philip. 3.*  
*Ioan. 16.*  
*CAP. V.*  
*Gen. 1.*  
*CAP. VI.*

tequam cognouerint sponsos. Si & <sup>43</sup> Sufanna in iudicio reuelata, argumentum velata præstat, possum dicere, & hic velamen arbitrij fuit. Rea venerat, erubet in infamia sua, merito abscondens decorum, vel quia timens iam placere. Ceterum in <sup>44</sup> stadio meriti non putem velata deambulasse, quæ placuit. Fuerit nunc velata semper. In ipsa quoque legem habitus require, vel in quacunque alia. Si legem nusquam reperio, sequitur ut traditio consuetudini morem hunc dederit, habitum quandoque Apostoli autoritatem ex interpretatione rationis. His igitur exemplis renuntiatum erit, <sup>45</sup> posse etiam non scriptam traditionem in obseruatione defendi, confirmatam conuentu idonea teste probata tunc traditionis ex peruerantia obseruationis. <sup>46</sup> Consuetudo autem etiam in ciuibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex: nec differt scriptura in ratione consitat, quando & legem ratio commendet. Porro si lex ratione constat, lex est omne iam quod ratione constitutum à quoconque productum. <sup>47</sup> An nō putas omni fiduci licere concipere & constituere, d' intaxat quod Deo congruat, quod disciplina conductum saluti proficiat, dicente Domino: Cur autem non & à vobis ipsis quod iustum effidicatis? vt non de iudicio tantum, sed de omni sententia rerum examinandarum. Dicitur apostolus. Si <sup>48</sup> quid ignoratis, Deus vobis reuelabit: Solitus & ipse consilium submittit, cum præceptum Domini non habebat: & quædam edicere à semetipso, <sup>49</sup> sed & ipse spiritum Dei habens deductorem omnis veritatis. Itaque consilium & dictum eius diuini iam præcepti instar obtinuit, de rationis diuinæ patrocinio. Hanc nunc expofitum faluo traditionis respectu, quoconque traditore censetur: nec auctorem respicias, sed causam interpres: vt si & hanc Deus dederit, tunc discas curnam obseruanda sit tibi conti-  
*45* Sed cur maior exigitur ratio Christianarum obseruationis, cum illas etiam natura defendit, quæ prima omnium disciplina est: Ideoquæ hæc prima prescribet contumaciam capit, non conuenire. Puto autem natura Deus, noster est, <sup>51</sup> qui figurauit hominem & fructibus rerum appetendis, iudicandis, cōsequendis, certos in eo sensus ordinantibus, propria membrorum quodammodo organa, <sup>52</sup> Auditum in auribus fodit, visum in oculis accedit, gustum in ore conclusit, odoratum in naribus ventilavit, contactum in manib; astimauit. Per hæc exterioris hominis ministeria, interiori homini ministratio, factus munerum diuinorum ad animam deducuntur à sensibus. Quis igitur fructus ex fructibus? <sup>53</sup> substantia enim propria, certè præcipua coronarum, flores agri. Aut odor, inquit, aut color, aut pariter vtrunque. Qui erunt sensus coloris, odoris, visus opinor & odorant. Itos sensus quæ membra sortita sunt: oculi, nisi fallor, & nares. Vtere itaque floribus videntur & odorant, quorum sensuum fructus est. Vtere per oculos & nares, quorum sensuum membrana sunt. Substantia tibi à Deo tradita est, habitus à seculo: quamquam nec habitus extraordinarius ordinario vsui obstrebit. Hoc sint tibi flores & <sup>54</sup> inserti & innexi, scilicet & in scirpo, quod liberi, quod soluti: spectacula scilicet, & spiracula res. <sup>55</sup> Coronam sive falcam exiftimas florum per scriem comprehenforum, vt plures semel portes, vt omnem pariter vtaris: iam vero & in finum conde, si tanta munditia est: in lectulum sparge, finitum mollitia est: in poculum crede, si tanta innocentia est. Tot modis fruere, quot & diversis Ceterum in capite quis sapor floris? quis coronæ sensus nisi vinculi tantum? Quia neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commédatur. Tam contra naturam turam est, monstri meretur notam penes omnes, penes nos vero etiam cogitum facili-  
*56* gij, in Deum naturæ dominum & auctorem. Quares igitur Dei legem, habes con-

A munem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas & Apostolus solet prouocare: ut cum in velamine fœminæ: Nec natura vos, inquit, docet: Ut cum ad Romanos:

*I. Cor. II.**Rom. 2.*

Natura facere, dicens, Nationes ea quæ sunt legis: & legem naturalem suggredit, & naturalm legalem.<sup>57</sup> Sed & in priore Epistole, naturalem vsum conditionis in non naturalem masculos & fœminas inter se demutasse affirmans, ex retributione erroris in vicem pœnæ, utique naturali vñi patrocinatur. Ipsum Deum secundum naturam prius nouimus,<sup>58</sup> Deū appellantes Deorum, bonum præsumentes, & iudicem inuocantes. Quæris, an<sup>59</sup> conditio ius fruenda natura nobis debeat prætere, ne illâ rapiamur, quâ Deū emulius vniuersam conditionem certis vñibus hominî mancipatam, cum ipso homine corruptit. Vnde eā & Apostolus inuitam ait vanitatem<sup>60</sup> succidisse, vanis plurimū vñibus, cum turpibus, & *Rom. 8.*

initiis, & impiis, subuersam. Sic itaque & circa voluptates spectaculorum infamata conditio est, ab eis, qui naturâ quidem, Dei omnia sentiunt, ex quibus spectacula instruuntur, scientia autem deficient. Illud quoque intellige, omnia à diabolo esse mutata.<sup>61</sup> Sed & huic materiæ propter suauiludos nostros Græco quoque stylo satisfecimus. [62] Pro- *CAP. VII.*

inde coronarij isti agnoscant interim naturæ auctoritatem, communis parentis nomine, quâ homines, & propriæ religionis pignora, quâ Deū naturæ proximo colentes: atque ita, velut ex abundantí, ceteras quoque rationes dispiitant, quæ nostro priuatim capiti coronamenti & quidem omnibus interdicunt. Nam & vrgemur à communione naturalis disciplinæ, conuersti ad proprietatem Christianæ totam iam defendendam, per ceteras quoque species coronarum, quæ aliis vñibus prospœcta videntur, vt ex aliis substantijs strucctæ: ne quia non ex floribus constant, quorum vñum natura signauit (vt ipsa hæc<sup>63</sup> Laurea militaris) non credantur admittere sectæ interdictionem, quia euaserint naturæ præscriptionem. Video igitur & curiosius & pleniū agendum ab originibus vñque ad profectus & excessus rei: Litteræ ad hoc seculares necessariae. De suis enim instrumentis secularia probari neceſſe est: quantulas attigi, credo sufficient. Si<sup>64</sup> fuerit aliqua Pandora, quam priam fœminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est à Charitibus, cùm ab omnibus muneretur: vnde Pâdora. Nobis<sup>65</sup> verò Moyles Propheticus, nō Poëticus pastor, principem fœminam Euam facilius pudenda foliis quâm tempora floribus incinctam, describit. Nulla ergo Pandora. Sed & de mendacio erubescenda est coronæ origo. Iam nunc & de veritatibus suis, Certe enim ceteros fuisse constat auctores rei vel illuminatores.<sup>66</sup> Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum,<sup>67</sup> Iouem Diodorus post deuictos Titanas hoc munere à ceteris honoratum. Dat &<sup>68</sup> Priapo tenias idem, &<sup>69</sup> Ariadnæ fertum ex auro & Indicis gemmis: Vulcani opus, Liberi munus: post & fidus,<sup>70</sup> Iunoni vitem Callimachus induxit. Ita & Argis signum eius palmitæ redimitum, subiecto pedibus eius corio Leonino, insultantem ostentans nouercam de exuuiis vtriusque priuigni.<sup>71</sup> Hercules nunc populum capite prefert,<sup>72</sup> nunc oleastru,<sup>73</sup> nunc apium. Habes<sup>74</sup> tragœdiam Cerberi, habes Pindarum, atque Callimachum,<sup>75</sup> qui & Apollinem.

Memorat interfecito Delphico dracone, lauream induisse quâ supplicem.<sup>76</sup> Erant enim supplices coronarij apud veteres,<sup>77</sup> Liberum, eundem apud Ægyptios Osirin,<sup>78</sup> Harpo-cration industria<sup>79</sup> hederatum argumentatur, quod hederæ natura sit cerebrum ab<sup>80</sup> he- luco defensare. Sed & aliâs<sup>81</sup> Liberum principem corona planè laureæ, in qua ex Indis triumphavit, etiam vulgus agnoscit, cùm<sup>82</sup> dies in illum solennes Magnam appellat coronam. Si &<sup>83</sup> Leonis Ægyptij scripta euoluerat, prima<sup>84</sup> Iffis repertas spicas capite circunluit, rem magis ventris. Plura quærentibus omnia exhibebit præstantissimus in hac quoque materia commentator<sup>85</sup> Claudio Saturninus. Nam est illius de Coronis liber, & origines, & causas, & species, & solennitates earum ita edifferens, vt nullam gratiam floris, nullam lætitiam frondis, nullum cespitem, aut palmitem,<sup>86</sup> non alicui capiti inuenias cōsecratum. Quo satis instruamus, quâm alienum iudicare debeamus coronati capitis institutionem, ab eis prolatam, & in corum deinceps honorem dispensatam, quos seculum Deos creditit. Si enim mendacium diuinitatis diabolus operatur, in haec etiam specie, à primordio mendax, sine dubio & eos ipse profexerat, in quibus id mendacium diuinitatis ageretur. Quale igitur habendum est apud homines veri Dei, quod à cädidatis diaboli introductum, & ipsi à primordio dicatum est, quodque iam tunc Idolatriæ initiatatur ab idolis, & id idolis adhuc viuis: non quasi aliquid sit idolum, sed quoniam quæ<sup>87</sup> idolis *I. Cor. 10.*

alij faciunt, ad dæmones pertinent. Porro si quæ alij idolis faciunt, ad dæmones pertinēt, quanto magis quod ipsi sibi idola fecerunt cùm adiuuererent? Ipsi scilicet sibi procurauerunt

**ULLIAN,**  
in statu onibus  
**MELI.**

**A** **V.**  
**46.**

# Tertulliani de Corona

344

CAP. VIII. dæmones, per eos in quibus esurierant, antequam procurauerant. [⁸⁸ Tene interim hanc fidem, dum in cursum questionis executio. Iam enim audio dici: Et alia multa ab eis prolatas, ta, quos seculum Deos credit: tamen in nostris hodie vobis, & in pristinorum sanctorum, & in Dei rebus, & in ipso Christo deprehendi, non aliás scilicet hominem functo quam per communia ista instrumenta exhibitionis humanæ. Planè ita sit, nec antiquius adhuc in originem disceptabo. <sup>⁹⁰</sup> Primus Mercurius litteras enarrauerit; necessarias cōfitebor & commercij rebus, & <sup>⁹¹</sup> nostris erga Deum studiis. <sup>⁹²</sup> Sed et si nero, idem in sonum strinxit, non negabo & hoc ingenium <sup>⁹³</sup> cum sanctis fecisse, & Deo ministrasse, audiens David, Isai. 38. <sup>⁹⁴</sup> Primus medelas Aesculapius explorauerit; memini & Esaia Ezechia lagamenti aliquid medicinale mandasse. Scit & Paulus stomacho vinum modicum prodesse. Sed & Minerva prima molita sit nauem, videbo nauigantem Ionam & Apostolos. Plus est quod & Christus vestitus: habebit etiam penulatum. Si & vniuersusque supellestis & singulorum valetorū aliquem ex diis seculi auctore nominaris, agnoscā necesse est & recumbētem in ledeinceps. <sup>⁹⁵</sup> Etulo Christi, & cùm peluum discipulorum pedibus offert, & cùm aqua ex vreco ingerit, & cùm linteo circustringitur, <sup>⁹⁶</sup> propria Ofridis veste. Huiusmodi questiones sic vbiique respondeo, admittens quidem vter filium communionē, sed prouocans eam ad rationali & irrationali distinctionem, <sup>⁹⁷</sup> quia passiuas fallit obumbras corruptelam conditionis, quā subiecta est vanitati. Dicimus enim ea demum & nostris, & superiorum vobis, & Dei rebus, & ipsi Christo competit, quae meras virtutates, & certa subsidia, & honesta fidelia necessarii necessitatibus vita humanæ procurent: vt ab ipso Deo inspirata credantur propiore prospectore, & instructore, & oblectatore si forte hominis sui. Quae verò hunc ordinem excesserint, ea non conuenire vobis nostris, præsertim quae propterea scilicet nec apud seculum, nec in Dei rebus, nec in conuersationibus Christi recognosci possunt. C. IX. [⁹⁸] Quis denique Patriarches, & Prophetae: quis Leuites, aut Sacerdos, <sup>⁹⁹</sup> aut Episcopus inuenitur coronatus? Putonius ipsum Dei templum, nec arca testamenti, <sup>¹⁰⁰</sup> nec tabernaculum martyrij, nec altare, nec candelabrum: quibus utique & in prima dedicationis solemnitate, & in secunda refinatus gratulatione competit, coronari, si dignum Deo esset. Atquin si figura nostra fuerunt <sup>¹⁰¹</sup> nos enim sumus & templo Dei, & altaria, & luminaria, & vasa: hoc quoque figuratè portendebant, homines Dei coronari non oportere. Imagini veritas respondet, bebit. Sed forsitan oppones ipsum Christum coronatum. Ad hoc breuiter interim ostendam. Sic & tu coronare, & licitum est. Tamen nec illam impietatis contumeliosa cōtempnam <sup>¹⁰²</sup> populus consciuit. Romanorum militum commentum fuit, ex vobis rei scilicet Math. 27. quem populus Dei nec publicæ vñquam latitiae, nec ingenitæ luxuria nomine admitti facilius cum tympanis & tibiis & psalteriis reuertens de captivitate Babylonica, quæ gratulatione competit, coronari, si dignum Deo esset. Atquin si figura nostra fuerunt <sup>¹⁰³</sup> nos enim sumus & templo Dei, & altaria, & luminaria, & vasa: hoc quoque figuratè portendebant, homines Dei coronari non oportere. Imagini veritas respondet, adeo & Esaias, Quando, inquit, cum tympanis & tibiis & psalteriis bibunt vinum: dilectus erit etiam cum coronis; si vñquam hic vobis fuisse & in Dei rebus. <sup>¹⁰⁴</sup> Ita cum deo circō proponis: Deorum secularium commenta etiam apud Deum deprehendi, vobis hæc coronam quoque capitis communi vobis vindices; ipse tibi iam præscribit non habere dum in communione vobis apud nos, quod non inueniatur in rebus Dei. Quid enim tam dignum Deo, quæ quod indignum idolo? Quid autem tam dignum idolo, quæ quod & mortuo? <sup>¹⁰⁵</sup> Nam & mortuorum est ita coronati: <sup>¹⁰⁶</sup> vel quoniā & ipsi idola statuerunt qui nihil sentiunt: sed vacat totum, & est ipsum quoque opus mortuum, quantum sensu careant, illorum erit proinde vobis ea re, cuius sensu carerent æquè, si abutiverentur qui sensu non carerent. Nulla verò distantia est abutendi, cùm veritas cessat vobis, ceterante natura sentiendi; quæ quis abutatur, cùm non habeat quæ vobis. <sup>¹⁰⁷</sup> Nobis autem abuti apud Apostolum non licet, facilius non vobis docentem, nisi quod nec abutatur qui nihil sentiunt: sed vacat totum, & est ipsum quoque opus mortuum, quantum idolis: viuum planè quantum in dæmoniis, ad quæ pertinet superstitione. Idola Natinum, inquit David, argentinum & aurum: Oculos habent, nec vident: nares habent, nec odorantur: manus, nec contrectabunt. Per hæc enim floribus frui est. Quid si tales se dicunt futuros, qui idola fabricantur, tales iam sunt qui secundum idolorum omnia immundius idolis. Ceterum substantiæ mundæ vt Dei res, & hac sua conditione commi

A nes vsui: sed <sup>106</sup> ipsius vsus administratio interest. Nam & ego mihi gallinaceum macto,  
 non <sup>107</sup> minus quam AEsculapio Socrates: & si me odor alicuius loci offenderit, <sup>108</sup> Arabiq  
 aliquid incendo, sed non eodem ritu, nec eodem habitu, nec eodem apparatu, quo agitur  
 apud idola. Si enim verbo nudo conditio polluitur, vt Apostolus docet: Si <sup>109</sup> quis autem <sup>1. Cor. 10.</sup>  
 dixerit, hoc idolothytum est, non contigeris: multo magis cum habitu, & ritu, & appara-  
 tu idolothytorum contaminatur. Ita & corona idolothytorum efficitur. Hoc enim ritu, &  
 habitu, & apparatu, idolis immolatur auctoribus suis: quorum eo vel maximè proprius est  
 vsus, ne in communionem possit admitti quod in Dei rebus non inuenitur. Propterea A-  
 postolus inclamat: <sup>110</sup> Fugite idolatriam: omnem vtique & totam. Recogita syluam,  
 & quantæ latitant spinæ. Nihil dandum idolo, sic nec sumendum ab idolo. <sup>111</sup> Si in ido-  
 lio recumbere alienum est à fide, quid in idoli habitu videri? Quæ communio Christi &  
 Beliae: & ideo fugite. Longum enim diuortium mandat ab idolatria, in nullo proximè  
 agendum. <sup>112</sup> Draco etiam terrenus de longinquò non minus spiritu abforber alites. Ioan-  
 nes: <sup>113</sup> Filoli, inquit, custodite vos ab idolis: non iam ab idolatria quasi ab officio, sed  
 ab idolis, id est ab ipsa effigie eorum. Indignum enim vt imago Dei viui, imago idoli &  
 mortui fiat. Vtque adhuc proprietatem istius habitus & ex originis censu, & ex superficio-  
 nis vsu idolis vendicamus, ex eo præterea, quod dum in rebus Dei nostri non refertur,  
 magis magisque illorum deputatur, in quorum & antiquitatibus, & <sup>114</sup> solennitatibus,  
 B & <sup>115</sup> officiis <sup>116</sup> conuenit. <sup>117</sup> Ipsa denique fores, <sup>118</sup> ipse hostiae & <sup>119</sup> aræ, <sup>120</sup> ipsi mi-  
 nistri & sacerdotes eorum coronantur. Habes omnium collegiorum sacerdotialium coro-  
 nas <sup>121</sup> apud Claudium. Sed & illam interstruximus distinctionem differētia rationalium  
 & irrationalium; eis occurrentem, qui communionem in omnibus de quorundam exem-  
 plorum occasione defendunt. Ad hanc itaque partem causas iam ipsas coronarias inspici  
 superest, vt dum ostendimus extrances, immo & contrarias disciplinæ, nullam earum ration-  
 is patrocinio fultam probemus, quod posset habitus ciusmodi quoque communioni  
 vindicari: sicut & quidam, quorum exempla nobis obiectantur. <sup>122</sup> Etenim vt ipsam cau-  
 sanam corona militaris aggrediar, puto prius conquirendum, an in totum Christianis mili-  
 tia conueniat. Quale est alioquin de accidentibus retractare, cùm à præcedentibus culpa  
 sit: <sup>123</sup> Credimusne humanum sacramentum diuino superducili licere, & in aliud dominū  
 respondere post Christum, & <sup>124</sup> eierare patrem ac matrem, & omnem proximum, quos <sup>Exod. 20.</sup>  
 & lex honorari & post Deū diligi præcepit? Hos & Euangeliū solo Christo pluris nō fa-  
 ciens, sic quoq; honorabit? Licebit in gladio cōuersari, <sup>125</sup> Domino pronūciante. Gladio <sup>Leuit. 19.</sup>  
 peritū, qui gladio fuerit vsus: Et prælio operabitur filius pacis, <sup>126</sup> cui nec litigare cōue-  
 nice: <sup>127</sup> Et vincula & carcere, & tormenta, supplicia administrabit, <sup>128</sup> nec suarū vltor in-  
 iuriarum: <sup>129</sup> Iā & stationes aut alij magis faciet quam Christo? aut & dominico die, quādo  
 nec Christo? Et excubabit pro téplis <sup>130</sup> quibus renunciavit: <sup>131</sup> & cœnabit illie vbi Apo- <sup>1. Cor. 8.</sup>  
 stolo nō placet? Et <sup>132</sup> quos interdiu exorcismis fugauit, noctibus defensabit, <sup>133</sup> incumbēs  
 C & requiescens super luncho, quo perfossū est latus Christi? Vexillū quoque portabit amu- <sup>Ioan. 19.</sup>  
 li Christi: & signū postulabit a principe, qui iam à Deo accepit: <sup>134</sup> Mortuus etiā tuba in-  
 quietabit ænatoris, qui excitari à tuba angelī expectat: <sup>135</sup> Et cremabitur ex disciplina  
 calxen Christianus, cui cremare non licuit, cui Christus merita ignis indulxit? Quāta alia  
 in delictis circumspici possunt calxen in iunum, transgressioni interpretanda? Ipsum de  
 castris lucis in castra tenebrarū nomen deferre, trāgessio est. Planè si quos militia præu-  
 tos fides posterior iuuenit, alia cōditio est, <sup>136</sup> vt illorum quos Ioánes admittebat ad laua- <sup>Luc. 3.</sup>  
 cri, vt <sup>137</sup> Centurionū fidelissimorū, quem Christus probat, & quē Petrus catechizat: dum <sup>Matth. 8.</sup>  
 tamē suscepit fide atq; signata aut deferendū statim fit, vt multis actū: <sup>138</sup> aut omnibus mo-  
 dis cauillandū, ne quid aduersus Deum cōmittatur, quē nec ex militia permittitur; aut no-  
 uissimē perpetiendū pro Deō, <sup>139</sup> quod æquē fides pagana condixit. Nec enim delictorū <sup>Act. 10.</sup>  
 impunitatem, aut <sup>140</sup> Martyriorum immunitatē militia promittet. Nusquam Christia-  
 nus aliud est. Vnum Euangeliū, & idem Iesus: negaturis omnem negatorem, & confesi- <sup>Matth. 10.</sup>  
 forus omnem cōfessorem Dei: & <sup>141</sup> saluam facturus animā pro nomine eius amissam, per-  
 diturus autem de contrario aduersus nomen eius lucri habitat. <sup>142</sup> Apud hunc tam miles  
 est: paganus fidelis: quām paganus est, miles in fidelis. Non admittit status fidei, allegatio-  
 nē necessitatis. Nulla est necessitas delinquendi, quibus yna est necessitas non delinquēdi.  
 Nam & ad sacrificandum & directō negandum, necessitate quis premitur tormentorum  
 siue poenarum: <sup>143</sup> tamen nec illi necessitati disciplina connuet: quia potior est necessi-

ULLIAN,  
 in statu omib[us]  
 MELII.

46.

C A P. XI.

# Tertulliani de Corona

346

tas timenda negationis & obeundi martyris, quām euadendæ passionis & implendi officij. Ceterū subuerit totam substantiam sacramenti causatio eiusmodi, vt etiam voluntariis delictis <sup>144</sup> fibulam laxet. Nam & voluntas poterit necessitas contendit, habens scilicet vnde cogatur. Vel ipse hæc præstruxerim, & ceteras officialiū coronarum caulas, quibus familiarissima ista <sup>145</sup> ducatio necessitatibus: cū idcirco aut officia fugienda sint, ne <sup>146</sup> in delictis incidamus, aut & martyria toleranda sint, vt officia rumpamus. De prima specie quæstionis etiam militia ipsius illicita, plura non faciunt, vt secunda reddatur. Nisi omni ope expiiero militiam, frustra iam de corona militari prouocarim. Puta denique militiam, vñque ad caudam corona. [ <sup>147</sup> Sed & de corona prius dicam, Laurea ubi <sup>148</sup> Apollini vel Libero sacrata est: illi vt <sup>149</sup> Deo telorum, <sup>150</sup> huic vt Deo triumphorum, sic docet Claudio. <sup>151</sup> Quāquam ex myrto ait milites redimiri solere. Veneris enim imatum matris Aeneæ, non laurum, etiam amicula <sup>152</sup> Martis, per Iliam & Romulos Romanos. Sed ego Venerem non credo ex hac parte cum Marte Romanam, quā pellicis dolor est. <sup>153</sup> Quin & olea militiam coronari à Minerua, <sup>154</sup> non solum artium, sed armorum quoque dea: & pacem cum Neptuno iniisse, ex hac arbore coronatam. In his erit certi militaris superstitionis vbique polluta, & polluens omnia, qua iam polluantur & causis. <sup>155</sup> Ecce annua votorum nuncupatio quid videtur? Prima in principiis, secunda in Capitolis, a cipe post loca, & verba. Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vocemus et futurum. Cuius sententia vox est? vñque negationis. Etiam si tacet illic Christianus coronus capite respondit. <sup>156</sup> Eadem laurea in Donatiui dispensatione denunciatur.

*Matth. 26.* Plasiè non gratuita idololatria, aliquibus aureis venditans Christum, vt argenteis iudei. *Matth. 6.* Hoc erit: Non potestis Deo seruire & mammonam: mammonam manum tradere, & Deo absistere. Hoc est reddere quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo: nec hominem Deo reddere, & denarium Cæsari afferre. <sup>157</sup> Triumphi laurea foliis struitur. <sup>158</sup> hinc adhibet lemniscis, <sup>159</sup> inauratur lamnulis, vnguentis delibuitur à lachrymis coniungit matrum, fortasse quorundam & Christianorum: & <sup>160</sup> apud Barbaros enim Christus, quæ hanc portauerit in capite caufam, nonne & ipse pugnauit? Est & <sup>161</sup> alia militia regium familiarium. <sup>162</sup> Nam & castrenses appellantur, <sup>163</sup> munifica & ipsa solemnum Cæsaronum. Sed & tu proinde miles ac seruus alterius es: & si duorum, Dei & Cæsaris, certe tunc non Cæsaris cùm te Deo debes, etiam in communibus credo potiori. [ <sup>164</sup> Conenant & publicos ordines laureis publica causa: <sup>165</sup> Magistratus vero insuper auri, in Athenis, vt Roma. <sup>166</sup> Præferuntur etiam illis Hetrusca. Hoc vocabulum est coronare, quas gemmis & foliis ex auro querebantur ob Iouē insignes, ad deducendas tenas compatis togis sumunt. <sup>167</sup> Sunt & prouinciales aureæ, imaginū iam non virorum, capitaneorum quærentes. Sed tui ordinis, & tui magistratus, & <sup>168</sup> ipsum Curiae nomen, Ecclesia & Christi. <sup>169</sup> Illius es, cōscriptus <sup>170</sup> in libris vita. Illic purpurea tua, sanguis Domini & dei.

*Apoc. 13.* uis latus in cruce ipsius; illuc <sup>171</sup> securis ad caudices arboris posita; illuc virga ex radice. *Matth. 27.* sc. <sup>172</sup> Viderint & publici equi cum coronis suis Dominus tuus, vbi secundum scripturam. *Matth. 3.* Hierusalē ingredi voluit, nec asinum habuit priuatū. Isti in curribus, & isti in equis, <sup>173</sup> autē in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. <sup>174</sup> Ab ipso incolatu Babylonis illius apocalysi Ioannis submouemur, nedū à suggestu. Coronatur & vulgus nunc ex <sup>175</sup> præmissis publica latitia luxuria capitatrix. Sed tu peregrinus es mūdi huus, cuius superba <sup>176</sup> Iherusalem. <sup>177</sup> Noſter, inquit, municipatus in cœlis. Habes tuos cœfus, tuos Faſos nullum gaudiū seculi, immò contrarium debes. Seculū enim gaudebit, vos vero lugebitis, <sup>178</sup> puto, fœlices, ait, lugētes, non coronatos. <sup>179</sup> Coronant & nuptiæ sponsos: & <sup>180</sup> idem nubimus ethnicis, ne nos ad idolatriā vñque deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt. <sup>181</sup> Habet legem à Patriarchis quidem, habet Apostolum in Domino nubere inuenit alienum, quomodo seculū manumitteret? Et si libertas videtur, sed & seruitus videtur. Omnia imaginaria in seculo, & nihil veri. Nam & tunc liber homini eras redemptus, vt & coronā consignes, redisti in seruitutem hominis, quam putas libertatem, nisi libertatē Christi, quā putas seruitutē. <sup>182</sup> Nunquid & Agonisticæ causæ dispergimus, <sup>183</sup> quas statim tituli sui dominant, & sacras & funebres scilicet hoc enim supereret vi. Olimpius Iupiter, & Nemæus Hercules, & <sup>184</sup> misellus Archemorus, & <sup>185</sup> Antinous infernus.

A Christiano coronentur, ut ipse spectaculum fiat, quod spectare non debeat. Vniuersas (vt arbitror) causas enumeramus, nec villa nobiscum est: omnes alienæ, prophanae, illicitæ, <sup>186</sup> semel iam in sacramenti testatione cieratae. Haec enim erant pompa diaboli & anglorum eius, officia seculi, honores, solennitates postulatrices, falsa vota, humana seruitia, laudes vanæ, gloria turpes: & in omnibus istis idolatria in solo quoque censu coronata, quibus omnia ista redimita sunt. Praefabitus quidem Claudio etiam <sup>187</sup> cœlum syderibus apud Homeri carmina coronatum, certe à Deo, certe hominī: igitur & homo ipse à Deo coronandus est. <sup>188</sup> Ceterum à seculo coronantur & lupanaria, & latrinx, & pistrina, & carcer, & <sup>189</sup> ludus, & ipsa <sup>190</sup> amphitheatra, & ipsa spolia, <sup>191</sup> ipsæque libitina. Quis facet sanctus, quamque honestus ac mundus sit habitus iste, noli de uno poëtico cœlo, sed de totius mundi commerciis astimare. <sup>192</sup> At enim Christianus nec ianuam suam lauris infamabit, si norit quantos Deos etiam hostis diabolus affinxerit, Ianum à ianua, Limentinum à limine, Forculum & Carda à foribus & cardinibus, & apud Græcos Thyraum Apollinem, & Antelios dæmones. <sup>193</sup> Tanto abest ut capiti suo manus inferat idolatriæ, immo iam dixerim Christo, siquidem viri caput Christus est, tam liberum quam & Christus, ne velamento quidem obnoxium, nudum obligamento. Porro & quod obnoxium est velamento caput feminæ, iam hoc ipso occupatum non vacat etiam obligamento. Habet humilitatis sine sarcinam. Si nudo capite videri non debet propter angelos, multo magis coronato: fortasse tunc illo coronato scandalizauerit. Quid enim est capiti feminæ corona, quam forma leua, quam summa lascivia nota, extrema negotio verecundia, conflatio illecebra? Propterea non ornabitur operosius mulier ex <sup>194</sup> Apostoli prospectu, & nec crinium artificio coronetur. Qui tamen & viri caput est, & feminæ facies, vt Ecclesiæ Christus Iesus, quale, oro te, sertum pro vtroque sexu subiit? ex spinis <sup>195</sup> Matth. 27. opinor & tribulis, in figuram delictorum, qua nobis provalit terra carnis: abstulit autem virtus crucis, omnes aculeos mortis in Dominici capitis toleratia obtundens. Certè præter figuram contumelia in promptu est, & turpitudine & decoratio, & his implexa laxitia, quæ tunc Domini tempora & foedauerunt & lancingauerunt: vi tu nunc laurea & myrtle, & olea, & illustriore quoque fronde, & quod magis vñi est, <sup>196</sup> centenariis quoque rosis ex horto Midæ lectis, & vtrisque liliis, & omnibus violis coronaris, etiam gemmis forsan & auro: vt & illam Christi coronam æmuleris, quæ postea ei obuenit: quia & <sup>197</sup> fa- <sup>198</sup> Psal. 23. Marth. 7. r. 8. uos post fella gustauit; nec ante rex gloria ælestibus salutatus est, quam rex Iudeorum propterea in crux; minoratus primo a patre modicum quid citra angelos, & ita gloria & honore coronatus. Si ob hanc caput ei tuu debes, tale si potes ei repende, quale suum pro tuo obtulit: aut nec floribus coroneris, si spinis non potes: quia non floribus potes. <sup>199</sup> Serua Deo rem suam inattaminatam. Ille eam si volet, coronabit. Immò & vult. De- C A P . X V . nique inuitat: <sup>200</sup> Qui vicerit, inquit, dabo ei coronam vita. Esto & tu fidelis, ad mortem, Apocal. 2. Dicterat & tu <sup>201</sup> bonum agonem, cuius coronam & Apostolus repositam sibi meritò con- C 3. fidit. Accipit & angelus victoria coronam procedens in candido equo, vt vinceret. Et ali- 2. Timot. 4. us Iridis ambitu ornatur ecclœsti. <sup>202</sup> Protosedent & Presbyteri coronati: <sup>203</sup> codenique Apocal. 6. auto & ipse Filius hominis supra nubem micat. Si tales imagines in visione, quales verita- Apoc. 10. tes in representatione: Illas aspice, illas odorare. Quid caput <sup>204</sup> stropholo aut draconario damnas, diademati destinatum? <sup>205</sup> Nam & reges nos Deo & patri suo fecit Christus Iesus. Quid tibi cum flore morituro? Habes florem ex virga Iesse, super quem ida diuini spiritus gratia requieuit, florem incorruptum, immarcescibilem, sempiternum: quem & <sup>206</sup> bonus miles eligendo, in cœlesti dignatione, ordinatione proficit. <sup>207</sup> Erubescite Romani commilitones eius, iam nou ab ipso iudicandi, sed <sup>208</sup> ab aliquo Mithra milite. Qui quum initiatur <sup>209</sup> in spelæo in castris verè tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam <sup>210</sup> quasi minimum martyrij, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obvia manu capite depellere, & in humerum si forte transferre, dicens Mithram esse coronam suam. Atque exinde nunquam coronatur: id quod in signum habet ad probationem sui, si cubitentarius fuerit de Sacramento: statimque creditur Mithra miles, si deiccerit coronam, si eam in Deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quædam de diuinis affectantis, vt nos de suorum fide confundat & iudicet.

Gg ij

ULLIAN,  
metatis omnibus  
MELII.V  
16

ADNOTATIONES IACOBI PAMELI IN  
LIBRVM DE CORONA MILITIS.

1. DE CORONA MILITIS.] Facit magnopere ad Libri huius totius intellectum quod habet de CORONIS Plinius l. 21. c. 2. & 3. Tenuioribus (inquit) vobantur antiqui, strophia appellantem; unde nata Strophiola. Quin & vocabulum ipsum tarde communicatum est, inter facias tantum & bellicos honores coronis suum nomen vindicantibus. Cum vero è floribus fieret ferta, à serendo, seriente appellabantur. Quod apud Graecos quoque non ita antiquitus placuit. Arborum enim ramis coronari in sacris certaminibus mos erat primus, postea variari copium mixtura versicoloris; florumque inimicorum odores coloresque accendere sicuti: id factum est post Olympiadē centesimam. Sic coronis è floribus recepsit, paulomox subiere qua vocantur Ägyptiae, ac deinde Hybernae, cum terra flores negat, ramego è cornubia tincto. Paulatimque & Roma subrepit appellatio, corollis inter initia proper gratitatem nominatis; mox & corollaris, postquam è lamina area tenui inaurata aut inargentata dabantur. Crassus dñus, primus argento aurisque folia imitatus, Ludi sua coronas dedit. Accesserintque & lemnifici, quos adiutoriis coronarum honos erat, propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurum non debebat. Pari die fuerit. Celare eos primus institutus P. Claudius Pulcher, bracteaque etiam Philyrae dedit. Deinde etiam his pertinent que haber idem de coronis militum, lib. 16. cap. 4. Hinc (inquit) ciuicae corona, militum virtutis insigne clarissim. Cedunt hi murales vallaretique, & aurea, quamquem prelio antecedentes. Cedant & rostratae. Item lib. 22. cap. 3. Corona quidem nulla fuit graminea nobilior in maiestate populi terrarum Principis, premis gloriae. Geminata & aurea, vallares, murales, rostratae, ciuicae, triumphales post hanc fuere, suntque cuncta magno intervallo magnitudine differentia. Ceteras omnes, singulis & Ducebat ipsi Imperatoreque militibus aut aliquando Coleris dederat. Ceteras Imperatores, gramineam felam Miles Imperatori. Eadem vocatur Obsidionalis.

## CAP. I.

2. Proxime facta est LIBERALITAS, &c.] Caput hoc primum merito inscribitur: Libri de Corona Militis argumentum. Sequuntur quidem MS. 3. Vatic. codices: Liberalitate; verum magis placet lectio Goricensis codicis secundum Rhenanum LIBERALITAS, ut ardenter auctō ad Numismata, quae etiam exstant apud Goldinum & alios, in quibus ex uno latere inscribitur: IMP. CAES. L. SEPT. SEV. PERT. AVG. ex altero vero: LIBERALITAS AVG. sc. hoc est Imperatori Caesaris Lucio Septimo Seuero Pertinaci Augusto, & Liberalitas Augustorum, senatus consolto. Quam adeo recte interpretatur Rhenanus de Donatino Milribus datu, nam co adludens Auctor paulopost dicit: Donatiuum Christi in carcere exceptat. de quo interim laetus infra cap. 12. ubi loquitur de Laurea in Donatini dispensatione. Eodem etiam adludit lib. de Praescript. adu. heret. 2. his verbis: Quis (inquit) miles ab infideatis, ne dicā ab hostibus regibus, Donatiuum & stipedium captat, nisi plāne desertor & transfuga, & rebellis?

3. praestantis. IMPERATORVM.] Videlicet (uti & adnotauit Rhen.) L. Sept. Seueri patris, & M.

Aurel. Antonini Catacallæ filii, sub quibus Terulianum floruisse D. Hieron, auctor est in illustribus Ecclesiæ viris. Porro ornat eis honorifica equum, cum dicit præstantisimorum. Sane etiam tum anglo-reribus rebus Christianis honorificissime locu[m] de Imperatoribus veteres scrip[er]e; vt cum ad sequentiam Presidem scribens Tertullianus: Columus em (inquit) & Imperatorem sic, quomodo & modic[er]e licet, & ipsi expedit, vt hominem à Deo secundum, & quicquid est, à Deo conseruat, sed Deo minorem. At ita præfecti parsu leguntur, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus &c.

4. Expungebantur in castris milites Lanci. Ex supradictis num. 2. manifestum est recte subiectum Rhenano: Donatiuo, Hoc est: Donatiuum prouis militibus sollemniter exsolubatur, sive prefatim, sive ducaunum in scholis liberorum præcedendum, hinc quod verbi declarantes, Metaphoram hinc deducunt, sive quod in perscriptionibus sue libellis debita continentur, eorum nomina quibus satisfactum est, puncta notata. De quo vide supra lib. adu. Indep. cap. 4. num. 15. Ergo autem ex 3. MS. Vatic. cod. qui se dubius domine feruere non posse præsumperat, nam si, ut anno affirmatius legeretur, magis concueret coniectura & Latinus: præsumperant.

5. Vulgata iam & ita disciplina Chalcidorum, &c.] Huc pertinet illud Apologetic cap. 42. 1. Non emo capitii coronam, &c. & quia squalida spect. cap. 11. dixit: idololatria confundat eorum profanis. Item quod habet B. Iustini Martyrolog. ad Antonium. Sed neque ultimum malorum coronis colimus, &c. Illud quoque B. Ignatii de Lapis: Frons cu[m] Dei signo pura diabolus coronare non potuit. Denique Autorem imitauit Minervus Octauio (qui liber perperam Arnobij Octauum libelibus appellatur). Sane quod caput non coronari cognoscite. Suram boni floris naribus ducet, tanquam capillis sue foliemus haurire, &c. que infra finis locutus sum. Porro iterum legitimus ex MS. 3. Vatic. quod priores excusi, & Paternatensis at Hirsaugensis non eludere eminus, infrendere communis, & ante primium in nostrum, nempe militum. Tribuno detur, id est: accusatur pro eo quod ex Gori sensu fullo Rhenanus: eludere eminus, infrendere. Commurmur. Tribuno defertur. Infirmis autem designare, illudere, infrendere, expanso ad pectora impfectis indicantur, id est: desiguntur, eminus, infrendebant communis. Ant terciū verbum runt subaudiendum.

6. Tribuno.] Tribunum Militum intelligentem pro more habebat (iuxta quod Seneca narrat) Martini, adorante etiam Rhenanis) ut signo cuiuslibet vocatis: Donatiuum ergoaret; quod pertinet illis. Ad sona iam ex ordine accepterat.

7. O militem in Deo gloriosum.] Hoc dicit Rhenanus ad illud Apostoli: Qui gloriat in Deo glorieatur.

8. Suffragia exinde.] Nam (inquit idem) resalutationem venerat, quid esset deo facienda.

9. apud Acta.] Acta (inquit Rhenanus) cun-

sunt, quos conficit Respublica. Hoc declarat Tertullianus lib. in Mare, s. sic scribens: Planè proficeri potest semper ipsum quis. Verum profectio eius alterius auctoritate conficitur; alius scribit, alius subscrabit, alius obsignat, alius Actis refert. Ergo significat hic etiam rem istam in Acta relata.

10. grauiissimas penulas.] Penula (inquit idem) que & lacerna, vestimenti genus itinerarium & arcen-  
di plusie accommodatum, quid veteres, teste Aelio Lam-  
prido.

11. reuelari auspicatus.] Auspicari (eodem adno-  
tante) usurpat pro simili pte incipere. Similiter dixit suprà lib. de Patientia: militiam ab impatientia auspi-  
catam. Accipitur autem proprie reuelaria, pro dege-  
rum hic, tum cap. 4. vbi legitur: Susanna in iudicio  
reuelata.

12. speculatoriam morosissimam.] Caligam mi-  
litarem recte interpretatur Rhenanus. Hinc & militia  
caligata apud Autorem, lib. de Idol. ca. 19. num. 14.7.  
Audit autem ad diuinam visionem, qua Moys apparuit.

13. spe calcatus, de Euangeli partura, &c.] Pa-  
rasportas expressit quod est ad Ephes. 6. calcati pedes  
in preparationem Euangeli; item succinctus acutio-  
re verbo Dei, pro illo: succineti in veritate gladio spi-  
ritu, quod est verbum Dei. & totus de Apostolo ar-  
matus, attulens ad illud: Accipite totum armaturam  
Dei saltem quemadmodum legit B. Cyprian. ad verbis ex  
Graeco nayo πλάσται, scimus etiam adnotassimus ad illam  
epis. 5. num. 30. Similiter etiam dixit lib. de Fuga in  
persecut. Tom. 5. tam plene ab Apostolo armatus.

14. Martyrij candida.] Huc alludere videntur BB,  
Ambros. & August. in illo Catico: Te Deum laudamus:  
n Martyrum candidatus laudat exercitus. B. Cyprian.  
diciu Martynibus purpuream, Virginibus cädidam co-  
ram adscribere manus.

15. inter tot frates commilitones.] Ergo (vti re-  
de adnotauit Rhen.) & Christiani militabunt. Hoc non  
mirum; nam ex militibus multi conserbantur ad Chris-  
tianum, eis de Dino Martino legimus. Qui locus diligenter  
notandus contra eos, qui ex cap. 11. infra perferam colligunt  
nullam militiam Christianis licitam, atque adeo contra  
Erafon librum de Bello.

16. vt etiam Martyria recusare, &c.] Pertinet  
hoc ad errore Tertull. de quo latius l. de Fuga in persecut.

17. Musitant denique, &c.] Musitant (inquit  
idem) id est, occulte conqueruntur. Sic Hieronymus, ad Rufi-  
finum: Tu qui in Latinis multitas, & tepludine gradus  
meus patet quam incedis. Et ad Hedibam: Et taciti  
me inire reprehendunt, quod audacem ad stuprem generis  
fui quippe missicare. Peticillari autem, id est in pe-  
riculum vocari, tanquam ea bona ac longa pace non fint  
eius diutius.

18. in pace leones, in prælio cœruos.] Sapiunt h.e.c  
præbualē formulam, de quibus latius inter nostra Pro-  
legomena.

19. de questionibus confessionum.] Loquitur  
(inquit idem) de confessionibus nominis Christiani. Sic  
ad. Præcet: Ni si spiritus Dei sit in nobis, qui & lo-  
quitur de nobis, quae sunt confessionis. Legimus au-  
tem cum Paterni consensu, Horlaugensi, & 3. Vatic. MS. cod.  
terū: At nunc quatenus illud opponunt, pro eo quod  
ex Gor. tensi restitueras Rhenanus: At nunc quia ma-  
xime, eamagis quod sequatur.

20. ipius vel maxime exemplo.] subaudi (inquit  
idem) Militis, qui maluit exautorari & supplicio adduci,

quā coronam in capite gestare. Sensus istorum verborum  
est & ordo, & Christiani laureati, id est quos laureā  
in capite ferre non pudet, & quibus in solitum quæ-  
stio ista est, qui in defensione delicti contendunt,  
reuincantur, ipsius vel maxime exemplo, hoc est ipsius  
militis de quo nunc loquimur.

## C. II.

21. Neminem dico fidelium coronam capite  
nosse, &c.] Titulum huic capiti dæmus: Quod coro-  
nam capite nosse contra obfurationē Christianā,  
atque adeo delictum fit. Atqui de Catechumenis  
infra Tom. 3. lib. de Prescript. adu. heres. de Confessoribus  
& Martyribus supra lib. ad Martyras num. 1.

22. quod committitur in obfurationē.] Ac-  
cepitur hic committi pro delinqüere, eadem significatio-  
ne, qua Iureconsulti in commissum cadere dicunt: quo  
pertinet etiam titulus, De publicis velitisib[us] & com-  
missis. De alia significazione etiam Authori visitata, vi-  
de supra lib. ad Martyras num. II.

23. satis auctoratam.] Etia h[ic] alia significazione  
(quam eod lib. ad Mart. n. 60.) auctoratam vocat au-  
toritatem traditam & confirmatam, sive authenticam.

24. nec in destructionem eius, sed in adificationem.] Audit ad illud Apostoli 2. Cor. 13. In adi-  
ctionem, non in destructionem.

25. & laudo fidem qua ænt[er] credit obfuranū  
esse quām didicit.] Respicere videtur ad illud Isai. 7.  
iuxta 70. Nisi credideritis, non intelligetis; quemadmo-  
dum non semel citatur à B. Cyprian. Locus insignis contra  
eos, qui fidem sensu aut scientia metiri volunt.

26. Et facile est statim exigere: vbi scriptum  
est, &c.] Locus alter adnotandus contra eos, qui nihil ha-  
die volunt recipere, nisi quod scriptum est: contra quos pul-  
cherrime scribit Vincentius Lirinensis, lib. de Prophan. he-  
res. nouitate. Verum eodem etiam pertinet integrum se-  
quens caput.

## C. III.

27. Et quamdui, &c.] Inscriptiōnem capiti huic fe-  
cimus: Quod debeat recipi Traditio etiam nō scri-  
pta. In quo imitantur Autorem non solum BB, Basilius  
& Hieronymus locis infra citatis, & Origenes homil. in  
Numeros, sed vel ipse etiam B. Cyprianus, quantumvis  
alij pro se illum citent in contrarium, ut deduximus in  
Epif. eius 74. ad Pompeium, num. 7. Quo loco etiam vi-  
dere est conformem Veterum tam ante quam post Tertul-  
lianum, de Traditionibus non scriptis consonantiam,  
quorum quoddam locos ad institutum nostram propriis  
accidentes infra quoque citabimus. Unde patet non aliud  
esse quām calumniam, quia Magdenburgen[es] volunt hanc  
suum de Traditionibus non scriptis sententiam han-  
sisse Tertullianum ex Montano, quem econtrario (teste  
Euseb. hist. Eccles. lib. 5. cap. 16.) primus Montanus lega-  
tur noua quedam ingessisse Traditioni contraria; maxi-  
mè quam erit lib. de Prescript. adu. heres. Author Traditionum  
prescriptione utatur: idque ante omnem he-  
resim, ad quam postquam caput declinare, ipse etiam si-  
cuit Montanus, & consuetudines antiquas minoris caput ex-  
simare, uti patet lib. seq. cap. 1. num. 2. & 3. Qui adeo ma-  
nifesti erroris coniuncturant infra, quum de singulis exem-  
pliis demonstrabimus, etiam ante Tertullianum &  
Montanum existatas fuisse, quas hoc capite recent, ceremonias  
Ecclesiasticas. Certe de Traditionibus in genere apertio-  
res sunt loci apud B. Ireneum l. 3. c. 1. 2. 3. & 4. qui Monta-  
num praecedit; in quem pulcherrime etiam & exactissime  
commentatus est noster Feu-ardentius, quo, ut pluribus

Gg iii

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELLI.

4. V.  
16.

## Adnotat.in lib.

350

*non sit opus, Lectorem remittimus.*

28. per hanc lineam ferram reciprocabimus.]  
Quia hoc habet Proserbi specimen, latius de eo inter no-  
stra Prolegomena.

29. qua praeueniendo statum fecit? Simili phrasi  
dixit lib. 4. adu. Marc. statum scripti & voluntatis. Sed  
et Quintil. usurpat statum facere, l. 3. c. 6.

30. Denique ut à Baptismate ingrediar, &c.]  
Multa hic pulchre Rhenanus de Baptismatis ceremoniis.  
Verum ad Librum de Baptismo differimus; Magden-  
burgensibus vero, qui omnes has ceremonias hic enarratas  
Montanicas calumniantur, hoc unum refidemus, dictum  
Librum conscriptum fuisse à Tertulliano ante omnem ha-  
resim, quemadmodum ibi in Argumento latius; atque adeò  
quam eadem illuc aut aliis certe libris eodem tempore con-  
scriptis recensentur ab Auctore planè concinii, non à  
Montano, sed à primitiva Ecclesia profectos. Perinde est au-  
tem siue legas: per totam hebdomadam cum excuse  
hebdomadem cum 3. Vat. MS. cod.

31. Eucharistia Sacramentum.] De Eucharistia,  
quod Sacramentum sit, et si nemo est qui dubite, ostendemus  
infra Tom. sequ. ad lib. 4. adu. Marc. ex definitione  
Sacramenti, quemadmodum ab Ecclesia peculiariter ac-  
cipitur. Deinde huic Sacramenti, quatenus & sacrificium  
est, ceremonias (quas plerasque hic recenset Rhen.)  
eo quod propriè magis eo pertinent, suprà recensamus,  
& ex Tertulliano aliis locis comprobamus lib. de Orati-  
one num. 1. ordine quidem alio, sed magis congruenti.

32. & in tempore vietus, &c.] Videtur ad locum  
hunc alludere B. Cyprianus Epist. 63. ad Ceciliam, sub  
finem, his verbis: At enim (inquit) non manè (quod  
hic dixit antelucanis cœtibus) sed post canam (id enim  
esse videtur in vietus tempore) mixtum calicem obtri-  
bit Dominus. Numquid ergo Dominicum post canam cele-  
brare debemus, ut sic mixtum calicem frequenter Di-  
minicis offeramus? Cui respondet: Christum offerre ope-  
rat circa vesperam diei, &c. Nos autem resurrectionem  
Domini manu celebramus. Idem itaque est, & si dicat:  
Christus præcepit in vietus, id est cana, tempore, Eu-  
charistie Sacramentum sumi, & tamen nos etiam ante-  
lucanis cœtibus ieiuni, & ante omnem cibum (uti  
loquitur lib. 2. ad Voren supra) illud gustamus. De quo  
vide plura initio Adnot. nostrarum in dictu lib. de Orat.  
& maximè in dictu epist. B. Cyp. num. 4. 6.

33. & omnibus mandatum à Domino, &c.] si-  
milter hic, ei quod dicit: omnibus, correspondet quod  
subiungitur: nec de aliorum manu quam præiden-  
tium; ac si dicat: Et si Christus instituerit hoc Sacra-  
mentum, dixerit omnibus, Accipite & mandate: ta-  
men non nisi de manu præsidentium sumimus. Locus  
alter, quo comprobatur, de modo sumenda Eucharistia  
nihil certi prescriptū fuisse à Christo, iuxta illud B. Au-  
gust. epist. 129. ad Iunian. Neque enim (inquit) præcepit  
Christus, que deinceps ordine simeretur hoc Sacra-  
mentum, ut Apostolus, per quos Ecclesia dispossessus erat,  
seruaret hunc locum. Nam si ille hoc monuisset (quod pro-  
priè ad id quod præcedit pertinet) ut post alios cibos sem-  
per sumeretur, credo quod cum morem nemo variafferet.  
Proinde etiam ibi mandatum à Domino, non debet  
Mandare, accipi pro præcipere, sed propriè pro agendum  
committere: quia significacione dixit etiam Auctor initio  
lib. 3. adu. Marc. quem numquam mandator defi-  
gnauit, id est (uti interpretatur etiam Rhenanus) qui ali-  
quid agendum commitit.

34. etiam antelucanis cœtibus.] Plini Secundi

hic de re epistolam ad Traianum, quam hic abnam  
cit, represeret apud ipsum quoque Tertullianum, in  
hic prelioxiores simus, Apolog. cap. 2. Atque adeò non pe-  
test istud ad nouam Montani institucionem pertinere, quia  
admodum calumniantur Magdenburgenses, quoniam  
initio Ecclesia, immò ab Apostolis ipsi visitata summa  
antelucani cœtus, quibus etiam communicabat: sed  
les, ut modo dictum est.

35. nec de aliorum manu quam præsidentium.  
Ad eosdem pertinet quod prius dixit, de Baptismo lo-  
quens: sub Antiliis manus & illud (ut recte adu-  
tauit Rhenanus) Apolog. cap. 39. Præsident probat  
quique senioris. Loquitur autem non solam de Episo-  
po, sed & Presbyteris & Diaconis vitrobie, de quoniam  
latius lib. de Precept. adu. hæref. Tom. seq. cap. 40. &  
qui etiam hanc traditionem apostolicam fuisse puto Ma-  
gentianam, præterquam quod etiam agnoscunt Magde-  
burgenses, confitentes (cum ex hoc loco, num ex eo illa  
Cap. Tertull.) quod Ecclesia auctoritas differentem  
constituerit inter Ordinem & plebem in ad-  
ficatione Sacramentorum. Certe (ut obueni Calu-  
sis id negantibus) ante omnem suspicionem heretici  
de Precept. adu. hæref. iam dicto, heretici impugnat  
Auctor. Nam & laici sacerdotalia munera im-  
pungunt. Deinde sidem penè verbis (quem adeò dicimus  
Auctor videtur) B. Iustina Martyr 2. Apolog.  
Antoniuum Pium: Præsidens verò (inquit) ipsius  
gratiarum actionem perficit, & populus eius in applica-  
tione leta cam adprobavit, qui apud nos vocant Do-  
coni atque Ministris, distribuunt unicuique præfatione  
participat eum in quo gratie acta sunt, panem, vīnum &  
aqua, & ad absentes perferunt. Porro alimentum  
apud nos vocatur Eucharistia, quod nulli alij pati-  
licium est, quām veram esse doctrinam credunt, &  
uero propter remissionem peccatorum & regenerationis  
abliu, & ita ut Christus tradidit videnti. Edicione  
quod panitum scribat B. Cyprian. lib. de Læsi-  
dam: Quis maculatus (idolatria nempe) facilius  
cordice celebrato, partem cum ceteris cuius est leuitate  
accipere, & sanctum enim Domini edere & contrahere  
potuit; cinere ferre se apertis manus inuenit. Quo  
ibis significant proprieas institutionis ab Ecclesia, non  
aliorum quam Præsidentium manu sumunt, ne  
indignis administrantur Eucharistia, inixa illud ap-  
(ubi iuxta B. Aug. morem communicandi hunc de-  
menti prescripti). Cor. II. Prober autem se ipsam homi  
scic de pane illi edat, & de calice bibat.

36. Oblationes pro defunctis, &c.] Simili-  
lud lib. de Monog. infra Tom. 5. Pro anima eius pro  
mariti) oret, & refrigerium interim adop-  
& in prima resurrectione consortium, & offere  
annuis diebus dormitionis eius. item lib. de Euse-  
bio ad casfir. Etiam repeate apud Deum, pro cuius  
ritu postules, pro qua oblationes annuis relatae  
Stabis ergo ad Deum cum tot viroribus, quae  
oratione commemoras, & offeres pro diuina  
commemorabis illas duas per sacerdotem  
adnotandum, uti constet Auctor de oblatione  
que per sacerdotem Deo sacrificantur, etiā hoc  
de monogamia, ob pristinum de virginitate  
tum, circundatum virginibus & virnis, &  
det sacrificium tuū libera fronte. Vnde (vel obli-  
Rhen.) Anniversarii cum elemosynis viris pa-  
nos perpetuo instituuntur. Sed respondet Magde-  
burgensis, has oblationes pro defunctis originem habent.

# de Corona Militis.

351

*no. Quibus imprimis oppono consuetudines seu obseruationes Ecclesiasticas hic premisssas, quas penè omnes pro legitimis agnoscunt (uti si loe latius) de Baptismate & de Sacramento Eucharistiae, & eas que subsequuntur de ieiunio verbo in die Dominico, ac à die Pasche in Pentecosten; denique & de signaculo crucis qua frontem terminus. Quidam ergo etiam agnoscant oblationes annuas pro defunctis, & pro Natalitiis; verum familiare est illis, quod de reliquis hereticis profiteatur. Auctor lib. de Prescript. adu. heres. Tom. sequent. Ita heretis non recipit quasdam scripturas (addere litteram institutionis & traditiones) & si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuerit; & si recipit, non recipit integras. At (qui ibidem mox subiungit) ubi apparuerit veritas discipline & fidei Christianæ, illic erit veritas & scripturatum, & expositionum, & traditionum Christianarum, &c. Ex quo recta consequentia ostenditur, hanc esse Traditionem legitimam, si ab Apostolis ipsis profectam offendimus. Huc pertinet imprimis quod differit verbo Patres veteres aequaliter & commemorationem defunctorum in sacrificio, Apostolicam esse, quemadmodum videtur est Luturgiam nostrorum Latinorum Tom. I. pag. 77. 78. & 79. Est enim eiusdem rationis, commemorationem defunctorum in Missa facere, & Oblationes pro defunctis facere. Quid: quod etiam id Apostolum Petrum praecepit locupletis testis B. Clemens Papa I. Epist. I. ut celebrentur exequiae mortuorum hymnis, precibus, & Letacionibus sacris. Deinde etiam Luturgiam pro defunctis reperire est, tum apud eundem Clementem, Constitutionem Apostoliarum l. 8. tum apud Dionysium Eccepsagitan sub finem lib. de Hierarch. Eccl. Quam adeo late contra Magdeburgenses vindicat Frater Luciferianos (uti etiam ante me adnotauit Rhenanus) videtur emulatus, his quidem verbis: Nam & multa alia, que per traditionem (inquit) in Ecclesiis obseruantur, auctoritatem sibi scripta legis usurpauerunt, velut in lauacro ter caput mergitare, deinde egressos, lactis & melis praegustare concordiam, ad infantia significatio- nes; diu Dominico, & per omnem Pentecosten, nec de geniculis adorare, & ieiunium solvere; multaque alia que scripta non sunt, rationabilis sibi obseruatio vindicant. Item quod ad ieiunium adinset, idem lib. adu. Montanum: Non quo (inquit) & per totum annum, excepta Pentecoste (id est, ut Auctor: à die Pasche in Pentecosten) ieiunare non licet. Qui & dicitur Traditionis rationem reddit Prolog. Comment. in Epist. ad Ephesios: Pentecosten (inquit) tempus latitiae atque victorie, quo non genua flectitur, nec curuamur; sed cum Domino ad celorum alta sustollimur. Cui non assimiliter B. August. epist. 119. ad Iannuar. c. 15. Propter hoc (inquit) ieiunia relaxamus, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Unde etiam omnibus diebus Dominicis ad altare id obseruat. & cap. 17. Ut autem stantes in illis diebus & omnibus Dominicis oremus, utrum oblique seruerit, ignoramus; tamen quid in eos sequatur Ecclesia, dixi, ut patui; & arbitror esse manifestum. Et latius paulò B. Maximus Taurinensis Episcopus, hom. 1. de Pentecoste; ac Iosidorus l. 1. Offic. Eccles. c. 33. deinde Hrabanus noster lib. 2. de Infr. Cleric. c. 42. Quid? quod & Nicenii Concilij can. 20. id ipsum iam ante hos tres Patres constitutum est, quod hanc Traditionem non mandasset observari, si a Montano profecta esset. Cuius certè contrarium probatur de genitrixione ex B. Iustino Martyre, Respons. ad Orthod. c. 115. & de ieiunio, ex c. 64. Can. A. postol. Porro de diu Dominico vide Adnot. nostras in Tertull. Apolog. c. 16. n. 248. & in epist. B. Cyprian. 33. n. 7. De eodem, & Pentecoste, id est tempore à die Pasche in Pentecosten, lib. de Idolol. supra cap. 14. n. 109.*

ULLIAN,  
in statu omnibus  
MELII.

4 V  
16

37. pro Natalitiis annua die.] Hallucinari hic gra-  
tientur Rhenanum, quod locum hunc intelligit de Natali-  
tis cuiusq; more ethnicorum, qui natalem diem, quo quis  
natus erat, geniali Litteris celebrabant, quis potius intel-  
ligendam de Natalitiis Martyrum (quae ipsa partim hic,  
partim supra lib. ad Mart. n. 22 agnoscit) latissime dedu-  
cimus in epist. B. Cypriani 34. num. 13. ad illud: quoties

Gg iiiij

## Adnotat. in lib.

352

¶ 110. E quibus quum constet & Dominicum diem, Pascha, & Pentecosten, ab Apostolis instituta, non possunt non & hos dies Festos adprobare, non Magdeburgenses modi, sed & Calvini asecle, & Aristarchi huic temporis omnes. De Pascha denique sollemnibus soprâ latius l. 2. ad Vxorem.

39. Calicis aut panis etiam nostri.] Quod addit: etiam nostri sicut ad distinctionem Eucharistie Sacramenti, in quo non panis & calix communes proponuntur, sed ipsum corpus & sanguis Christi, qui in terram decuti nefas esset. Locus adeo faciens ad veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, de qua latius soprâ l. de Orat. c. 6. n. 23. & infra lib. 4. adu. Marc.

40. Ad omnem progressum, &c. fronte crucis signaculo terminus.] Locus maxime insignis de usignaculo crucis apud Christianos antiquissimum, quem adeo omitem maluerum Magdenburgensem quam recentere, dumtaxat negantes ea etate in Baptismo adhibitum fuisti signum crucis. Verum non solum Patres posteriores, sed etiam ante Tertullianum B. Iustinum Martyrem id agnoscisse ostendimus Adnotat. nostris in B. Cyprian. epist. 56. n. 31. Et si enim ubi de Baptismo agit, expresse non meminimus, certe eadem Aprologia dicit nihil sine hac figura crucis administrari. Cui add. B. Dionysium Areopagitam lib. de Eccles. Hierarch. qui crucis signaculi usum in Baptismo, & conseneratione Christi nominat, roties nominat recenter. B.B. Ignatius quoque & Marialis testimonia, etiam Origenis apud Euseb. l. C. c. 43. que breuitatis gratia omitto; quare calumniantur, dum ad Montani ceremonias id referunt. Certè morem, quo crucis signaculo frontem terminus ad omnem progressum, ad omnem promotum (ubi promotus sicut & calceatus, iuxta quartam inflexionem, pro calcatione capi adnotatur Rhenanus) ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lauacra, ad menses, ad lumina, ad sedilia, ad cubilia, quacumque nos conuersari exercet: Magdenburgenses quum ipsi utantur cum ceteris Lutherani, non diffentur antiquissimum. Tundem interim (contra Calvinistas) etiam omnibus Veteribus usitatum fuisti comprobauimus ex aliis in B. Cyprian. Adnotat. nostris in epist. 63. n. 39. & lib. 3. Test. ad Quirin. c. 22. n. 105. Quibus si addidero alios locos Tertulliani, finem fecerim. Est alter supra lib. aduers. Iud. Tom. 1. cap. 11. ubi postquam de signo Tau ad ultimam scripturam Ezech. 9. addit: Huius autem signi sacramentum variis modis prædicatum est. Quod ipsum explicat lib. 3. adu. Marc. Ipsa est enim littera Tau, nostra autem T. species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud Ioram & catholicam Hierusalem. Denique adhuc aperior l. 2. ad Vxorem: Latebis ne (inquir) tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum lignas?

### C A P . I V .

41. Harum & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expositiles, &c.] Quum caput hoc eiusdem sit argumentum cum precedenti, titulo noua non est opus. Atqui contra calumnias Magdenburgensium has Traditiones à Montano, originem sumptuose calumniantium, vel iste locus imprimis facit, quod addat. Auctor: Traditio tibi prætendetur auctrix, cōsuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Si enim noua essent Mötani institutiones, iam in consuetudinem non abiissent, & proinde nec Traditiones dicerentur. Nam, ut loquitur c. preced. consuetudo sine dubio de traditione manauit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius

non est? Legunt autem MS. 3. Variis, & fidei confirmatrix, pro: fides, sed non placet; nam tria mibra facilius Abstorem patet ex eo, quod mox tria illa à se matuò definguit, ciam subdit: traditioni, consuetudini, fidei. Porro (inquit Rhenan.) in volumine Decretorum, quod Burchardus Vormatiensis Episcopus ante Gratianum comp̄f̄it, repperi caput quoddam (sub Basilij nomine) nempe lib. de Spiritu sancto) cum hoc Tertullianu loco confidentem. Id est quinti libri, qui de Universalis Ecclesia inferiori C. C. X. III. Sic autem habet: Ecclesiasticaliter (inquit) institutionum quasdam scripturis, quasdam vero Apofelica autoritate Traditiones, per successiones, in mysterio confirmatas accepimus. Quibus par virtus, & utrīusque pietatis affectus quis sit, quibusque voluntate quantum sacrarum expertus scripturarum negotiarentur, enim adtentauerit consuetudines Ecclesia, non tempore (Opinor legendum, non scriptas) a Tertulliano traditas sed & estimare, quantum religio detinenti latura sit, deputatis liquido constabat. Quia enim, ut iam inde ordinatur, scriptura salutifera crucis signaculo fides decantatur. Quae multijaria digesta super panem & calix Prolixa orationis & consecrationis veiba commendatur. Nam non modo quod in Evangelio continetur, sed apostolo, in Secretis dicimus, sed & alia complura alii, magnam quasi vim consummādū accommodamus ipsius. Quae Oriente versus nos orare litterari formulatur: Benedictimus fonte Baptismatis, oleo vnguis. Huc accedit quod ter immergimus quos baptizamus, oleo vnguis, verbis abrenunciare latre & angelis eius informamur. Unde & hoc & illa in hunc medium non paucæ, nisi quia tacita ac mysticæ ditione a Patribus Ecclesiasticis more, reverenter diligita, sunt in mysteriis obseruata silentio, quam publica scriptor Flaccenus ille. Porro no me fugit idem caput & item repetitum esse distinct. xi. Verum quas mendicabimur legitur in vulgaris Decretorum codicis index, de deputatum ac mutatum, volvi sacerdos bellum hic proponere. Itaque per Christum te rego, Lectio, et in excusis libris conferas. Videbis quam corrumpe multa quod Gratianum legitur. Quasi enim parum fuisse prænumerat claujulas virilias, pro adtentauerit scriberet, & tenderimus pro multis riam, trifariam, pri accumulatio, commendatio, a suis est tandem deputatur, quandoque illa fuit, quod erat. Huc accedit quod ter immergimus quos baptizamus, oleo vnguis, sciamus: propter quod pro trina illa Veterum missione, Tertullianus quoque meminit, Ecclesia simpliciter obseruit: & recte quidem, ne videamus apud nos, quare mercunt, hereticorum probare assertiōnem, dum sequitur morem, quemadmodum ad Leandrum Episcopum, & Gregorium Pontificem. Adtende quantum sibi quidam permittant in inuertendo Veterum scriptis, cum tamēcquisque liber non aliter sit legendus, quam ab ipso dicto est suo seculo proditus. Quis vero non rideat Gratianus glasmatarium, deputatas hoc loco dicti, & sententias insulce exponentem? Haec Rhenanus, huc immixta corruptissimo Gratiani Decretum: quare summi perdeatur ad omnibus nouis, quam adornari iubatur. Et nos noster Gregorius Papa xij. eiusdem recognitus, per aliam ibidem Rhenanus: De ceremoniis & Ecclesiasticis quodam ordinationibus p̄st primordia nascienti Christianis in institutis absque scriptura haud dubio, meminit & Hrabanus Maurus in Epistola quadam ad Regulam quemadmodum citat idem Burchardus sexto libro

## de Corona Militis.

353

est de Sacramentis, in hac verba: *igitur, vt B. Ambrosius testatur, postquam omnibus locis Ecclesie sunt constituta, & officia ordinata, est aliiter composita res quam caperat.* Primum enim omnes doctantur, & omnes baptizantur, quibuscumque diebus & temporibus fuerit occiso. Nec e- rum fontibus haustum; & inter ceteros etiam B. Ignatius citat epist. ad Magnesios. Meminerunt praterea eiusdem historie B.B. Irenenus lib. 4. cap. 44. Dionys. Areopag. cap. 7. de Diuin. nom. & alij post B. Hieronym. Patres omnes.

44. in stadio mariti.] Similiter lib. ad Martyr. c. 2. stadia opaca aut porticus, dixit. Accipit autem (adventante Rheano) stadij nomine, hyphatris, hoc est subdilem ambulationem, quam ex xylo nuncupat Vitruvius, quemadmodum ibi latius diximus. Adnotat nostris n. 2. Graec est apud Daniellum περιπάτος, quod Latinus vulgariter interpres Pomarium veris, & ali Hortum, Xenophonti quoque Viridarium significat.

dicaretur, omnibus inter initia concessum est. & Euangelio, & baptismo, & scripturas in Ecclesia explanare. Ab omni omnia loca circplexa est Ecclesia, conuentuca continua, & reboris. Et cetera officia in Ecclesia sunt ordinata, ut nullus de clero audiret, qui ordinatus non esset, quod sciret non sibi creditum vel concessum. Et caput alio dñe & prouidentia gubernari Ecclesia, in qua si omnes adem posset, irrationaliter esset, & vulgariter res & vilissime videretur. Hinc etsi ergo unde nunc neque Diaconi in populo predicant, neque ceteri vel laici baptizant, neque vocumque die credentes ringuntur nisi agri. Ideo non per manu consueta scripta Apostoli, ordinatione que nunc Ecclesia est, quia haec inter initia sunt scripta. Nam & in otherum Apostolum à se creatum, Episcopum vocat, quae primi Presbiteri Episcopi appellabantur, ut recedentes sequens ei succederet. Denique apud Egyptum Presbiteri consignantes presos non sit Episcopus. Sed quia consequentes Presbiteri indigne inueniunt ad primatus, immutata est ratio, prospicentis consilio, ut non sed meritum crearet Episcopum, multorum sacerdotum iudicio constituiretur, ne indigne temere usurparet esset multis scandalum. Haec Habranus nosfer.

42. Apud Iudeos tam sollempne est, &c. De veritate etiam non scriptam traditionem.] Cū Tertulliano (inquit Rhenano), mire faciunt ea qua D. Hieron. ad Lucinium scribit, qui quererat de Sabato, utrum ieiunandum esset: Et de Eucharistia, an accipienda quotidie. Nec verisimilium Tertullianum consentiunt, verum etiam ad sedandas horum temporum tumultus nonnulli conducunt. Sic autem circa verba habent: Sed ego illud te breuiter admonendum puto, Traditiones Ecclesiasticas, perscriftum quia fidei non officiant, ita obseruantur, ut a maioriibus tradite sunt. Nec aliorum confundendam aliorum contrario more subverti. Atque viynam omni tempore ieiunare possumus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & in Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus, nec tamen Manichaei heretici accusandi sunt, cum carnalis cibus preferri non debuerit spirituali, Eucharistiam quoque absque condemnatione nostre, & purgante conscientia, semper accipere, & Psalmum audiare dicentem: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus; & cum eo canere: Eructavit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quod Dominicis diebus ieiunandum sit, & contextus sexaginta diebus ferias auferat, sed unaque prouincia abunde in sensu suo, & brevitate missione luce, proficitur observantem.

<sup>4</sup> Propterea fiducia talis concinna est, &c. De veritate feminis omnibus cuiuscumque generis, ordinis, conditionis, dignitatis, aetatis, ex Apostolo, exstat integer liber curtoris, quem suscipitur hoc posteriore, eo quod hic sub: Quarto legem, Apostolum differo. nam illae id si quiscum probat auctoritate Apostoli Pauli 1. Cor. viii. etiam adfert Rebeccam exemplum c. II. Legimus autem ex 3. M. Nec antequam cognoverint sponsos, cognoverunt.

43. Si & Sufanna in iudicio reuelata, argumentum velate praestat.] *Paraphrasit* as explicat quod lector Danielis 13. Et inquit iusserunt disioperiri eam, et non coperta. Atqui vel hinc comprobatur anterioris haec historia de Sufanna, quamquam Gracie dumtaxat legatur. Sed & a B. Cyriano citata est epist. 40. ac lib. de Boni judicis. item ab Origene lib. de singularitate clericorum, qui & librum integrum de eius auctoritate contra Africani script. Ab aliis quoque Petrus, nemadmodum adnotauimus ad librum eiusdem de Orat. omn. n. 59. Quibus adde, quod à Theodotione Ephesio tracta ex scripta sit ex exemplari Greco, quod fortassis ad eum non esset Hebreum, atque adeo etiamnum in exemplaribus Gracie primo loco collocatur, eo quod Danielis ad suos pueros contigit: quæ ordinem etiam non nosse patet. Syntaxis scripturarum B. Athanasii, ubi initium Prophete Daniels ab hac historia recenset: *καὶ οὐτιστὸν οὐτιστὸν βαζούσαν*, quemadmodum ante me quoque admonebit eruditiss. vir Sixtus Senensis, Biblioth. sancte. I. Quia lib. 8. heret. 6. latib. omnia in contrarium arguuntur, diffidunt, quam adscribit Anabaptista, de Manicheo-

rum fontibus haustam; & inter ceteros etiam B. Ignatius  
citat epist. ad Magnesianos. Meminerunt praterea eiusdem  
histoiae B.B. Irenenus lib. 4. cap. 44. Dionys. Areopag.  
cap. 7. de Diuin. nom. & alij post B. Hieronym. Patres  
omnes.

44. in stadio mariti. *Si similiter lib. ad Martyr.* c. 2.  
stadio opaca aut porticus, dixit. Accipit autem (*admettantem Rhenano*) stadij nomine, hyperbola, hoc est subdilecta lem ambulationem, quam ex syzton muncipat Virtus, quem admodum ibi latius diximus. Adnotat nostris n. 2. 8. Graecē et apud Damēlū *ταρπάδειος*, quod Latinus vulgariter interpres *Pomarium vertutis*, & alijs Hortum, Xenephonis quoque *Viridarium significat*.

45. posse etiam non scriptam traditionem.] *Cū*  
Tertulliano (inquit Rhenanus) mire faciunt ea que D. Hieron. ad Lucum scribit, qui quererat de Sabbato, utrum ieiunandum esset, & de Eucharistia, an accipienda quordic. Nec verò solum Tertulliano contentantur, verum etiam ad sedatos horum temporum tumultus nonnulli conducent. Sic autem cina verba habent: Sed ego illud te breviter admonendum put, Traditiones Ecclesiasticas, perficit, quae fidei non officiant, ita observandas, ut a maioriibus traditae sunt. Nec aliorum consuetudinem aliquor contrario more subverti. Atque utinam omni tempore ieiunare possumus, quid in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominicæ Apostoli Paulum, & cum ex credentes fecisse legimus; nec tamen Manichæi heretos accusandi sunt, cum carnalis cibis præferri non debuerit spiritali. Eucharistianus quoque ab aliis condemnatione nostri, & pungente conscientia, semper accipere, & Psalmistam audire dicentem: Gustare & videre, quoniam suauis est Dominus; & cum eo canere: Eructavit cor meum verbum bonum. Nec hoc dico, quod Dominicæ diebus ieiunandum putem, & contextus sexagesima diebus ferias auferam, sed unaquaque prouincia abundet in sensu suo, & precepta messorum leges Apóstolicas arbitratur.

46. Consuetudo autem etiam in ciuilibus rebus prolege suscipitur, cum deficit Lex, &c. } Locum hunc transcriptis integrum B. I. fidetur (quemadmodum primus mihi indicavit Latinus) Etym. lib. 5. c. 3. & ex illa Gratianus Decret. dist. 1. c. Consuetudo, praterquam quod legantur: dumtaxat quod religione congruat, quod discipline conueniat, pro eo quod nos: quod Deo congruat; quod discipline conducat. Exstant vero etiam in iure ciuili leges de Consuetudinibus.

47. An non putas omni fidei licere, &c. ] Verba  
huc omisso sunt a B. Isidoro, aut quod ad institutionem  
consuetudinis non facerent, aut quod etiam ipse indicaret sa-  
nctum locum hunc intelligendum, quem aliqui sibi contra-  
rari viderunt. Author: neque enim etiam de tute ciuili  
particulari persone licet aliquid nouum concipere &  
statuere, quod potest pro consuetudine habeatur. Aut certe  
inter errores eius reponendum, de quibus inter nostra Pro-  
legomena.

48. Siquid ignoratis, Deus vobis reuelabit. [Noua est lectio: Siquid ignoratis, & differens etiam ab eo quod Græcē est: εἰτὶ ἐπειδὸς φανέτε, quod recte versatur à nostro interprete: siquid aliter sapitis. At recte legit: reuelabit, cum codicibus Apostoli emendatoriis, pro eo quod vulgati: reuelauit, nam Græcē est: Στονταριόντες.

49. sed & ipse spiritum Dei habens deducimus omnis veritatis.] Etiam hinc colligere est: scriptum hunc librum ante illum de Veland, virumq[ue] nam illi in

**TULLIAN,**  
in statu amibus  
**MELLI.**

三

三

## Adnotat. in lib. ob

354

solo Montano agnoscit completum illud Ioan. 16. Quum venierit ille spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem: hic vero in Apostolo Paulo cunctem spiritum Dei agnoscit. Ita miser paulatim ex uno errore in alium, ac denum in herefin lapsus est, de quo latius in vita Autoris. Plater autem quod Rhenanus censuit legendum: consilium & edictum eius, quod praecesse; & quaedam edicere.

C. A. P. V.

50. Sed cur maior exiguntur, &c.] Caput hoc in finibus: Quod natura ipsa prescribat coronam ex floribus, capiti non conuenire.

51. qui figurauit hominem.] Quod hic figurauit, vertit lib. de Resurr. carnis: fixxit, & lib. 1. adu. Marc. fecit. Autem Cypr. Epist. 74. ad Pompeum: plasmavit, mox interpres Gen. 1. creauit, Gen. 2. formauit. Latinus denique 70. interpres, modo: fecit, modo: formauit. Grace priori loco est: ἐποίησεν, posteriori: ἐποίησεν.

52. Auditum in auribus fodit, &c.] Pulchra est circumscriptio ex ipsis organis membrorum quinque sensuum hominis.

53. substantia enim propria, certe precipua coronatum, flores.] Facit ad loci huius intellectum quod supra n. 2. de coronis, seu certis floribus, ex Plinio alle-gantibus.

54. & inserti & innexi, & in filo, & in scirpo.] Dua genera sertorum significat, quoram altero flores scirpo inserti, altero filo erant innexi.

55. Coronam si forte fascem existimas florum per seriem comprehenorum. ] Hinc confirmatur mea in Plinii ibidem castigationis, qua cesari supra legendum: Cum vero fieret floribus farta, a serendo, scripere appellabantur, pro eo quod corrupt. legebatur: scriuia maximè quod Varro de ling. Latin. l. 5. terra a ferre deruet: prorsus quam fateatur Turnebus legi in Vettii & fragmentis libris: scriue, pro quo ipse puer legendum: fatuus, sed illud puto magis germanum. Aqui illud & si tanta innocentia est, recte interpretatur Rhenanus, si flores tam sint innoxii & salubres.

C. A. P. VI.

56. Quæres igitur Dei legem, habens, &c.] Inscribimus hoc caput: Quod natura legis Dei auctoritatem obtineat. Cui simile est illud l. 5. adu. Mare. Tom. sequ. ipsa natura que legis est instar ignorantibus legem, ubi explicat eandem scripturam Apostoli Rom. 2. Natura facit que sunt legis, pro quo noster interpres: naturaliter.

57. Sed & in priore Epistolæ.] Sic lego ex MS. cod. 1. Vat. Et vero necessario ita legendum, ut subintelligatur: parte, seu capite, quam præmisit: ad Romanos; una vero dumtaxat sit Apostoli ad Romanos Epistola. Addit interim ibi Author: conditionis, quod non est apud Apostolum.

58. Deum appellantes Deorum.] De naturali hac Dei cognitione latius supra T. 1. lib. de Test. Num. &c. 2. præferimus de talibus vocibus etiam Ethnorum, Deus bone, Deus iudicabit, quibus & bonum & iudicium Deum confitentur. De appellatione item, Deum Deorum infra T. sequ. l. 1. adu. Marc.

59. conditioni.] Conditio & paulo ante, & mox ibi, vniuerlam conditionem, item paulopof: infamata conditio est, recte adnotat Rhenanus, accipi pro rebus creatiis seu creatione, nam etiam alibi id Autori frequens est. Sic lib. de Resurr. carn. homini addicta conditione;

& iterum: ipsam conditionem colentes aduersores conditorem. Aqui legunt quidem 2. M.S. Vatic. certis vibus hominum mancipatam, sed placitis Tertullianica phrasis: homini mancipatam.

60. succidit. Ida usurpar (inquit Rhen.) ut in aliis libris sapienter, pro: succubuisse, vel: subiecti esse, tripli fuit nos noster interpres Rom. 8. Legimus autem populus iterum ex 3. M.S. Vatic. cod. Paternensis, & Hispaniensis: qui natura quidem, Dei omnia sentiuntur, Dei, susculetur Rhenanus.

61. Sed & huic materia, &c.] Aliud habebit ad librum Spectaculorum, non modo Latino, sed & co stylo à se scriptum.

C. A. P. VII.

62. Proinde coronarij isti agnoscant, &c.] Num lum huic capiti damus: Quod vel ex origine Iolatrias, reliquarum coronarum eas intercedere conser.

63. Laurea militaris.] Ita circumorbis ad dignitatem aliarum laurearum coronarum, de quibus cap. 12.

64. Si fuerit aliqua Pandora, &c.] Plautus omnibus (inquit Rhenan.) omnium Deorum dana nobet, ad quod alludit hic Tertullianus, cui hoc postulat, quod a Charitibus caput eius coronatum habet, & qui primam feminaram non modo Hesiodus memorat, qui libro qui inscribitur: Opera & dies, item ortum describit, sed etiam Paeanas in Attico. Vide Lophatum lib. Incredibilium. Similiter autem intercep-tus est, quod deus in primis, & Pandora Hesiodi, recordatio estor infra Tom. sequent. le adu. Vident, immutauit fratre cap. 19.

65. Nobis vero Moses Propheticus, non Iulius pastor.] Mosen pastorem fusse (inquit Rhen.) indicant Exodi verbæ c. 4. Moyses autem pastorem Ietro sacerdoti sui sacerdoti Madian. Cumque misericordem ad interiora deserti, venit ad mortem Dei Orientis, per Poëticum pastorem intelligit Hesiodum, quod Heliconem paternarum osium cibosdem agnoscat, & de his conspicaxit, & ab eo ad Hippozen, id est Calym fontem deductus fuisse, statim excellentissimum Poëticum est. Unde illud Ovid.

Non mihi sunt visuæ Clio Chiusæ forores, Scrutanti pecudes vallibus Ascre ruis.

Adnotauit idem: ceteros, Gentiles intelligi possunt. 66. Saturnum Pherecydes ante omnes coronatum, Pherecydes (quantum colitur) Symmetratur ab Autore, cuius Theogonium 10. libro designat Clement. Alexandrinus & Stromat. servatu, & suis obscurum & anigmaticum. De quo latius inquit de Anima, sequ. Tomo.

67. Iouem Diodorus, &c.] Rerum (inquit Rhen.) forsan antiquarum lib. 3. c. 5. Nam illic Iouem & tantum certamen descripta. Hic autem suram historiam libris 40. conscripsit, quam Bibliothecam numerata, & ruit Augusti temporibus: 30. annis Asia & Europa pergrauit, de quo Iustinus Martyr & Euclidis postea Adm. nostras ad cap. Apolog. 10. n. 154.

68. Dat & Priapo tenias idem.] Tenua (inquit Rhen.) vitta sunt & ligamenta capiti. Quid ad eum habet ex B. Hier. in c. 4. l. 151. Author hic dominus ex eo pro seris admittit vittarum. Citat autem & sibi Diodoro. Coronabatur autem Priapus (Gyrallo) tur) ex iis que hortensia erant.

69. & Ariadna fertum, &c. post & syrus. ]

Hirsungensi (inquit Rhenanus, cui additio etiam 3. MS. Vat.) codice consentiens & Goricensis, quemadmodum docet collatio, habet Thecidus. Pro quo corrupto vocabulo, meum secundum iudicium, posui in contextu: post & fidus. Nam qui de signis cultibus apud nos scripsere, isti. Hygini, & innominatus Interpres fragmentis Phænomenon Arati, citant Auctorem qui Cretica prodiderit, referentes cum liber ad Minorem regem veniunt, ut Ariadnen filia eius ducetur uxorem, coronam dono Ariadnae dedisse, Vulcani opere factam ex auro & gemmis preciosiss. Ea talis fulgoris fuit, ut Thesea ex labyrintho liberaret, que post mortem Ariadnae astra a Libero est adfixa. Commemoratur id & ab Arato in Phænomenis his carminibus:

Aἰτός Χρέων τε φάρος τοῦ πρώτου εἶδος.  
Σὺν ἔπειον δύνωτος στοιχεῖον εἴδος.

Que Germanicus Cæsar, nisi fallit titulus, sic veritatem:

Clara Ariadnae propriis stant signa corone:  
Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem.

Rufus Fest. Aeneius sic.

Apice seu rutilis vibrat lux Gneffia flammis,  
Hec quondam Bacchi monumentum fulget  
amoris:

Hac Ariadnei capitis testatur honorem.

Ceterum quia corrupta lectio Thecidus habet, & tradidit eius corona beneficio, que propter gemmas usque adeo fulserit, à labyrintho Thesea liberatum, postea alegando legendum: post Thesei dux, quod videlicet illud fieri a luce eduxerit Thecum. Verapenimmo maius coronae Ariadnae praecionum est, quod in calum inter astras fuerit translata, quam quod Theseo è labyrinthi tenebris educendo dux fuit. Idcirco malum in contextu scriptum.

70. Iuoni vitam Callimachus induxit, &c.] Apud Gracos (teste Plinio lib. 21. c. 3.) de Coronis prouatum scripferat Mnætheus atque Callimachus Medici. Ex quibus etiam multa transcriptissimè se libro codem indicat in sua Indice, & deinde multa etiam ad Medicinam pertinens libris 23. 24. 25. 26. 27. & præterea ex Callimacho lib. 30. Citat autem hunc locum Gregorius Gyraldi hist. Deorum Syntag. 3. explicans illud: de exuviis viriisque priuigni, Buchi scilicet & Herculis. De Hercole id manifestum est: de Baccho nescio an ipse alicubi pingi sicut cum leoninis exuviis.

71. Hercules nunc populum capite præfert. ] Populum Herculi dicaram lib. 12. c. 1. Plinus tradit, et Mæbius illud Vergilius de Salis eius sacerdotibus explicat, Natural. 3.

Populus adhuc euincti tempora ramis.

72. nunc oleastrum.] Olympia (inquit Plinii lib. 16. c. 14.) Oleaster ex quo primus Hercules coronatus est, & nunc custoditur religiose.

73. nunc apium.] Apio (inquit idem lib. 19. c. 8.) horum in Achia, coronate vittores sacri certaminis Nemæ. Quoniam autem illud in honorem Herculis fuerit, non minus & Hercules apium capite præfert.

74. Habet Tragediam Cerberi, &c.] Videtur tragedia illa Cerberi nemini se corone populeas, Pindarus elegit, Callimachus apij. Existans autem Pindarri Olympia, Pythia, Nemæ, Isthmia.

75. qui & Apollinem memorat.] Videtur hoc referri ad Callimachum. Etiamen videat curiosus Lector, nū & Pindarus habet id ipsum in suis Pythiis. Et qui Apollini sacram Laurum scribit Plinii l. 12. c. 1. atque adeo adfectos Reges Romanos Laurum Delphicam illi

dono mittere l. 15. c. 30.

76. Erant enim supplices coronarij apud Veteres.] Pia memoria eruditiss. vir Alanus Copus, qui Vaticanos codices MS. meo nomine cum excusis contulit, ad intellectum huic loci adnotauit, ex Christophorus Pluto ad marginem; quid coronam capite gestabant qui suppliebant, id est qui Dii litabant.

77. Liberum, eundem apud Ægyptios Osirin.] Idipsum pluribus prosequitur Plutarchus, & ante eum Diodorus Siculus l. 12. unde & Hedera, de qua mox Cygnofiris dicta. Similiter Euseb. de Preparat. Euang. lib. 2. c. 1. Afferunt (inquit) Ægypti, &c. regnum aliquando obtinuisse Saturnum, qui sorore Cybele in uxorem ducta, Osirin & Ilin genuit; aut, ut plurimi dicunt, Iouem & Iunonem. Hos uniuersum orbem imperio subiungasse, ac quinque Deos proceasse auunt: Osirin, Ilin, Typhona, Apollinem, ac Venem. Osirin, Dionysium (quem hic Liberum vocat Auctor) Ilin, Cerevem esse autemant. Quos matrimonio conjunctos, cum regno successissent, plurimum generi hominum contulisse. Que verba ea de casu in mediū adducere libuit, ut concordia incautus inter Lactantium lib. 1. cap. 21. Lucanum, ac alios qui Osirin Iidis filium, & Diodorum, eoque qui Osirin Iidis manum & fratrem tradiderunt; quoniam priores de filio, posteriores de patre loquuntur. Meminit certe Osiris filius quique sibi Auctor l. 1. aduers. Mari. Sic & Osirin, quod semper sepelitur, & in viuis queritur, & cum gaudio inuenitur (intra illud Lucani:)

Nunquamque latit quas situs Osiris.) reciprocariam frugum, & viuidorum elementorum, & recidiunt anni fidem argumentantur.

78. Harpocration.] Ego eum Auctorem puto intellegi, cuius existat Roma in Vaticanino MS. Liber τετραδίου Φυσικῶν δύναμοι, quippe quum ad Physicam rationem reffatur id quod sequitur.

79. hederaet.] Plinii (quemadmodum etiam Rhenanus adnotauit) lib. 16. c. 4. Ferintque primum omnium Liberum patrem impossibile capiri suo ex hedera. Item c. 34. Alexandrum vero ob raritatem ita coronato exercitu, viuorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris; cuius Dei & nunc adornant thyrsos, galesque erit & soutra in Thracie populis, solennibus sacris.

80. ab heluco.] Significat helucus (inquit Rhenanus.) auctore Sexto Pompeio languidum, & semisomnum, & hesterno vino languentem; sic dictum ab hiatu oris & ositacione. Quamquam Tertullianus pro ipsa portio affectione capiti videntur usurpare, qua proclues in somnum reddimus, quam Greci κερπερά πέρα appellant. De hedera ut frigoris, multa sunt apud Auctores. Porro tradit Rhenanus eos qui profusim biberent apud Veteres, fascis primum circumligare caput solitos. Deinde ut aliquid ornatus accederet, alios pœcia cordulas excoigitasse. Sed & pectora circae coronavngentatis quoq; dñm. Fortassis codem alludit Plinii l. 24. c. 10. quoniam de 20 generibus hederae loquens: Capitis (inquit) dolorem sedant, præcipue cerebro continentique cerebrum membrana utiliter molibus impositis foliis.

81. Liberum Principem corona planè Laureæ, in qua ex Indis triumphauit, &c.] Ad vittoriam indicam pertinent, quod habet ubi supra Euseb. In India multas Liberum urbes construxisse. De codem Plinii l. 8. c. 2. Roma iuncti Elephanter primum subire curram, Pompey Magni Africano triumpho; quod prius India vieta triumphantे Libero Patre memoratur. Atque Laurus (inquit idem lib. 15. cap. 30.) triumphis proprie-

ULLIAN,  
metatis omibus  
MELI.

L. V.  
16

## Adnotat.in lib.

356

dicatur, ut nemo miretur post hac, si etiam Laurea Libe-

to derur.

82. Dies in illum sollemnes Magnam appellat coronam.] Peculiare est hoc *Auctori*, dies Liberi sol-

lemnes, Magnam coronam appellari à vulgo.

83. Leonis Egyptij.] Ego eundem hunc esse exi-

simo Leonem citatum à Clemente Alexandrino lib.

1. Stromat. qui tractavit De diis qui sunt in Egyp-

pto.

84. prima Iis repertas spicas capite circumtu-

lit.] Hinc etiam comprobatur, de quo supra num. 77. Ce-

rem eadem fuisse, qua Iis ab Egyptis dicebatur;

quippe cui ab omnibus inuenit spicarum adtributatur.

Et qui ex spicis, sive spicam coronam, omnium primam

apud Romanos in honore fuisse tradidit. Plinius lib.

cap. 2.

85. Claudio Saturninus. Nam est illius de Co-

ronis liber.] Peculiare est et hoc *Auctori*, quod Clau-

dij Saturnini librum de Coronis memoret.

86. non alicui capiti inuenias consecratum.] De

quorum capite loquatur, indicat verbis sequentibus: in

eorum honorem deinceps dispensarunt, quos se-

culum deos credit. Quod ipsum indicat Plinius

his verbis lib. 16. cap. 5. Post Liberum Patrem Deo-

rum honori sacrificantes sumptuose, victimis simul consecra-

tis. At qui paulopost pro: adiuvent, legendum putat

Latinus: adhuc viuent. sed illud magis placet, quia

Tertullianam phrasim redolat.

87. quæ Idolis alij faciunt.] Non placet hic miki

interpretatio Rhenani: sed puto alios hic intelligi

Gentiles, quemadmodum supra ceteros. Illud autem:

in quibus esluriant, interpretatur Rhenanus, in que-

bis esariem p[ro]ficiunt, significans idolothyrorum deu-

tores.

CAP. VIII.

88. Tene interim hanc fidem, &c.] Non aliud est

hoc caput quam Obiectonis cuiudam solutio, de

aliis rebus quæ in vñ sunt Christianis, habentibus

tamen suam ab Idolis originem.

89. Primus Mercurius litteras enarrauerit.] Vi-

de supra lib. de T[er]t[ul]ian. Anim. c. 5. n. 25. Hic unum addit

Tertull. conformat testimonium Celsiodori Variarum lib.

8. epistol. 12. Litteras (inquit) primum, ut frequenter

tradit opinio, Mercurius reparator Artium multarum,

volatu Strymoniarum autium collegisse memoratur. Nam

et bodie grise, quum classe consitantur, Alphabeti for-

marum natura imbuente describunt. Quem in ordinem deco-

rum redigens, vocalibus consonantibusque congruentem ad-

mixtis, viam sensualem repperit, per quam alta petens,

ad penetralia prudentia mens posse velocissime perve-

nire.

90. & nostris erga Deum studius.] Magna sane (in-

quit Rhenanus) litterarum laus, dum Christo etiam inser-

unt. Edicunt hoc qui contra litteras et disciplina-

rum cognitionem oblatrant.

91. Sed si nerois idem in sonum strinxit.] Id-

ipsum adtestantur commentatores in Homer. Odysseam,

quum non modo litteras, sed et Musican eius inueniunt

faciunt.

92. cum sanctis fecisse.] Quemadmodum (inquit

Rhen.) perquam eleganter dicimus Chrysostomum facere

cum Hieronymo, significare volentes cum consentire cum

illo, sic Tertullianus dicit, cum sanctis fecisse, quod san-

ctos adiuvuit, sive sanctis in visu fuit. Hoc loquendi modo et

in precedentibus libris usus est.

93. Primus medelas Aesculapius exploravit.

Vide Adnotat. nostras in Apolog. c. 14. num. 209. &c.

23. n. 361.

94. memini & Esaiam, &c.] Locus est (vitium

adnotavit Rhenan.) Esai. 38. Et in his Esaias ut tolle-

masam de scis, et cataplasmare super vulnera cum, &

sanaretur.

95. propria Osiris veste.] Author est (in-

quit idem) Herodotus, nefas apud Aegyptos fuisse le-

neas vestes in aedes sacras inferre: prouide linea vita-

ter.

96. quia passiuitas fallit.] Istud ex maria-

contextum substitui, quia frequentissima est vox Rom-

iano; passibilitas autem rariissima, aut nunquam v-

tata.

CAP. IX.

97. Quis denique Patriarches, &c.] Infini-

tem huic capiti damus: Quod nemo in scriptum au-

torum legitur præter Christum, quem adeo in-

hari liceat in corona spinea. Atque de Hierosolimis

cleris, quam hic adtingit, latius infra Tom. sept. i.

Prescript. adu. heres.

98. aut A' p[ro]p[ter]o. 1A' p[ro]p[ter]o (inquit Rhenan) p[ro]m-

vt de Iairo Luke 8. 13. ad te d[omi]n[u]s t[er]ram meam

ut[er]p[ro]p[ter]o: et de Nicodemo Iohan. 3. ap[er]t[er]o t[er]ram

99. nec tabernaculum martyrii.] Mag[is] 7. 10.

ce Grecia vtitur, pro eo quod Latine vocatur taberna-

culum testimonij.

100. nos enim & templo Dei sumus. Alia

scripturas, Apostoli ad Corinthios: Templo enim illi-

estis vos. O[ste]re 9. Et replebuntur vt phale & amul-

taris. Item illud: sicut luminaria in mundo latenti-

& Aliud quidem fecit Deus vos in hunc.

CAP. X.

101. populus conciuit.] Id est (inquit Rhenan)

crevit, sive communi sententia statut. Hoc enim consti-

scere significat. Linus: Quod Senatus populis Romanis

rituum censuit, confessit, conciuit, ut etiam p[ro]fici-

tus fieret, &c. Alibi: Itaque consentio conciuit.

Non alter autem hic dicit: Nec illam impetratus

tumelio corona populus conciuit, quen-

rum, consciencie facinus.

CAP. XI.

102. Ita quum idcirco proponis, &c.] Capit. inscrip-

sum: Quod cum mortuorum aut libe-

rum corona sit, Christianos non deceat. Sin autem

vendices legas cum 1. M.S. Vat. cod. sive vindicis con-

liquis tam exc. quam MS. perinde est.

103. Nam & mortuorum est ita corona. Quod

aucti etiam dicitur Rhenanus) habet Tom.

1. 2. 1. 3. Primum ex lege xii. Tabularum his verbis: Et

ergo honor? vt ipsi mortuo, parentib[us]que causa-

intus positus est, foris feretur, sine fraude exponi-

ta. Vbi adluditur ad eum morem, quo & incon-

futum, & clatum fuisse, & seipso corona eradicata-

dem pertinet illud eiusdem capit. Corona Dernatione

erant, & Larium publicorum priuatariorumque ac p[ro]p[ter]

rum ac Manum.

104. vel quoniam & ipsi Idola statim sunt, &

ex mortuis hominibus D[omi]ni sunt, tradidunt lati-

supra Tom. 1. Apolog. cap. 10. & 11. & remittuntur

de habitu & cultu consecrationis, c. 12. de quibus

in Adnot. nostris n. 176.

105. Nobis autem abuti apud Apollolum no-

licet.] Adludit ad illud Apostoli: Sic viamur am-

isto, quāsi non abutamur. de quo suprā lib. de Cult. sa-  
min. c. 9. s. 50.

106. sed ipsius vñus administratio interest. ] Inter-  
relt (inquit Rhenan.) pro differt.

107. non minus quām Aesculapio Socrates. ]  
Hoc iustit (inquit Rhenan.) quām in carcere est, pa-  
lapost̄ bibitur venenum. Quām ipsam historiam latē  
prosequitur Author initio lib. de Anima, infra Tom. sc-  
quenti.

108. Arabia aliquid incendo, &c.] De hoc vide su-  
prā T. 1. in Apol. c. 30. Adn. nostras n. 442.

109. Siquis autē dixerit: hoc Idolothytum est,  
non contigerit. ] Itud ex Apost. 1. Cor. 10. ubi retinuit  
vñem Græcam eidōλyntōn, pro qua nōster interpres  
vertit: immolatūm Idolis. Mirum est autem quomodo  
legari: non contigerit, quām Græca sit: p̄t̄ eōdīcēre, quod  
nō alter potest transfigurātiōnē sicut nōster interpres,  
ne manducari.

110. fugit Idolatriam. ] Etiam hīc vocem Græcā  
retinuit eidōλoτa τερπίνων, pro qua proprie transfigurātiōnē  
Latīn interpres idolorum cultūram. \*

111. Si in Idolio recumbere, &c.] Tāludit ad  
illud eiusdem Apostoli eiusdem Epist. cap. 8. Si enim quis  
videtur eum qui habet scientiam, in Idolio recumbe-  
re.

112. Draco etiā terrenus, &c.] Draco hīc ab Au-  
tore pro B. p̄fisiis vñspat̄ur; de quo scribit B. fidorus Ety-  
mol. l. 12. c. 4. Baστιλίστας Græcē, Latīnē interpretatur  
Regulus, eo quō rex serpentiū sit. Ad eius adspicētiū  
nulla avis volans, illaſa trans̄, sed quamvis procūl sit,  
eum ore contusa deuorabit. Quod elegantius exp̄s̄it, Eu-  
filius hīc verbis: de longinquō spiritu absorbet a-  
lites.

113. Filiali (inquit) custodite vos ab Idolis. ]  
Etiam hīc retent ab Autore vox Græca εἰδόλοις, pro  
a quod nōster interpres Latīnē vertit: simulacris; quod  
non explicat, quām subiungit: id est, ab ipsa effigie  
corum.

114. sollemitatibus. ] De Idolorum solle-  
mitatibus aliquid diximus suprā lib. de Idol. cap. 13.  
C. 14.

115. & officiis. ] Similiter dixit dicto l. c. 16. Circa of-  
ficia vero p̄iūtarum & communium sollemit-  
tatū. Officia autem (inquit Rhenan.) vocat ministe-  
ria, que Genitilium sacrū, aut ipsiis aliqui Genitilibus  
impenduntur, ut infrā. Et implendi officiū. Eadem si-  
gnificatione infrā c. 11. Officia coronas dixit, id est  
utidē interpretatur, quās Christiani gestabant ex offi-  
cio, quo Genitilis erant obligati; ut quām militarent,  
aut in similibus rebus. Quod indicatōr̄ his verbis ibi se-  
quentiis: quām idcirco aut officia fugienda sint.  
Nec absimiliter lib. de spectacul. cap. 7. quo officia  
moueantur. Simili phrasē etiam officia militaria  
dixit sōlo finem lib. de Fuga in persecut. infrā To-  
mo 5.

116. conueniuntur. ] Pro inuenientur (inquit Rhenan.) vt  
l. Ado. Marc. 2. Cum vtrumque cōuenieris in creato-  
re, hoc est: deprehenderis; & lib. 4. hēc conueniemus.  
Quibus ade & illud eiusdem lib. quemcumque con-  
uenieris in via.

117. Ipse denique fores. ] De coronati foribus for-  
ibus apud ethnicos latē Rben. Apol. c. 35. Vbi vide. Ad-  
nat. nostras n. 464. Hic tamen propriū videtur agere de  
Templorum foribus, iuxta illud Maronii:  
& festa fronde reuinētum.

118. ipse hostiae. ] Apud Persas (inquit Gyraldius de  
nat. Deorum, Syntag. 17.) non modo qui sacrificabat, sed et  
hostia, & qui sacris integravat, festa, fronde coronal an-  
tur. Indis contrā; nam ipsiis coronatus sacrificabat ne-  
mo.

119. & arae. ] Super aras (inquit idem) sacra facturi,  
cepsites ex gramine sive verbena apponere soliti erāt. Ipsi  
etiam aras, quoniam & haec peculiares Diis fuere, ut etiā  
victimas (quas prius hostias dixit) suorum numinum  
frondibus ornare parerat; ut Tonī, eſculo, Apollini, lau-  
ri, Minervae, olea; Veneti, myro; Herculi, populo; Baccho,  
hedera. Hinc illud Maronii 3. Eneid.

- Ramis tegreter ut frondentibus aras.

120. ipsi ministri & sacerdotes, &c.] Huc per-  
tinet illud Plini⁹ suprā etiam citatum cap. 17. Co-  
rum honori sacrificantes sumptuere, victimis simul coro-  
natis.

121. apud Claudium. ] Claudium Saturninum  
intelligit, de quo suprā cap. 7. Legimus autem ex 3. Ms.  
Vatic. cod. Sed & illam interfūximus pro, instruimus, magis enim conuenit cō sequentib⁹: distinctio-  
nem differentia.

### CAP. XI.

## ULLIAN, in statu omnibus MELI.

4 V.

16

122. Et enīm ut ipsam cauſam corona militaris, &c.] Titulum huic capitū dedimus: De militia que  
Christianis in licita, aut illicita. Cui similis fuit Tra-  
tātis suprā l. de Idol. c. 19. hoc titulo: Neque militiam  
licitam, que cum Idolatria aliquid cōmune ha-  
bet. Eligat etiam hīc Lector cōvidē si velit titulum, quā  
utrinque loci idem sit argumentum, quamquam prima  
facie etiam omnem militiam nimis metu Idolatria, vi-  
deatur emprobare. Eam vero eff. Authoris lib. de Idol. sen-  
tentiam patet vel ex illo Epiphonemate: Nullus habitus  
licitus est apud nos, illicito actui astricetus. Nam vero  
quis ille illicitus actus, nempe cum Idolatria conun-  
titus, antea dixit: Non conuenit (inquit) sacramento  
diuino & humano signo Christi & diaboli, castris  
lucis & castris tenebrarum. Cui similia etiam hīc: cre-  
dimus ne humanum sacramētū diuino superdu-  
ci licet: Eodē pertinet illa, vīpotē Idolatria conta-  
minata: Et excubabit pro tēpīs quibus renūtiauit,  
& cōnabit illic vībī Apostolo non placet? Et quos  
interdiu exorcismis fuguit, noctibus defensabiles  
vexillū deniq; portabit emulū Christi: Et rursum iſ-  
dē penē verbis quibus dilib: Ipsum de castris lucis in  
castra tenebrarū nomen deferre, trāsgressio est. De-  
nique non alienus à cōmuni sententiā sic concludit: Puta  
deniq; licere militia vñq; ad cauſā coronā; ac si di-  
cat, vñque ad habitū aliquid Idolatrie, qualis est corona.  
Et vero primo capite suprā dixit plures fuisse cōmilito-  
nes Christianos, quās non reprehendit de Militia, sed  
de corona solūmodo. Deinde & lib. Apolog. c. 5. & ad  
Scapulā, c. 4. Germanicā sc̄im Christianorum Mi-  
litū p̄eationib⁹ ad Deū factis impetrato imbrī  
discūs cōtestatur. Quorū bandib⁹ orationes non  
tanti momenti apud Deū sufficiunt, si illicita omnino fui-  
ser in totum Militia Christianis, Cerē Scopīaco adversi.  
Gnaf. c. 2. non omnem Militiam à se improbari, vel ex  
hoc indicat, quād adferat exempla complura veteris Te-  
stamenti, quibus bellum indicatur à Domino aduersus  
ciuitates que Idolatriam commiserint. Quas ipsas etiam  
scripturas allegat B. Cyprianus ad idem instrūtum, lib.  
de Exhortat. Mart. cap. 5. addens præterea: Quod si

Hh

- ante aduentum Christi circa Deum colendum & idola  
spennenda hec precepta seruata sunt, quanto magis post  
aduentum Christi fruanda sunt? Hinc & Lactantio l. 6.  
c.19. Bella quidem reprehenduntur, sed qua contra iusti-  
tiam nata sunt. Hinc etiam B. August. quum innumeris  
penè locis de iure Christiani beli scripsit, certè ex professo  
id fecit Epis. 5. ad Marcellinum, & 50. ad Bonifacium  
Comitem; denique contra Faustum Manicheum (nam &  
Manicheorum erae sic error) latissim. 22. à cap. 74. usque  
ad 79. Quando itaque tales loci apud primos illos Veteres  
reperiuntur, quibus videntur prima facie contrà sentire,  
intelligendi sunt aut de militia sub Imperatoribus ethni-  
cis, aut de bello iniusto, quale initio Ecclesiae existimaba-  
tur, si Christiani in Imperatores suos persecutores infurie-  
xissent, à qua calamia se purgare nitebantur; sed ubi Chris-  
tiani facti sunt ipsi Imperatores, ab eo tempore longè a-  
liam rationem fuisse, late deducit B. August. dicta epist.  
50. Quae omnia eo latius, quod hic Rhenanus & alij qui-  
dam omnem militiam Christianam illicitam velint preten-  
dere, maximè autem Erasmus in cap. 22. Luca, comment.  
11. Qui quum pro suo errore perperam cicer B. Chrysostoma-  
num & Ambrosium, prout aut preputium locos eorum  
adferre, qui pro nobis faciunt. Chrysost. itaque homil. 21.  
in Act. Apostol. agens de Cornelio Centurione, eius ex-  
empli milites adhortatur ut in pietate & timore Dei illum  
imitentur, ac de isto (non iniusto) luxo elemosinas fa-  
ciant. Deinde apertius homil. contra Iud. Gentil. & her-  
ret. Tom. 3. de altero Centurione agens; cuius mentio  
Matth. 8. Militiam (inquit) praetexit, & dicit, Non  
possum esse pia. Centurio nonne miles erat, de quo Iesus  
ait: Neque in Israël tantam fidem inueni. Nihilque  
nocuit illi militis sua. Ambros. vero preterquam quod  
Offic. lib. 1. cap. 4. à virtute bellica commendet Iesum Na-  
tus, Gedenem, Ionathan & Machabeos, sermon. 7. Non  
enim militare (inquit) delictum est, sed propter pra-  
dam militare. Propterea enim prouidentia diuina militi-  
bus stipendia sunt constituta, ne dum sumptus queritur,  
prado graffetur. Quod ipsum ibi comprobat adhortatione  
B. Ioannis Bap. Luca 3. Estote contenti stipendii vestris.  
Et (ne forte quis obiciat illum Sermonem Ambro-  
si non esse, sed Maximi) eadem illa postrema verba re-  
pperire est apud illum. Porro paulo post legimus ex 3. Ms.  
Vat. quum à praecedentibus culpa sit.
123. Credimus ne humanum sacramentum di-  
uino superduci licere, &c. Adludit ad Sacramentum  
& responsionem sue contestationem fidei in Baptismo fa-  
ctam, de quibus suprà c. 3. & infra latius initio l. de Bap.  
Tom. sequenti.
124. & ejerare patrem & matrem, &c. ] Ad-  
ludit ad verba Sacramenti, quo se milites obstringe-  
bant (toto Vegetio de Re militari lib. 2.) numquam de-  
ferturos militiam pro Rep. Romana; atque adeo ecribant,  
id est, renuntiabant seu abdicabant (quemadmodum suprà diximus alicubi) patrem & matrem & prox-  
imum.
125. Domino pronuntiante: Gladio periturum  
qui gladio fuerit vius? ] Similiter dixit suprà l. de Idol.  
Quomodo autem bellabit, &c. sine gladio que  
Dominus abstulit. Verum disertis verbis adserit B. Hilarius Can. 32. in Matth. id non intelligi de iis qui  
gladio aut iudicij officio aut resistenti latronibus  
necessitate fuerint vii. Quem adeo sensum etiam Apa-  
stolus Paulus fatig insinuat, quum ea Christi predicatione  
non obstante, Rom. 15. inquit: Non enim sine causa gla-  
diuum portat, Dei enim minister est, viindex in iram, ei qui
- malè agit. Quod adludens Auctor suprà Tom. 1. lib. ad  
Scapulam, cap. 4. vel quia & vos (inquit) sub gladio  
estis.
126. cui nec litigare conueniet? ] Adludit ad illa  
1. Cor. 6. Iam quidem omnino delictum est, quod natus  
habetis inter vos. Quare non magis iniuriam aqua-  
re, Atque adeo non male interpretatur Rhenanus: litigie  
vocem lurenconfitorum, Actionem vel in personam vel in  
rem apud indicem suscipere. Verum adserendum quo  
continuo subiungit ibidem Apostolus: Sed vos iniurias  
critis, & fraudatis, ut videatur magis de iniuria latu-  
agere.
127. Et vincula & carcerem, &c. & supplicia  
ministrabit. ] His verbis indicat se non de simplici Ma-  
te agere, sed etiam de eo, qui (uti adnotavit etiam Rha-  
commentarius) aut carnificem agat. Vide suprà l.  
dol. c. 17. n. 134.
128. Nec suarum vltor iniuriarum. ] Si adludit  
illud Matth. 5. Ego dico vobis, non resistere aduersario-  
rum, & respondebit B. August. l. 22. contra Manich. 29.  
Intelligunt (inf. 29.) hanc preparationem non esse impa-  
re, sed in corde. Nam (uti subdit postea) & Chrysost. ho-  
peratores, de inimicio sacrilegio, qui spem suam in futu-  
ris Idolorum demoniorumq; posuerat, gloriosissimum  
retulerunt.
129. Iam & Stationes aut alij magis facies que  
Christo. ] Exstat lib. 12. Codicus Iustini Tit. de Co-  
sis & Stationariis. Locis vero hisius intellectu haben-  
tes suprà ex c. vlt. lib. de Oratione: Si Statio (naturi)  
militari exemplo nomen accipit (nam & nullus  
Dei sumus) vtique nulla laetitia sue tristitia ve-  
niens castris, Stationes militum rescindit. Nam  
Adnot. nostrorum aliam longe n. 58. sententiam de  
Stationibus, quām Rhenani hoc loco, aut nos (ut pro-  
Epist. 41. B. Cypr. n. 10. nempe quod Stationes & sic  
hic, & l. de Ieiunio infra T. 5. accipiuntur, non de ca-  
ribus Ecclesiasticis, in quibus feri stantes stadias, sed  
statis ieiuniorum diebus 3; metaphorā à militibus recipi-  
quandiu in statione erant, iamnare eos oportebat. Et in  
hic alter accipi non posse, manifestum est ex multi-  
quotibus: aut & die Dominico, quando nec Chri-  
sto. Nam uti supra locutus est; Die Dominico in  
nun das dicimus, ergo nec Chriſto fieri  
Dominico ieuius, & contrario magis dabo. In  
nunc siebant Stationes, id est à stantibus officiis  
iuxta illud eiusdem c. 3. Die Dominico, &c. refert  
ad geniculis adorare.
130. quibus renuntiantur. ] Vt peti in baptismo  
diabolo & pomps eius renuntiantur, quod alia plures  
repetiuit cap. 13. semel iam in sacramenti refer-  
eierat. De quo etiam infra latius Tomo sequent. in c.  
Baptismo.
131. & cenabat illic vbi Apostolo non plus  
Adludit ad illud Apostoli, quod sic c. praecedens  
in Idolio recumbente alienum est à fide, ut  
adnotavit Rhenanus.
132. Et quos interdiu exorcismis fugantur, &  
tende (inquit idem Rhen.) exorcismorum antepri-  
de quibus etiā latius dicto l. de Baptismo. Hoc autem res  
quod excubādo pro templis idolorum, demonis  
fengafit, quos interdiu exorcismis fugantur.
133. in culbēs, &c. super lunco, quo pertinet  
latus Christi. ] λόγος τοῦ ἀδαμαντίου οὐδὲ  
Rhen. (castrensis vox δέπος τοῦ λόγου) quia τοῦ  
que Euāgelista Ioānes c. 19. Τι λαῖκα τεττετεtet

interpret; ubi adeo castigando; censio vulgatos codices. &c. qui legunt λόγον, quoniam legendum potius sit λόγον.  
134. Mortuus etiam cuba.] Inuit (inquit Rhen.) morem castrensem, quo mortui milites tubicinis cantu, quem hic aeneatorem vocat, deplorabantur. Nostrates milites ad caninae pellit, hoc est tympani pulsus offeruntur, ut habeat vulgaris cantus iocans in milites.

135. Et cremabatur ex disciplina castrensem.] Hinc illud (inquit idem Rhenan.) Tom. sequ. l. de Resurr. car. in principio. At ego magis ridebo (inquit) vulgus, tunc quoque quum ipsos defunctorios atrocissime exurit. & mox cum crematis, cremat. Plinius l. 7. c. 54. Ipsi sum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti, terra condebaruntur. At postquam longinquus bellis obrutus erat cognoverat, tunc institutum. Probat autem contrario Auctor eadem libro cum Ecclesiae morem (de quo ibi latius) quo mausoleis & monumentis lequeantur corpora.

136. vii illorum quo Ioannes admittebat ad lauacrum.] Idem exemplum citatus supra l. de Idol. Corre-  
spondit B. Ambrosius, ubi supra, sed C. B. Aug. ex hoc  
loco scripture, de militibus a B. Ioanne Baptista baptizatio.  
Militiam non interdictam adstrinxit his verbis l. 22 supra  
cito contra Faustum, c. 74. Alioquin (inquit) Ioannes,  
quoniam ad eum baptizandi Milites venirent, diceret: Et nos  
quid faciemus? responderet eis: Arma abducite, militiam  
istam deferite, neminem percutite, vulnerate, prostermite ne-  
numen. Sed quia scribat eis, quoniam hac militando facerent,  
non esse homicidas, sed ministros legis, & non vultos in-  
victarum suarum, sed salutis publice defensores, respondit  
ei Neminem concusseritis, & c. ne prolixiores simus. Quod  
ipsum etiam in suum Decretum transcripsit Gratianus no-  
bius sentiens, 23. qu. 1. c. Paratus in fine.

137. ve Centuriōrum fidelissimorum.] Alterū  
intelligit Archisagogum, de quo Christus Matth. 8. di-  
xit: Non vidi fidem tantam in Israele: alterum Cornelium,  
de quo Petrus. Apof. Quibus ipsis exempli Militiam ad-  
probata a B. Chrysostomo supra ostendimus, & priori etiā  
vitio B. Aug. ubi supra, & Auctor l. de idolatria.

138. aut omnibus modis cauillandum.] Cauilla-  
ti (inquit Rhen.) tradunt à cauedo dictum Grammatici.  
Hic prae cauere fumit. Atqui vel ipse locis sentientiam de  
Militia Christianianam licet, plus satis indicat. Nam quoniam  
dixisset: aut deferendum esse suscepta fide, aut signata  
queritur prius ad baptismum, posterior ad Catechismenos  
admitit, de quo etiam initio l. de Baptismo quoniam scipsum  
corrigit: aut omnibus modis cauillandum, ne quid  
aduersus Deum committatur; & ne quis eo usque  
militiam extendat, ut aut delictorum impunitatem,  
aut martyrorum immunitatem promittat, addit:  
aut perpetuidum pro Deo, eo nempe casu, quo aliquid  
faecundum fore aduersus Christi fidem.

139. quod aquæ fides pagana condixit.] Hoc est  
(vix recte Rhenanus) quod fides ethnica Duci vel Impera-  
tri data promisit ex pacto, nēpē extreme perpeti, & mor-  
tem, nam si significat hic condicere. Plinius in Praesatio-  
ne ad Paganum: cum hanc operam condicere, non  
era in hac aliquid sibi ex pacto polliceret.

140. aut martyrorum immunitatem.] Vbiique  
martyris (inquit Rhenan.) crepat Tertullianus. Paulopoli:  
Quia posterior est necessitas timenda negationis &  
obeundi martyrij, quam euadēda passionis & im-  
plendi officii.

141. & saluam facturus animam pro nomine e-  
ius amissam, &c.] Quod Matthaus pafuisse: Qui perdi-

derit animam suam, inueniet eam; ipse quoniam id sicut ex-  
plicans Christo attribuit quod ipse saluam facturus sit,  
& contrario lucri habitam perditur. At qui lucri  
habere dixit (uti adnotat etiam Rhen.) quemadmodum  
sub finem l. 5. adu. Marc. lucri ducere, & eodem libro:  
boni ducere.

142. Apud hunc tam miles est, paganus fidelis:  
quam, &c. elegans & rima (inquit Rhen.) sententia con-  
stant ex contrario. Hic oportet ferre paganum duo signi-  
ficari, tunc eum qui miles non est, unde Perjus & semipaga-  
num vocat, tunc cum qui Christum minime agnoscit. Corre-  
ctus etiam haec vox paganus iureconsultorum. Hinc illud  
Sciulus & D. ad Legem Falciatam l. vlt. Miles fidem paganu-  
num erat secerit testamentum, & c. B. autem Aug. Au-  
torem fecerat, & reliqui Doctores Ecclesiastici peculiari-  
ter ferre accipiunt pro ethno.

143. tamen necilli necessitate disciplina conni-  
uet.] Editio 1. & MS. 3. comber.

144. fibulam laxet.] De hoc inter Proverbiales for-  
mulas in nostris Prolegomenis. Legimus autem: nam &  
voluntas poterit, ex 3. M. V. ad. cod. pro: poterat.

145. ductor necessitate.] Supradixit (inquit Rhe-  
nan.) Duxator pro duce, hic habes duxationem pro du-  
catu. Q. D. excusant necessitatem, qua dux in hac deli-  
cta incident, non astem sponte sua.

146. in delictis incidamus.] Sic dictum (inquit idē)  
ex illud adu. Hermogenem: ante eam in bono conuer-  
tissem; & ad. Iudeos: Legis præcepta reformatem in  
hominis salute. Est autem hoc & Tertullianus fami-  
liaris, ut in cum & blasphemis coniungat, quod alij cum & c-  
culistis.

### C A P . XII.

147. Sed & de corona prius dicam.] Titulum huic  
capiti damus: Quod ipsa coronarum causa contra  
Christianos faciunt. Incipit autem loqui (inquit Rhe-  
nan.) de corona triumphali, propter quam inculta est  
disputatio.

148. Apollini vel Libero sacrata est.] De Liberi  
& Apollinis Laurea diximus supra c. 7. Proprieta ve-  
ro adnotat ex Plinio Rhenanus, quod Laurus spectabilis  
reperiatur in monte Parnaso, id eoque grata Apollini.  
Habet id Plinius l. 15. c. vlt.

149. illi vt Deo telorum.] Huc pertinet quod à pla-  
tone Apollo dicitur Στό τὸ πανθεῖον, id est à iaculan-  
do; unde etiam factum, ut cum arcu & sagittis cinti simu-  
laci formari soleant.

150. huic vt Deo triumphorum.] Edulius ad ea  
simulaca Liberti: quibus effigiebatur in curru pampino  
triumphans, qui Panthera modo, modo Tigribus ac Lyn-  
cibus trahebatur, ut Gyraldus testatur his. Deorum synt.  
8. Nominatum autem etiam Plinius l. 7. c. 56. Liber pa-  
ter (inquit) diadema Regum in signe & triumphum in-  
uenit. Claudio autem de quo hic loquitur, idem est qui  
supradictum.

151. Quamquam ex myrto ait milites redimiri  
folere, &c.] Myrtus (inquit Rhen. ex Plinio l. 15. c. 29.)  
bellicis quoque seribus inferunt, triumphansque de Sabiniis  
Posthumiis Tibertus in Consulatu (qui primus omnium  
ouani ingressus urbem est, quoniam rem leviter sine cruce  
geferat) myrto Veneris victoris coronatus incepit, & opa-  
bilisque arborum erat hostibus fecit. Hac postea ouan-  
tium fuit corona. Quibus & haec addit ibidem Plinius:  
Massilius Auctor est curru quoque triumphantes myr-  
tea corona usus. L. Pis trudit, Papryrum Massium, qui  
primus in monte Albano triumphans de Corsis, myrto

ULLIAN,  
in statu omnibus  
TELII.

46  
V

## Adnotat.in lib.

360

coronatum, Iudos Circenses spectare solitum. Marcus Valerius duobus coronis utebat, Laurca & myrtle, qui & hoc voverat.

152. Martis per Iliam & Romulos Romani, &c. [Pulcre sic restituit hunc locum Rhenanus, & sensum quoque explicavit. Non est mirum Romanos milites mytro coronari solitos olim, quum hac arbor Veneri sit consecrata, que non solum Troiana est propter filium. Eneam ex Anchile corruptum, verior etiam amicula Martis, qui per Iliam & Romulos Romanus est, id est, eo quod ex Ilia Remus & Romulum Roma conditores sustulerit: Romani Martis amici, qui Romuli & Remi sit pater. Verum ego, socians inquit Tertullianus, non attributor Venerem catenam esse valde Romanam, sine amare Romanam, catenam pellicis Ilia dolor est. Et enim versimile Venerem, que sola amato suo Marte potiri cupiebat, non parum offenditam Ilia concubitu, unde Romulus & Remus progeniti conditores urbis Rome. Quos ambos intelligit, quem dicit Romulos, et nos mutantur. Nec caret aliqui gratia variatio numeri. Sic & Castrorum dicimus. T. 8. d. 8. cap. 8. 5. Pertinere autem hue videtur quod habet Plinius l. 16. c. 4. Romulus frondea (quantum hinc appetit ex mytro) coronauit Hosti. Hostiilium quod Fidenam primus occupasset.

153. Quin & olea militiam coronari à Minerua, &c. [Athens (inquit idem lib. eiusdem cap. ult.) olea durare traditor in certamine edita à Minerua. Quod de certamine cum Neptuno interpretatur Author. Certamen vero ipsum occasione regis Trajanorum describit Pausanias hispost. lib. 2. Hinc existent nummi veteres, quibus uno ex latere inscribuntur D. G. L. O. D. SEPT. A. L. B. Cæl. & ab altero Coss. II. ac Minerua Pacific. SC. cum effigie Minerua oleam manus tenentis.

154. non solum Artium, sed & armorum Dea.] Vide Isidorum Etymol. l. 8. cap. de Diis Gentium. Ab armis autem vocata fuit, & Cælestæ, id est militarie, & apæta, id est statoria Minerua, testibus Plautinus & Luciano.

155. Ecce annua votorum nuptiatio, &c. [Hinc intelligi datur, quid sibi velint Numismati inscriptions varia, & nominatum ha de Scero Imperatore, I M P. C. A. S. L. SEPT. SEV. PER. AVG. uno ex latere, et ex altero: Vota publica suscepit: item de Antonino, una ex parte: ANTONINVS PIUS AVG. & ex altera: VOTA SUSCEPTA DECEMNALIA. item: ANT. PIUS AVG. COS. III. & Vota soluta Deo. Id autem quotannis sollempne fuisse hic significat Author, sed maxime in principiis Imperij, etiam addens locum, in Capitolio: & verba: Hunc tibi Iupiter bouem cornibus auro decoratis vovemus esse futurum. De qua auri usurpatione etiam in hac verba Plinius lib. 33. c. 3. Deorum vero honori in sacris nihil aliud extogitatum est, quam ut auratis cornibus hostiæ, maiores dimicataxat immolarentur.

156. Eadem Laurea in Donatiui dispensatione, &c. [Vide supra c. 1. Quod ipsum eleganter hic comparat cum proditione Christi per Iudam acceptis argenteis, atque adeo (uti etiam Rhen. eleganter dicit) non esse gratuitam idolatriæ, ut pote ipsa captatrix doni, atque hoc etiam quod subiungit: denarium Cæsari auferre, id est non dare Cæsari, sed ab eo Donatiuum accipere.

157. Triumphi Laurea foliis struitur.] Hoc est (inquit Rhenap.) quod Plinius de Lauro scribit: Vnus folia distinguuntur appellatione. Lauream enim voca-

mus. Laurus autem (inquit idem Plinius lib. 15. cap. 30.) Triumphis proprie dicatur. Duo eius genera trahiuntur, Delphicam, & Cypriam: Illam equali colore, viridiore maximè bacis, atque è viridi rubetibus: Hac cultus Delphic coronari, & Triumphantem Roma. Sterile coriaceum, quod maximè miror, aliqui triphalem; eadem delphic triumphantem utriuspi id à D. Auguſta copiata, docebimus ex ea Lauru, que ei missa è cele, maiusq; altitudine, folio crasso ac brevi, inuentu rara. Interclusus autem cur in triumphis visitata, eam quoque reddi, quod sola manus fatum receptarum in domo familiare non icitur. Vbi & plura videat Lector, ne hic simillior. Alqui pre: struitur, MS. 3. Vat. instruitur, fol. 1. lud magis Tertullianicis est.

158. Hinc aduerbis. [Hinc omnino legendum Satys constat, pro hanc. Quid verò sibi velit vocacionem aduerbis, recte aduentum Rhenanum se infestare, ergo illa vocem esse corruptam, & videri aliqued verbum significandum, qualia sunt quae sequuntur: inauratur, & libuitur, fortis scilicet quemadmodum & Rhenanae collenii in margini, ambitur, quod maxime placet, aut & docturatur, aut: admundatur, vel: aduelitum, sed autem liberum iudicium permittit, donec ex aliquo cod. melius aliquid proferamus. Fortis etiam non negligatur: aduersus.

159. Lemniscis.] Sunt lemnisci (inquit Rhen.) & eore Pompeio Pepto fasciolo dependentes ex cornu, & colligunt ex Plinio, tunica fuisse ex libro ipsi Tiberiorum, cuius eiusdem libelli sint, id quod Author non Philyras. De lemniscis sic Plinius lib. 21. cap. 10. oblongo liquit, que ex foliis aureis & argenteis conficitur. Accesserunt quoque (inquit) & lemnisci, que ab ipsi farum coronarum honor erat propter Heraculam, quae tangere nisi aurei non debebant. Ab hismodi lemnisci coronæ lemniscatae dictæ sunt. Hactenus Rhenanus detur respicere ad Politianum in Miscellaneis, qui modice adferit de lemniscis, tam ex Plinio, l. 16. c. 14. & de lemniscis coronis, ex numismatis antiquis ac betterium denique de philyris, ex quibus lemnisci sicut & Nica in Comment. Graeca lingue, & ipsi Tertulliano loco. Eodem pertinet etiam illud Horatii:

Dilsplicant nexe philyrae coronæ.  
160. inauratur laminationis. ] Intelligi laminationes, que deaurari solent, id que ex are coronatio, & Plinius lib. 3. cap. 9. & lib. 34. cap. 8. In Cypri postea coronarium est & regulariter, utramque duobus coronarium tenuatur in laminas; taurorū, felorum, specie auti in coronis hispaniæ prædictis. Quamquam interim A. Gellius etiam vere aurum scribat triumphales coronas, quæ Imperatorum in suis triumphis mittebantur ex auro coronare.

161. & apud Barbaros enim Christus, Vnde agere de Partibus & Armeniis, aliisque heretici uero domitis, quos iam tum Christians fuisse videbantur est lib. adserit, l. 1. cap. 7. Adnot. nostrarum p. 102. deinceps.

162. Est & alia militia regiarum familiarium. Intelligit (inquit Rhen.) milites illos Regianos, qui sunt, qui sunt veluti familia Imperatricis.

163. Nam & Castræ appellantur. ] Cæstres est (inquit A. Gellius lib. 5. cap. 6.) corona quæ donat euus Imperator, qui prima cæstra hispaniæ intravit. Ea corona insigne valli habet. Hoc etiam laces vocantur à Plinio, citatis locis initia lib. 10. num. 1.

164. *Munificæ & ipsæ.*] *Apud Feſtū* (inquit Rhe-  
nan.) *legimus:* *Munifices vocatos milites, qui non vaca-  
bant, sed munus Principi faciebant. Qui vacabant, vocabā-  
tur beneficiarij. Sed & *Vergorio* *Munifices sunt milites,*  
qui manu faciunt, à quo liberi sunt, immunes qui dicuntur.  
*Expones ergo munificæ, id est ad munus sollempniū  
Caſteanorū ad fratre & obligatae. Posterior etas mu-  
nificum, pro munifice usurpauit. Nam & *Paulus Iure-  
conſil cap. Munus. De verborum significacione, Munus  
etiam officium significare docet; unde munera militaria,  
& quodam milites munificos vocari. Vide etiam plura  
de Munere ſuprā l. de Spec. c. 12. n. 114. & 115. De sol-  
lempniibus Caſtarum autem, Apolog. c. 35. n. 461.***

C A P. XIII.

165. *Coronant & publicos Ordines laureis, &c.*] *Quomodo eiusdem ſit argumentum hoc caput, nouo titulo non eft  
opus. Huc autem pertinere videtur illud Plin. ſupracitato  
c. vlt. l. 13. Laurus Romanus precipue leritis victoriariorum  
que nuntia, additur litteris & militum lanceis, fæſtes Imperatorum  
decorat. Ex his in gremio loris Opt. M. x. depo-  
nit, quies latitiam noua victoria adhibet.*

166. *Magistratus verò in ſuper aureis.*] *Vide de  
hiſ ſuprā initio operis n. 1. & c. preceſ. & inſra ex Plinio,  
vbi de Gemmatis agitur n. 167.*

167. *Praeferuntur etiam illis Hetruscae. Hoc vo-  
cabulum eft. &c. ] Hetruscas coronas commemorat  
Plin. l. 2. c. 3. verbi ſuprā citatis cap. preceſ. vbi de Lem-  
niscis egimis. Hic autem etiam quales fuerint, defribit  
Auctor, nempe quas gemmis & foliis ex auro quer-  
inis ob Iouem inſignes, ad deducendas thenas cum Palmatis togis tumebant. Videretur eodem per-  
tinen quod scribit Plinius lib. 12. cap. 3. & 4. de gem-  
matis & aureis coronis, & lib. 37. cap. 2. de Pompeio  
genio in triumpho 33. ex margaritis corona habuerit. De-  
nique quod eodem teſte lib. 33. cap. 1. Triumphantibus  
corona aurea ſuſtinetur a tergo. Arqui ad eadem ad-  
ludit. Auctor ſuprā lde Spec. c. 7. de thenis, de coro-  
nis, ubi vide Adn. noſtras n. 63. & de Palmata ve-  
ſte, Apolog. c. vlt. n. 620.*

168. *Sunt & Provinciales aureæ.*] *Ad loci huīus  
intellexim facit illud lib. de Idolol. c. 18. & corona au-  
reæ ſacerdotum Provinciale, à quibus hic indi-  
cat etiam ipſa Deorum capita fuſſe iuſdem coronis coro-  
nata.*

169. & ipsum Curia nomen, &c.] *Propriè hīc  
Curia accipitur, loca nempē (teſte Feſta) vbi publicas curas  
greibant. De aliis eiusdem ſignificationibus vide Apolog.  
cap. 39. num. 51. & de clavo lato, ſine lato clavo, lib.  
de Idolol. cap. 18. num. 141. ac de purpuris, ibidem n. 136.  
C. 141.*

170. *Illiſ es, conſcriptus.*] *Conſcripti ( teſte Feſta)  
dicitur qui ex Equeſtri ordine Patribus adſcribe-  
bantur, ut numerus Senatorum expleretur; quod ipſum Li-  
num l. 2. ab Urbe condita.*

171. *In libris vitæ.*] *Malim legere, in libro vita, quia  
ſcriptura obliqua in singulari numero uitior; ſed nolui  
ad hinc immutare, quod conſtant cum excuſis MS. 3.  
Patiſ. cod. Id que eo magis, quod à Sexto Senensi Bibliotheca  
ſancte lib. 2. Quintupliciter Liber vita explicetur ex variis  
ſcripturis, (quod compendiū ergo Lectorem remittit) & no-  
minatim vnuſ, cuine fit mentio Philipp. 4. ac Apoc. 2. &  
alterius Apocal. 20. prior Vita æternæ, alter Vita vi-  
niſciasque viſu ad obitum.*

172. *illig. ſecutis ad caudices arboris.*] *Caudex  
accipitur ab Auctore pro ſtrape radicis, quem admo-*

*dum & à Plinio l. 16. Quedam (inquit) arbores ſimplices,  
quibus à radice caudex unus, & oīus, ſico, viti. Noster  
interpretis & Matth. & Luc. 3. verit ad verbum ex Graco  
paulo aliter: ad radicem arborum.*

173. *Viderint & publici equi cum coronis suis.*] *De hiſ exiftat apud Plinio lex 12. Tabularum: Quam ser-  
u equi meruiffent: pecunia partam lege diſi, nemo du-  
bitauit.*

174. *Nos autem in nomine Domini Dei nostri  
inuocabimus.*] *Confirmatur hinc corum cod. MS. Latini-  
orum lectio, qui addunt: Domini; nam & Graec addi-  
tur ſuſcibit.*

175. *Ab ipſo incolatu Babylonis, &c.*] *Adludit ad  
illud Apocal. 18. Exite de illa (nempē Babylonie) populus  
meus, & quæ ſequuntur, vbi etiam ſuggeſtū Babylonis  
meretricis magna reprebendit, id eft, ornati eius, na id  
ſignificari voce Tertullianica ſuggeſtus ſuprā docuimus  
alicubi.*

176. *ex Principalium proprietatum.*] *Recte hiſ  
Rhenan. Ob natalem uidelicet Principum, aut victorias, et  
cauſis ſimiles. Nam eadem oratione dixit Apolo. Refcri-  
pta & Edicta Principalia. Municipales item ſol-  
lempnitates, festos dies cuiusque Municipij.*

177. *Noster inquit) Municipatus in eolis, Tradi-  
tū municipatus, pra eo quod Graec eft τολιτευμα,  
& apud noſtrā interpretē: conuertatio.*

178. *Coronant & nuptia (ſponſos).*] *Huc pertinet  
quod ſponsa ad virum iter parans, ex verbena, qua Ve-  
neri dicata eft, & floribus herbiſque aſſectis, corollam  
texere ſoleat, eamque ſecum deferre; nam empota geſtare  
ferta uito dabatur. Item quod ſponsa domi illam operis,  
paratu magno ianuam coronare, multaque Lauro exornare  
ſoleat, quemadmodum auctor eft Alexander ab Ale-  
xandro Genial. l. 2. c. 5.*

179. & iſeo non ſubimus ethnicis, &c.] *De hoc  
Argumento ſuprā tractat Auctor totuſ lib. 2. ad Vxorem,  
vbi latius.*

180. *Habes legem à Patriarchis.*] *Adludit ad  
precepta Patriarcharum Abraham & Isaac: Non acci-  
pies uxore filio meo de filiabus Chanaan, Gen. 24. & 28.*

181. *Coronat & libertas ſecularis.*] *Quam plaq;  
Manumissionis insignia reuidentur Auctor Tom. ſequen-  
tib. de Refurr. carn. mirum eft quid coronam non com-  
memoret.*

182. *Nunquid & Agonisticae cauſe, &c.*] *Sentie  
(inquit Rhen.) de certaminibus Gymniciis, quoram vitori  
coronabatur. Eode pertinet quod habet Plin. l. 16. c. 4. de  
coronis, ex hedera. Non ſimel (inquit) et in facis certa-  
minibus viſupate, in quibus hodiisque non vitori datur,  
ſed patriam ab eo coronati pronuntiatur. Et peculiariſter  
Delphis Lauro coronari ſolitos vitori lib. 10. c. 10. Ex Apio in Ne-  
meis certaminibus, lib. 19. c. 8. Ex Olæastro denique  
Olympiæ. l. 15. c. 4.*

183. *quas statim tituli ſui damnant.*] *De hiſ late-*

*Auctor et ex inſtituto ſuprā l. de Spec. c. 6. n. 51. vbi vide*

*Adn. noſtras, preſentim de Olympiis Ioui dicatis certami-*

*nibus n. 108. de Nemæis Herculi ſacris n. 109.*

184. & miſellus Archemorus.] *Archemorus (in-  
quit Rhenan.) Lycurgi filius à ſerpente laſius adhuc infans  
perit, ex incuria nutritio ſic Hypſipyle, que illum in gra-  
minibus reliquerat, oftenora Graec ſit laborabilis Lan-  
gian fonte. In eius pueri memoriam annuis agor institu-  
tus eft. Et quia perit adhuc infans, miſellum vocat, non  
miſerum.*

ULLIAN,  
in statu omnibus  
TELII.

16

185. & Antinous infelix.] Hunc (inquit idem) Hadrianius Cæsar in deliciis habuit, & tam tenere dilexit, ut ab illo ciuitatem Egypti cognominari, ubi & agomen illi quotannis celebrandum instituit. Quam rem in litteras pulcre resulit Egesippus sic scribens, referente Hieronymo: Tenuulos (inquit) mortuis templaque fecerunt, sicut usq[ue] hodie videmus. E quibus est & Antinous seruus Hadriani Cæsaris, cui & gymnicus agor exercetur apud Antinoum ciuitatem, quam ex eius nomine condidit, & statius prophetas in templo, hec ille. Notat. & deo Tertull. Antinoi in t. lib. adu. Marc. quum inquit: Alioqui si sic homo Deum committabitur, quomodo Romulus Consum, & Tatus Cloacinam, & Hostilius Paurem, & Merellus Alburnum, & quidem ante hoc tempus Antinoum, &c.

186. temel iam in sacramenti testatione cierata. Sic omnino legimus pro: tentatione, ut accipiatur pro: contestatione, que vox Auctori etiam de Sacramento baptismi non est invenita, quemadmodum latius infra Tom. sequent. l. de Baptism. num. 1. Placet autem magis lectio excusorum: Haenra erant pompa diaboli, &c. quam 3. MS. cod. Vatic. crunt. nam agit de cieratione iam facta. Siquis autem (Rhenan. inquit) hic obiicit, Tertullianus ante dixit: Aquam adiuturi, ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub antistitis manu cõtestamur nos renuntiare diabolo, & pompe & angelis eius; Et hoc loco dicit: Semel iam in sacramenti testatione cierata: Is facere debet semel hic accipi pro prospicio & omnino, ita ut temel fecisse sufficiat.

187. etiam eccliam syderibus apud Homeri carmina coronatum.] Huic loco (inquit idem) subscrive Plinius (lib. nempe 16. c. 4.) Antiquitus quidem (inquit) nulla nisi Deo dabatur. Ob id Homerus caelo ratum eas & pralio uniuerso tribuit.

188. Ceterum à seculo coronantur & lupanaria, &c.] Videtur intelligere coronas, quibus Lares publici vel priuati in singulis domibus coronabantur, atque adeo & in lupanaribus, latrinis, & pistrinis, & carcere, & spoliatis, hoc est speluncis larorum, iuxta illud Plinius supradictum lib. 21. cap. 3. & Larium priuatorum publicorumque.

189. & Ludus.] Ludum litterarium intelligit, de quo supra Auctor lib. de Idolol. cap. 10. Flore scholæ coronanda.

190. & Amphitheatra.] Inter Amphitheatrum adparatus etiam coronas recenset Auctor supra lib. de spectac. c. 12. vbi quid Amphitheatum, Adnot. num. 12. 6.

191. ipseque libitinæ.] Recte Pithaus Aduers. lib. 2. c. 15. de sepulcris coronis interpretatur, de quibus etiam illud Plinius supradictum l. 21. c. 3. ac sepulcrorum & Manum.

192. At enim Christianus nec ianuam suam, &c.] De hoc supra Apologet. cap. 35. num. 464. De Diis vero Ostiorum lib. de Idolol. cap. 15. num. 113. 114. 115. 116. 117. 118. Cuius loci consideratione malum retinere: Cardam, seu Cardeam, cum editionibus excusis, quam Carnam, secundum 3. MS. cod. maximè quod à cardinibus ita dictum adserat tum hic Tertull. cum etiam B. Cypr. l. de Idolol. vanitate, vni etiam illuc adnotauimus n. 30.

#### CAP. XIV.

193. Tanto abest ut capitii suo manus inferat Idololatriæ, &c.] Caput hoc inscribimus: Quod capitii nullo modo corona conueniar, nisi ad instar Christi spinea. Illud autem: Tanto abest, phrasis est ut etiam

Rhenan.) Auctori familiaris. Porro de velamento corporis viris interdicto, & cui obnoxium est formine caput, latiss. tota lib. de Velandis virgin. Cuna quoniam hinc etiam mentio non fiat, verisimile non sit quod supra cap. 4. librum hunc illi priorem esse. Lugo autem omnium cum Latini: Quid enim est capitii formine proscriptio. Malum autem legere paulopost: Propterea non oportebat operofus mulier, pro eo quod est: conabatur, & quid sequatur, ut nec crinum artificie coronetur, & quod Apostolus ornatum quidem non coronam interdet.

194. ex Apostoli prospectu.] Hoc est (interpretatio Rhenano) proficiencia prouidentia que, quippe quoniam operofus mulier, pro eo quod est: conabatur, & quid sequatur, ut nec crinum artificie coronetur, sed illud magis Tertullianum est, ubi nuncas patr. feminae fasci Christus, & viri caput.

195. centenarius quoque rosis.] MS. 3. & 14. tunc centaureis. Verum lego cum Rhenan. centenarius quoque centifoliz meminist. Plin. 21. c. 4. qd. vñ dñris agit, quamquam neget Tibur. Prinapata non rosam centifolianam in coronis addatam. Aiqua Mida rostro vide supra T. 1. lib. de Pall. c. 2. n. 43.

196. fauos post fellæ guifatæ.] De huic proposito vide nostra Prolegomena. Aiqua præ: li forte, qm. f. qd. dum Latinus: li potes.

#### CAP. XV.

197. Serua Deo rem suam inattaminatum. Titulum postremo huic capiti damus: Quid à Christi corona exspectanda. Locus insignis pro corona, mercede bonorum operum, seu meritorum ordinum; de quibus tamen latius supra lib. ad Martyras. num. 43. & lib. de Patientia, cap. 11. num. 73. & 75. cap. 13. num. 82.

198. Qui vicerit, dabo ei coronam vite. Et hinc tu fidelis ad mortem, I. sicut aliis sapienti, & de morte quantum adparet lapidem, ex diobus scriptoribus unum conficit. Nam Apoc. 2. Esto fidelis ad mortem, & dabo tibi coronam vite, & 3. Qui vicerit, sic vestietur, &c. item: Qui vicerit, iam illum columnam.

199. bonum agoné.] similiter B. Cypr. c. 1. l. 3. Testim. ad Qur. c. 16. qui vocem Graecam: αγωνατινam fecerunt, pro eo quod noster interpret: ceterum vertit, 2. Tim. 4.

200. Protofedor & Presbyteri, &c.] Nihil (inquit Rhenan.) verbi compotius ex pergeño & quoniam & nostrum à Greco & & deo deuotum sit. Autem ad locum Apocalypsis 4. Et super thronum quatuor seniores, &c. Aiqua etiam hic scripta est: Et deinde vox Graec: η περιστροφη.

201. codémque auro, &c.] Et hinc (inquit Rhenan.) locus est Apoc. 14. Propterea post rotas citatum Apoc. 4. inquit: Si tales imagines in visione, quales videntur in representatione. Loquitur autem de visione fuisse qui scriptit Apocalypsin.

202. Stropholo aut draconario.] Testim. (inquit idem ex Plinio l. 21. c. 2.) scilicet coronis videntur antiqui, strophia appellant, unde nata fit strophæ. Porro Dracontarium videntur eis sculi vocabili, & pro corolla. Ego vero puto Dracontarium, corona intelligi confitam aut ex draconia herba, entulit ueris venena, cuius meminit Plin. l. 24. c. 1. aut regis mis draconilibus, de quibus idem l. 37. c. 10. & 11.

*Et si supra l. de Hab. muliebri, c. 6. n. 52.*

203. Nam & Reges nos Deo, &c. fecit.] *Vertit ad verbum ex Greco Σατιλεῖς, pro eo quod noſter interpres regnum.*

204. bonus miles.] *Loquitur (inquit Rhen.) de Mithre iſto, qui coronam in manu, non in capite gestauerat, ob eam rem in carcere raptus.*

205. Erubescit Romani commilitones.] *Hinc pater Roma hunc librum scriptum fuisse.*

206. sed ab aliquo Mithra militie, &c.] *Huius (inquit Rhenan.) Dei Mithre meminit in Prescriptionibus de diabolo nostrae religione sacra (immò sacramēta) imitante loquens. Tigit & ipse quosdam (inquit) utrūque credentes & fideles suos. Expiationem delictorum de lauacro reprobuit. Signat illuc in fratribus milites suos. Celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quae postrema verba: & sub gladio redimit coronam, hic exponuntur. Nam hanc ceremoniam hoc loco explicat, quam demiro a nemine fuisse commemorandum. D. Hieronymus tantum obiter indicat, quoniam ad L. etiam de Institutione filia scribens: Ante paucis (inquit) annos propinquè vester Gracchus nobilitatem patriam sonans nomine, quoniam prefecturam geret urbanam, pone specum Mithra, et omnia portentia simulacula, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perse, Helios, Bromius pater, initiantur, subverit, fregit, exibit? Vbi videri Mithris fieri mentionem, cuius initiationem in specie Mithra hoc loco describit Tertullianus. Letantur sine Lutatius statij interpres ultimum carmen primi Thebaidos exposens:*

*Indignata sequi torquentem cornua Mithram, scilicet Apollinem à diversis gentibus varii appellari nominibus. Apud Achemenos enim Titan vocatur, apud Egyptos Osiris, apud Persas ubi in antro colitur, Mithra nominatur. Eius simulacrum forgebat reluctanter tauri cornua retinare; quo significatus Lunam ab eolum accipere, quoniam occiperet ab eius radiis segregari. Erat autem ipse Sol Leonis vultu cum tiara prisca habitus, utriusque manibus, cœa diximus, bouis cornua comprimit, sequendum Sol principale signum inculcat & frenat, Leone solice, ideo quid hic Denuo ceteros sui nomini & potestate impetu excellat, ut inter reliquias feras Leo: vel quid sit rapidum animal. Hoc ex illo Commentario propterea paulo prolixius retulit, ut melius intelligatur Tertulliani locu[m] lib[er]tatis, ad Marcum, quoniam inquit: Sicut arida & ardentes natura Sacramenta Leones Mithra philosophatur. Memorant & Marianus Capella Mithra, quem canit lib[er]tatis de nupt. Mer. & Philolog. Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirin, Diffona sacra Mithram. — Plura dictio lib[er]tatis de Prescript. adu. her. cap. 40. Tom. sequi. videat Lector, tun de Mithra, tun de diabolo diuina affectante, ori paulop[er] Aut[or]s commemorat.*

207. in spelao & castris vere tenebrarum.] *De his spelao latius in hac verba B. Iustini Martyr adversus Tryphonem: Porro quando illi qui Mithras initiationes (scilicet enim verbo, pro eo quod alij: initia) tradunt,*

*è petra eum natum esse memorat (de quo vide etiam testimoniū B. Hieron, infra Tom. sequi, lib. de Prescript. adu. heret. supra dicto num. 241.) & spelæum nominant eum locum, ubi initiari ei credentes perhibent; non ego hic, quod à Daniele dictum est, lapidem absque manus ab celum de monte ingenti, & quod ab Esaiā est promulgatum, eos sequitos esse, atque haec consimiliter instituisse sciam? cuius Propheticæ promulgationis etiam verba omnia imitari sunt conati. Nam & in iste recteque agendi precepta, ut apud illos dicuntur, arte quadam effecerunt. Verba Esaiæ sunt talis cap. 33. Audite qui loge estis que feceris, & cognoscere propinquantes fortitudinem meā. Desicerunt in Sō iniqui. Corripit tremor impios. Quis annuntiabit vobis locum sempiternū? Ambulans in iustitia hinc apud illos, de quibus supra restat agendi precepta) loquens viam rectam, odo habens iniunctionem & iniunctionem, manus obtinens puras à munib[us], obtorans aures, vt ne audias iudicium sanguinis iniunctionis, communis oculis vt ne videas iniunctionem. Hic habitat in excelso specie petra fortis: (hinc spelæi imitatione) Panis dabitur ei (ex quo desumpta apud illos panis oblatio, cuius mentio fit libro de Prescript. adu. heret.) & aqua eius fidelis (quo pertinet de qua ibidē tinctio.) Regem cum gloria videbitur (quod ad resurrectionem pertinet) & oculi vestri longe proficiunt. Anima vestra meditabitur timore Domini: (hinc ibidem expiatio delictorum.) Vbi est litteratus? ubi sunt Consiliarii? ubi est eos dominans qui aluntur, parvum & magnum populum? Quidcum consilia non agitarunt, neque profunditatem vocum sciuerunt, ita ut non audirent, Populus vitiosus, & non est audiendi scientia: Quid ipsum rursum paucioribus his verbis non multo post repetit: Quid vero (inquit) Esaias de symboli arcanique specie vaticinio preloquitur sit, vobis recessi, sed eorum gratia, qui hodie vobiscum venere, locum eum repeatam: insuper hoc addens, propter verba eiusdem, eos qui Mithrae mysteria instituerunt, in loco qui apud illos spelæum vocetur, suos initiare, & sacrâque sua arcana peragere, diaboli instinctu agitatos. Atque spelæum istud primum Zoroastres in Persia montibus dicebat fergur prope fontes, iuxta quod habet Porphyrius in Comment. autri Nymphaeum, ex 13. Odiss. Homeri.*

208. quasi minimum martyrij.] *Hoc est (inquit id Rhenanus) quasi imitacionum martyrij quod pro Christo toleranti Christiani. Quare & hanc lectiōnem retinendam duxi, pro eo quod in excusis subpreferat: minimum; maximè quā illud etiā legit 3. MS. cod. Vatic. Unde nec placet lectio Geraldis hisp. Deorum snt. 7. qui legit: munus. Maximè quād haud ab simili B. Gregor. Nazian. Orat. 1. in Julian. Imper. scribat: Ab illo fuisse comparata martyria Christianorum cruciatibus, quae in Mithra sacris celebrabantur. Super quo loco (vti citatur ibidem & Geraldus) versus commentator. Mithra, id est, sol cui celebritates sunt, & imprimis à Chaldeis. Cu Deo qui volunt initiari, duodecim contumelias afficiuntur, per verbera, calorem, frigus, & alia eiusmodi. Quae proinde putat fuisse etiam ea facia, quae Commodus Imperator homicidio polluit.*

ULLIANO  
metationibus  
TELII.

V  
16

VVM prætextu contrariae consuetudinis, contra quam Apostolus præcepit, non modò nuptæ, & virgines hominum, seu seculares quæ ad nuptias virorum adspicunt; sed & virgines Dei, quæ Christo nuperant, præsertim in Ecclesiis caput non velarent; quod antea Græce, nunc Latinè quoque ostendit, virgines velari oportere.

I. Imprimis autem, consuetudinem aduersus veritatem non præscribere, ex eo docet, quid Regula fidei una irreformabili manente, cetera discipline & conuersationis admittant unitatem correctionis.

II. Maximè quum Ecclesiarum, quas Apostoli seu Apostolici viri condiderunt, consuetudo opponatur; nobis autem & illis una fides, unus Deus, idem Christus, eadem spes, eadem lauaci Sacramenta, una Ecclesia.

III. Proinde quum arbitrio cuiusque permitta res esset, ut quaque voluisse, aut velari, an non tegi, sicut & nubere; temerariam audaciam reprehendit, qua virgines hominum ambiant aduersus virgines Dei, quod aliter (velatæ inquam) illæ incederent; immo sacrilegi manibus dicatum Deo habitum à virgine electum detraherent.

IV. Neque verò obstatre quod opponitur, nullam mentionem virginum ab Apostolo faciam, ubi de velamine præfinit, sed tantum mulieres nominatas; quia Spiritus sanctus uno nomine Mulier etiam virginem intelligi voluit, ut potè quod generale sit vocabulum, unum Fœmina.

V. Ad sexum enim pertinere, non ad gradum sexus, probat scriptura Genesios; qua Eius mulier est cognominata, adhuc felix, adhuc virgo; post matrimonij verò connexum, mulier eius.

VI. Sic & Apostolum mulierem vocare Virginem Mariam, quam utique virginem constitutuisse, licet Hebion resstat; & Angelum Gabrielem ad Virginem missum, cum benedic illam, inter mulieres deputasse.

VII. Iam verò etiam ipsas rationes virginibus competere, per quas Apostolus docet velarificationem oportere.

VIII. Eadem itaque ratione virginem in muliere intelligendam, qua puerum in viro; utrumquum Adam adhuc integer ante nuptiarum congressum vir sit cognominatus in Genesio apud Apostolum vox: Omnis, tam de viro quam de muliere, & quæ virginem in viro atque in muliere comprehendendat.

IX. Alia item disciplina Ecclesiastice præscripta de muliere in virginem spectare; nam virginis, quantumvis carnem suam sanctificare proposit, licere in Ecclesia docere, tingeri, offerre, aut sacerdotalis officij sibi fortē vendicare.

X. Non itaque magis debere virgines honorigeram notam virginitatis sue (non velando) praeferre; quam tot viros virgines, tot spadones, qui nulla sibi defendunt continentia virginis, que tamen virginitate feminarum est laborior.

XI. Ad responsionem autem ex diuerso, quasi à natuitate proinde virginem operiri oporteat; responder, Apostolum intelligi debere, ex quo se virgo intelligere ceperit, post contemplationem maturitatem; interserens exempla tum Rebeccæ, que velata sponso suo occurrit, (sic minus post continentia votum virginis id faciendum) & ethnicorum, apud quos velata ad virum ducuntur.

Proinde tegantur superiora, cuius inferiora nuda non sunt, nec eas imitentur, quæ sola  
capitis nuditate virginitatem nundinant.

Deinde si & apud ethnicos propter homines iam nupturæ caput velant, saltem in Ecclesiæ virginitatem abscondant, ut in occulto mercedem apud Deum mercantur, quæ tantam oblationem Deo offerunt ipsius corporis & spiritus sui, cum illam ipsam naturam consecrati.

Neque vero cogendas ceteras ad huiusmodi opus virginitatis, quia ubi coactio, illic necessitas; ubi necessitas, illic infirmitas; & proinde facilè ruunt, & funem longum delictorum sibi adtrahentes, intecto tamen permanentes capite, ne prodantur, virgines sub Deo se mentiuntur.

Sed enim vera & pura virginitas, etiam feminarum oculos timens, confugit ad velamentum capitum tamquam clypeum, quo bonum suum protegat aduersus ictus tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus fascinum etiam apud ethnicos metuendum.

Scripturam itaque legem hanc de velamine condidisse, naturam contestari, disciplinam exigere, maximè in virgine quæ Christo nupsit, illi tradidit carnem suam, illi sponsauit matritatem suam; qui quum alias sponsas & maritatas velari iubet, utique multo magis suas.

Postremò & eas, quæ in nuptias inciderunt admonet, ut ne quidem in momento hora à disciplina velaminis exolescant, tum Apostoli verbis, tum Arabicarum feminarum quæ faciem totam contegunt, & reuelationis cuiusdam exemplis; præsertim vero ne inter Psalmos aut in Oratione ipsa, vel quacunque Dei mentione, retectæ perseuerent.

Ceterum librum hunc germanum esse patet ex eius hoc Epiphonemate, Pax & gratia à Domino nostro Iesu redundet, cum SEPTIMIO TERTULLIANO, cuius hoc opusculum est. Deinde eundem imitatur B. Cyprian. lib. de Discipl. & habitu virginum, locis infra citatis. Habuerunt denique MS. Trithemius Catal. Script. & Politianus epist. 5. lib. 4. Editus autem fuit primum à Rhenano ex Paterniacensi & Hirsaugensi exemplaribus MS. cum Scholii, deinde castigatus ex cod. Gorzeni, additis Adnotationibus, quibus accessit etiam recognitio Sigismundi Geleni ex Britannico codice. Non tamen eiusmodi, quin plures adhuc loci recognitifuerint à nobis ex 3. MS. Vatic. codicibus, & Adnotationibus quoque nostris locupletati.

## Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI DE VIRGINIBVS VELANDIS LIBER.

**D**OPRIVM iam negotium passus meæ opinionis, Latinè quoque CAP. I. ostendam, virgines nostras velari oportere, ex quo transitum ætatis sua fecerint. Hoc exigere veritatem, cui nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non priuilegium regionum. Ex his enim ferè consuetudo initium ab aliqua ignorantia vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur. Sed Dominus noster Christus veritatem Ioan. 14. non consuetudinem cognominavit. Si semper Christus, & prior omnibus: æquè veritas sempiterna & antiqua res. Viderint ergo quibus nouum est quod sibi vetus est. <sup>4</sup> Hæresis non tam nouitas quam veritas reuincit. Quodcumque aduersus veritatem sapit, hoc erit hæresis, etiam vetus consuetudo. Ceterum suo vitio quis quid ignorat. Quod autem ignoratur, fuit tam requirendum, quam recipiendum quod agnoscitur. <sup>5</sup> Regula quidem fidei una omniò est, sola immobilis, & irreformabilis, credendi scilicet in unicum Deum om-

ULLIAN,  
in statu onibus  
TELE.

V.  
16.

nipotentem, mundi conditorem, & filium eius Iesum Christum, natum ex virgine Maria, D  
 crucifixum sub Pôto Pilato, tertia die resuscitatum à mortuis, receptum in celis, sedetem  
 nunc ad dexteram Patris, véntrum iudicare viuos & mortuos, per carnis etiam resurre  
 ctionē. Hac legē fidēi manente, cetera iam disciplinæ & conuersationis, admittunt noui  
 tatem correctionis, operante scilicet & proficiente usque in finem gratia Dei. Quale este  
 nim ut diabolus semper operante & adiuvante quotidie ad iniurias ingenia, opus Dei  
 aut cessaerit, aut proficeret desisterit,<sup>6</sup> cùm propterea Paracletum miserit Dominus, ut  
 quoniam humana mediocritas omnia semel capere non poterat, paulatim dirigeretur &  
 ordinaretur & ad perfectum perduceretur disciplina, ab illo vicario Domini spiritu lan  
 go. Adhuc inquit, multa habeo loqui vobis, sed nondum potestis ea bâtilare: Cùm vene  
 rit ille sp̄ritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem,<sup>7</sup> & superuenientia renuntiat  
 vobis.<sup>8</sup> Sed & supra de hoc eius opere pronuntiavit. Quæ est ergo Paracleti administra  
 tio nisi hæc, quod disciplina dirigitur, quod scripture reuelantur, quod intellectus refor  
 matur, quod ad meliora proficitur? Nihil sine ætate est, omnia tempus expectat. Denique  
 Ecclesiastes,<sup>9</sup> Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam, paulatim ad fructum  
 promoueri. Granum est primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuseula eniçit.  
 Deinde rami & frondes inualescent, & totum arboris nomen expandit, inde germi  
 nis tumor, & flos de germine soluitur, & de flore fructus apertus. Is quoque rudis ali  
 quandiu & informis, paulatim ætatem suam dirigens,<sup>10</sup> eruditus in manufactum inem  
 poris. Sic & iustitia (nam idem Deus iustitia & creature) primò fuit in rudimenti,  
 nativa Deum metuens: dehinc per legem & Prophetas promovit in infantiam: dehinc  
 per Euangelium effervuit in iuuentutem: nunc per Paracletum componitur in maturi  
 tatem. Hic erit solus à Christo magister & dicendus & verendus. Non enim ab eo lope  
 tur,<sup>11</sup> sed quæ mandantur à Christo.<sup>12</sup> Hic solus antecessor, quia solus post Christum.  
 Hunc qui receperunt, veritatem consuetudini anteponunt. Hunc qui audierunt vige  
 CAP. I. non olim prophetantem, virginis conteguunt. [<sup>13</sup> Sed nolo interim hunc morem vari  
 tati deputare. Consuetudo sit tantisper, ut consuetudini etiam consuetudinem opponam.  
 Per Græciam &<sup>14</sup> quasdam Barbarias eius, plures Ecclesiæ virginis suas abscondunt, sicut  
 & sub hoc celo institutum istud alicubi, ne qui gentilitati Græcanica aut Barbarica  
 consuetudinem illam ascribat. Sed eas ego Ecclesiæ proposui, quas & ipsi Apostoli vel  
 Apostoli ci vii considereret, & puto ante quasdam. Habent igitur & illæ eandem consue  
 tudinis auctoritatem, tempora & antecelfores opponunt magis quam posteræ ista. Quid  
 obseruabimus, quid deligenus? Non possumus respuere confuerudinæ, quam dannare non  
 possumus, ut potè non extraneam, quia non extraneorum, cum quibus scilicet commun  
 icamus<sup>15</sup> ius pacis & nomen fraternitatis. Vna nobis & illis fides, vnu Deus, idem Christus,  
 eadem spes, eadem<sup>16</sup> lauaci sacramenta.<sup>17</sup> Semel dixerim, vna Ecclesia sumus, in  
 nostrum est, quodcumq; nostrorum est. Ceterum diuidis corpus: tam hic, sicut in omnibus  
 variè institutis & dubiis & incertis fieri solet, adhibenda fuit examinatio,<sup>18</sup> quæ magis erit  
 duabus tam diuersis consuetudinibus disciplinæ Dei conueniret. Et utique ea deligenda,  
 quæ virginis includit, soli Deo notas, quibus præter quod à Deo non ab hominibus ce  
 ptanda gloria est, etiam ipsum bonum suum erubescendum est. Virginem magis laudandum  
 quam vituperando confundas: quia delicti durior frons est, ab ipso & in ipso delicto imp  
 udentiam docta. Nam illam consuetudinem, quæ virginis negat dū ostendit, nemo pro  
 basset, nisi aliquæ tales quales virginis ipsa. Tales enim oculi volent generi virginem visam, que  
 les habet virgo quæ videti voler. Inuicem se eadem oculorum genera defiderant. Einusdem  
 libidinis est videri, & videre. Tam sancti viri est<sup>19</sup> subfundit, si virginē viderit, quam fandæ  
 simi antecessores. Tamen tolerabilius apud nos ad usque proximè, utrique consuetudini  
 communicabatur. Arbitrio permissa res erat, ut quæque voluissest aut regi aut proficeret, scilicet  
 & nubere: quod & ipsum neque cogitur neque prohibetur. Contenta erat veritas pe  
 cissi cum consuetudine, ut tacitè sub consuetudinis nomine frueretur se vel ex parte. Sed  
 quoniam cooperat agnitus proficeret, ut per licentiam utriusque moris indicium melius  
 partis emerget, statim ille aduerfarius honorū, multo que institutorum, opus suum fecit.  
 Ambiunt virginis hominū aduersus virginis Dei, nuda planè fronte temerariè audaciam  
 excitata. Et virginis videtur quæ aliquid à viris petere possunt, nedum tale factum, ut  
 licet æmulæ carum, tanto magis liberæ, quanto Christi solius ancillæ, dedantur illis. Scan  
 dalizamus,

A dalizamur, inquit, quia aliter aliae incedunt: & malunt scandalizari, quam prouocari.  
 Scandalum, nisi fallor, non bona rei, sed mala exemplum est, aedificans ad delictum. Bonae res neminem scandalizant, nisi malam metem. Si bonum est modestia, verecundia, fastidium gloriae, soli Deo captans placere: agnoscant malum suum, quae de tali bono scandalizantur. Quid enim si & incontinentes dicant se a continentibus scandalizari, continetia reuocanda est: & ne multi nobis scandalizentur,<sup>23</sup> monogamia recusanda est? Cur non magis haec querantur scandalio sibi esse petulantiam, impudentiam ostentatiam virginitatis? Propter eiusmodi igitur capita nundinatitia, trahatur virgines sancta in Ecclesiam, erubescentes quod cognoscantur in medio, pauentes quod detegatur accersitae quasi ad stuprum. Non minus enim & hoc pati nolunt. Omnis publicatio virginis bona, stupri passio est. Et tamen vim carnis pati, minus est; quia de officio naturae venit. Sed cum spiritus ipse violatur in virgine, sublato velamine didicit amittere quod tuebatur.<sup>24</sup> O sacrilega manus, qua dicatum Deo habitum detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc a virgine electum cognouisset? Denudasti puellam a capite, & tota iam virgo sibi non est alia est facta. Exurge igitur veritas, & quasi de patientia erumpe, nullam volo consuetudinem defendas; nam iam & illa consuetudine, sub qua te fruebaris, expungitur. Te esse demonstra quae virginis tegit. Ipsa scripturas tuas interpretare, quas consuetudo non novit. Si enim nosset, nunquam esset. [25] Quatenus autem & de scriptis aduersus veritatem C A P. IIII. argumentari consuetudo est, statim opponitur nobis, nullam mentionem virginum ab Apostolo factam, vbi de velamine praefinit, sed tantum mulieres nominatas: cum si voluisset, & 1. Cor. 11. virginis tegi, de virginibus quoque cum mulieribus nominatis pronuntiasset: <sup>26</sup> quomodo illic, inquit, vbi de nuptiis tractat, quid pro seruandum sit etiam de virginibus, declarat: 1. Cor. 7. Itaque non contineri eas lege velandi capitum, ut non nominatas in hac lege: immo ex hoc non velari quae non iubentur, quae nec nominantur. Sed & nos eandem argumentationem retrahemus. Qui enim sciebat alias utriusque generis facere mentionem, virginis dico, & mulieris, id est non virginis, ex causa distinctionis, in his in quibus non nominat virginem, non faciens distinctionem, offendit conditionis communionem. Ceterum potuit hic quoque constituere differentiam inter virginem & mulierem, sicut alibi dicit.<sup>27</sup> Diuisa est mulier & virgo: igitur quas non diuisit, tacendo<sup>28</sup> inalterauit. Nec tam quia illuc diuisa est & mulier & virgo, hic quoque patrocinabitur illa diuiso, ut quidem volunt. Quanta enim alibi dicta, non valent, vbi dicta scilicet non sunt, nisi si eadem sit causa, quae alibi, ut sufficiat semel dictum? Illa autem causa virginis & mulieris longe diuisa est ab hac specie. Diuisa est, inquit, mulier & virgo, quare? quoniam infupta, id est, virgo, cogitat ea quae sunt Domini, ut sit sancta, & corpore & spiritu. Nupta autem, id est, non virgo, cogitat quomodo placeat viro. Hac erit interpretatio diuisionis illius, nullum habens locum in isto capitulo, in quo neque de nuptiis, neque de animo & cogitatu mulieris & virginis, pronuntiatum, sed de capite velado. Cuius nullam volens esse disceptationem, Spiritus sanctus uno nomine mulieris, etiam virginem intelligi voluit, quam propriè non nominando à muliere non separauit, & non separando coniunxit ei à qua non separauit. Nouum est nunc ergo principali vocabulo vti, & cetera nihilominus in eo vocabulo intelligi, vbi nulla est necessitas singillatim distinguendæ vniuersitatis? Naturaliter compendium sermonis & gratum & necessarium est: quoniam sermo lacinosus, & onerosus & vanus est. Sic & generalibus vocabulis contenti sumus comprehendentibus in se specialium intellectum. Ergo iam de vocabulo ipso. Naturale vocabulum est feminina.<sup>29</sup> Naturalis vocabuli generale mulier. Generales etiam speciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiam atatis nomina accedunt. Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est: & <sup>30</sup> subiectiu[m] antecessuo, & portionale vniuersali: in ipso intelligitur cui subiicitur, & in ipso significatur, quia in ipso continetur. Sic nec manus, nec pes, nec vllum membrorum desiderat significari corpore nominato. Et si mundum dixeris, illuc erit & cœlum, & quae in eo, sol, & luna, & sidera, & astræ, & terra, & freta, & <sup>31</sup> omnis census elementorum. Omnia dixeris, cum id dixeris quod ex omnibus constat. Sic & mulier nominando, quicquid est mulieris nominavit. [32] Sed C A P. V. quoniam ita mulieris nomen usurpat, ut non putent competere illud nisi ei soli quae virū passa sit; probari à nobis oportet proprietatem eius vocabuli, ad sexum ipsum, non ad gradum sexus pertinere, quo communiter etiam virgines censeantur. Cum hoc genus secundum hominis à Deo factum est, in adiutorium hominis; femina illa, statim mulier est cognominata, adhuc fœlix,<sup>33</sup> adhuc digna paradise, adhuc virgo. Vocabitur, inquit, mu-

ULLIAN,  
notationibus  
TELII.

V.  
16.

lier. Habes itaque nomen, non dico iam virginis commune, sed proprium, quod à principio virgo sortita est. Sed ingeniosè quidam de futuro volunt dictum: Vocabitur mulier, quasi quæ hoc futura esset, cùm virginitatem resignasset: quoniam & adiecit, Propterea relinquit hominem patrem & matrem, &<sup>34</sup> conglutinabitur mulieri sua, &<sup>35</sup> erunt duo in carnem unam. Ostendant igitur primò, vbi sit subtilitas ista, si de futuro mulier cognominata est, quod interea vocabulum acceperit. Non potest enim sine vocabulo præsentis qualitatibus suæ fuisse. Ceterum quale est vt quæ in futurū vocaretur nomine designato, in presenti nihil cognominaretur? Omnibus animalibus Adam nomina imposuit, & nemini ex futura conditione, sed ex præsenti institutione, cui conditio quæcunque seruiret, hoc appellata, quod à primordio voluit; quid ergo tunc vocabatur? Atquin quotiescumque in scriptura nominatur, mulier appellatur, antequam nupta, & nunquam virgo cùm virgo. Hoc nomen tum unum illi fuit, & quando nihil<sup>36</sup> propheticō modo dictum est. Nam cùm scriptura refert fuisse nudos duos, Adam & mulierem eius, nec hoc de futuro sapit, quasi mulierem dixerit eius in praefatio vxoris. Sed quoniam & innupta illius mulier, de substantia ipsius: Hoc, inquit, os ex ossibus meis, &<sup>37</sup> caro ex carne mea vocabitur mulier. Hinc ergo tacita conscientia naturæ, ipsa diuinitas animæ in usum sermonis edidit nescientibus hominibus (sicut & alia multa, quæ ex scriptura fieri & dici solere alibi poterimus ostendere) vt mulieres nostras dicamus vxores, quamquam & impræi quædam loquamur.<sup>38</sup> Nam & Græci qui magis vocabulo mulieris in vxore vtuntur,<sup>39</sup> alia habent propria vocabula vxoris. Sed malo hunc usum ad scripturæ testimonium deputare. Vt enim duo in viam carnem efficiuntur per matrimonij nexum, caro ex carne, & os ex offibus, vocatur secundum originem mulier eius, ex cuius substantia incipit censeri factavox. Ita mulier non naturæ nomen est vxoris, sed vxor conditione nomen est mulieris. Denique mulier & non vxor dici potest; non mulier autem vxor dici nō potest, quia nec cœlestis. Constituto igitur nomine nouæ feminæ, quod est mulier, & explicito quod prius fuit, id est nomine assignato, conuertit iam ad propheticam rationem, vt diceret,<sup>40</sup> Propter hoc vbi supradic.  
*vbi supradic.* relinquet hominem patrem & matrem. Adeò separatum est nomen à prophetia, quantum ab ipsa persona, vt non vtique de ipsa Eua dixerit, sed in illas feminas futuras, quæ à matrice generis feminini nominari. Alioquin nō Adam relicturus erat patrem & metrem, quos non habebat, propter Euam. Ergo non ad Euam pertinet, quia nec ad Adam, quod propheticè dictum est. De maritorum enim conditione prædictum, qui ob mulierem parentes suos erant relicturi, quod in Euam cadere non potuit, quia nec in Adam. Sit ita res est, apparet non propter futuram, mulierem cognominatam, ad quam futurum nō pertinebat. Èò accedit quod ipse rationem eius nominis edidit. Cùm enim dixisset, Vocabitur mulier,<sup>42</sup> quoniam ex viro suo sumpta est, & ipso adhuc virgine,<sup>43</sup> Sed dicemus & de viri nomine suo loco. Nemo itaque nomen ad prophetiam interpretetur, quod ex aliis significatione deductum est: præsertim cùm appareat, vbi de futuro nomen acceptum. Licet scilicet,<sup>44</sup> vbi Eua cognominatur, personali iam vocabulo, quia naturæ precesserat. Si enim Eua mater viuentium est, ecce ex futuro cognominatur, ecce vxor & non virgo prænuntiatur, hoc erit vocabulum nuptiarum. Ex nupta enim mater. Ita hic quoque ostenditur non de futuro mulierem tunc nominatam, quæ postmodum acceptura erat futura conditionis suæ nomen. Responsum satis est ad hanc partem. [45] Videamus nunc iste Apostolus formam vocabuli istius secundum Genesim obseruet, sexui deputans illud, sic mulierem vocans virginem Mariam, quemadmodum & Genesim Euam. Scribens enim ad Galatas, Misit, inquit, Deus filium suum factum ex muliere. Quam vtique virginem constat fuisse,<sup>46</sup> licet Hebion resistat. Agnosco & angelum Gabrielem ad virginem missum, sed cùm benedicit illam, inter mulieres, non inter virgines deputat:<sup>47</sup> Benedicta tu inter mulieres. Sciebat & angelus mulierem etiam virginem dici. Sed & ad hanc duo ingeniosè quidam respondisse sibi visus est, quoniam quidem sponsata est Maria, idcirco & ab angelo & ab Apostolo mulierem pronuntiatam.<sup>48</sup> Desponsata enim, quodammodo impinguata. Tamen inter quodammodo, & verum, satis interest dūtaxat hoc in loco. Nam alibi in alieno habendum est. Nunc verò non quasi iam nuptam mulierem Mariam pronuntiantur, sed quasi nihilominus feminam, etiamsi non sponsam, quasi hoc à primordio dictam. Ille lud enim præiudicet necesse est, à quo forma descendit. Ceterum quod pertineat ad hoc capitulum, si hic desponsata adæquat, vt ideo mulier dicta sit Maria, non quæ feminam, sed quæ maritata, iam ergo Christus non ex virgine natus est, quia ex sponsata quæ virgo.

*Gen. 3.**Gal. 4.**Luc. 1.*

A virgo esse desierit hoc nomine. Quod si ex virginе natus est, licet ex despōnsata tamen integrā, agnosce mulierem etiam virginem, etiam integrā dīci. Hic certè nihil prophetiē dictū videri potest, vt futuram mulierem, id est nuptam Apostolus nominari, dicen- Gal. 4.  
do, factum ex muliere. Non enim poterat posteriorem mulierem nominare, de qua Christus nasci non habebat, id est virum passam: sed illa quae erat præsens, quae erat virgo, & mulier vocabatur post vocabulū huius proprietatem, secundum primordij formam, virginī, & ita vniuerso mulierum generi defensam. [49] Conuertamus ad ipsas iam rationes Cat. VII.  
recensendas, per quas Apostolus docet velati fœminam oportere, an cædem etiam virginibus competant: vt ex hoc quoque vocabulū communio inter virgines & non virginē constet, dum cædem velaminis causæ in utraque parte deprehenduntur. Si caput mulieris, vir est, utique & virginis, de qua fit mulier, illa quae nupsit: nisi si virgo tertium 1. Cor. II.  
genus est monstruorum aliquod sui capitatis. Si mulieri turpe est radi sive tonderi, utique & virginis.<sup>50</sup> Proinde viderit seculum æmulum Dei, si ita virginī cæsum capillum decori mētitur, quemadmodum & puero permīssum. Ergo cui æquē non conuenit radi sive tonderi, æquē conuenit operiri. Si gloria viri est mulier, quanto magis virgo, que & gloria sibi est? Ibidem.  
Si mulier ex viro & propter virum, costa illa Adæ virgo primum fuit. <sup>51</sup> Si mulier potesta- Ibidem.  
tem habere super caput debet, vel eo iustius virgo, ad quam pertinet quod in causa est. Si Gen. 2.  
enim <sup>52</sup> propter angelos, scilicet quos legimus a Deo & cælo ex aliis, ob concupiscentia 1. Cor. II.  
fœminarum; quis præsumere potest tales angelos, maculata iam corpora, & humana libidinis reliquias desiderasse, vt nō ad virginēs potius exarserint, <sup>53</sup> quarum flos, etiam humanam libidinem excussat? Nam & scriptura sic suggerit. Et factum est, inquit, cum Gen. 6.  
cepissent homines plures fieri super terram, & filiae natæ sunt eis. Confiscati autem filii Dei, filias hominum, quod pulchrae essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt. <sup>54</sup> Hic enim nomen mulierum Græcum, uxoris sapit, quia de nuptiis mentio est. Cum ergo filias hominum dicit, manifestè virgines portendit, quæ adhuc apud parentes deputarentur: nam nuptæ maritorum nuncupantur: cum potuerit dixisse uxores homini- 2. Cor. 13.  
num æquē, non adulteros nominans angelos, sed maritos, dum innuptas sumunt filias hominum, quas natas suprà dixit, sic quoque virginēs significans. Suprà natas, at hic an-  
gelis nuptas, aliud eas nescio quām natas, & dehinc nuptas. Debet ergo adumbrari facies tam periculosa, quæ usque ad cœlum scandala iaculata est, vt cum Deo assistens, cui rea est angelorum exterminatorum, <sup>55</sup> ceteris quoque angelis erubescat, & malam illam aliquid libertatem capitū sui comprimat, iam nec hominum oculis offerendam. Sed & si contaminatas iam fœminas angeli illi appetissent, tanto magis propter angelos virginēs velari debuissent, quanto magis propter virginēs angelī deliquisse potuissent. Si autē & naturæ præiudicium adiicit Apostolus, quod honor sit mulieris redundantia capillo- 1. Cor. IX.  
rum, quia coma pro opere signe est: utique hoc maximè virgini insigne est, quarum &  
omnatus ipse, propriè sic est, <sup>56</sup> vt concumulata in verticem, ipsam capitū arcem ambitu crinum conteget. [57] Horum certè omnium contraria efficiunt, ne vir caput velet: scilicet CA. VIII.  
cet quia non sit naturaliter cōsecutus ambitionem capillorum, quia radi sive tonderi non fit turpe illi, quia non propter illum angeli exorbitarint, quia gloria & imago Dei sit, quia caput eius Christus. Itaque cum de viro & muliere Apostolus tractet, cur illam oporteat velari, illum verò non, apparet cur & virginis silentium fecerit: eadem ratione scilicet virginem in muliere intelligentiam finens, <sup>58</sup> qua & puerum ut in viro deputandum non minuit, totum ordinem utriusque sexus propriis vocabulis complexus, mulieris & viri. Sic Adam etiam adhuc integer, vir in Genesi est cognominatus: Vocabitur, inquit, mu- Gen. 2.  
lier, quia de viro suo sumpta est. <sup>59</sup> Sic vir Adam ante nuptiarum cōgressum, quemadmo-  
dum & Eua mulier. De utraque parte satis ad vniuersam speciem cuiusque sexus Aposto- 1. Cor. IV.  
lus pronunciauit, & breuiter & plenè, tam instructa definitione, Omnis, inquit, mulier. Quid est omnis? nisi omnis generis, omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis,  
omnis ætatis. Siquidem omne totum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars au-  
tem mulieris & virgo est. Æquē & de viro non velando, Omnis, inquit. Ecce duo diuersa Ibidem.  
nomina, Vir & Mulier, Omnis uterque. Dux leges obnoxia inuicem, hinc velandi, inde nudandi. Igitur si eo quod dictum sit omnis vir, commune est nomen viri, etiam nondum viri, <sup>60</sup> masculi inuestis: commune autem cum sit nomen secundum naturam, communis est & lex non velandi eius, <sup>61</sup> qui inter viros virgo est secundum disciplinam: cur non præ-  
dicatum sit proinde & mulierem virginem omnem muliere nominata contineri con-

ULLIANO  
in statu onibus  
TELII.

V  
16

soratio nominis, ut continetur & communione legis. Si virgo mulier non est, nec vir inuestis est. Si non operitur virgo, quia mulier non sit, operiatur inuestis, quia vir non sit. Eiusdem virginitatis aqua sit venia. Sicut virgines non coguntur velari, ita pueri non iubentur reuelari. Cur ex parte definitionem Apostoli agnoscimus absolutam, circa omnem virum,

<sup>62</sup> nec detractamus, quare non & puerum nominarit: ex parte autem praeuaricamur, & que nem non habemus, neque Ecclesia Dei. Ostendit contentionem aliquam de ista specie fuisse, ad quam extinguidam toto compendio vsus est: neque virginem nominans, ut ostendat dubitandum de velanda non esse, & omnem nominas mulierem, cum nominaret virginem. Sic & ipsi Corinthij intellexerunt. <sup>63</sup> Hodie denique virgines suas Corinthis velant.

**C. 9.** Quid docuerint Apostoli, qui didicerunt, approbat. [ <sup>64</sup> Videamus nunc, an sicut natura & causae argumenta virginis quoque competere monstrauimus, ita etiam disciplina Ecclesiastica prescripta de muliere in virginem spectent. <sup>65</sup> Non permititur mulieri in Ecclesia loqui, sed nec docere, <sup>66</sup> nec tingere, <sup>67</sup> nec offerre, <sup>68</sup> nec ullius virilis munera, ned nisi cerdotalis officij forte fibi vendicare. Quia ramus an aliquid horum virginis licet. Si virginis non licet, sed in omnibus eadem conditione subiicitur, & necessitas humilitatis cum muliere censemur, vnde illi unum hoc licebit quod omni feminis non licet? Quid prerogatiua meretur aduersari conditionem suam, si qua virgo est, & carnem suam sanctificare proponuit? <sup>69</sup> Idcirco velaminis venia fit illi, vt in Ecclesiam notabilis & insignis introeat, vt honorem sanctitatis in libertate capitii ostendat. Potuit dignissimus honorarium praecogitatu virilis aut gradus, aut officij, plane scio alicubi virginem <sup>70</sup> in viduatu ab annis nondum viginti collocatam. <sup>71</sup> Cui si quid refrigerij debuerat <sup>72</sup> episcopus, alter utique fabo respectu disciplinae praestare potuisset, ne tale nunc miraculum, ne dixerim monstrum, in Ecclesia denotaretur: virgo vidua hoc quidem portentuosis, quod nec quae vidua caput texit, vtrunque se negans, & virginem quae vidua deputetur, & viduam quae virgo dicatur.

**1. Tim. 5.** Sed ea auctoritate illic sedet infecta, qua & virgo. <sup>73</sup> Ad quam sedem prae annos sexaginta non tantum vniuersitatem, id est nuptiae aliquando eliguntur, sed & matres & quidem edatrices filiorum: scilicet, vt experimentis omnium affectuum structae, faciliter norint certas & consilio & solatio iuuare, & vt nihilominus ea decucurrerint, per quae feminis probabili potest, adeo nihil virginis ad honorem de loco permisum est. [ <sup>74</sup> Sic nec de aliquibus insignibus. Ceterum satis inhumanum, si feminis quidem per omnia viris subdit, honorigeram notam virginitatis suae praferant, qua suspiciantur & circumspiciantur & magnificetur a fratribus: <sup>75</sup> viri autem sunt virgines, tot spadones voluntarii <sup>76</sup> caco bono solo incedant, nihil gestantes, quod & ipsos faceret illustres. Debebunt etiam & ipsi <sup>77</sup> aliqui fibi insignia defendere, <sup>78</sup> aut pennas Garamantum, <sup>79</sup> aut crobylos Barbarorum, aut <sup>80</sup> cadas Atheniensium, aut <sup>81</sup> cirros Germanorum, <sup>82</sup> aut stigmata Britonum: Aut ex diuinitate, capite velati in Ecclesia lateant. Certi sumus spiritum sanctum magis masculis tales, quid subscribere potuisse, si feminis subscripisset: cum praeferre sexus auctoritatem, etiam ipsius continentiae nomine masculos potius honori oportuisset. Quorum quanto fons dignior omni ostentatione: si ostentatio, virginitatis est dignitas. <sup>83</sup> Non enim & continenterauerunt? Nā virginitas gratia constat, continentia vero virtute. Non concupiscentia concupiscendo inoleveris, grande certamen est. Cuius autem concupiscentia ignorans fructum, facile non concupisces, aduersarium non habens, concupiscentiam fructus. Quomodo ergo non magis viris aliquid tale Deus in honorem subscripisset, vel quia familiari, scilicet imaginis suae, vel quia plus laboranti? Si autem nihil masculo, multo magis feminæ. [ <sup>85</sup> Sed quod supra intermisimus, ex parte subsequuta disputationis, ne cohæstoli absolute definitione, omnem mulierem etiam omnis aetatis intelligendam: responde ex diuerso habebat, ergo a nativitate & a primo nomine aetatis, virginem operi oportet. Non ita est autem, sed ex quo se intelligere ceperit, & sensum naturæ suæ intrare, & de

**1. Cor. 11.** virginis exire, & pati nouum illud quod alterius aetatis est. Nam & principes gentes Adam & Eva quamdiu intellectu carebant, nudi agebant. At ubi <sup>88</sup> de arbore agnitionis gustauerunt, nihil primum senserunt quam erubescendum. Itaque sui quique sexus indelectum tegmine notauerunt. Sed & si propter angelos velanda est, sine dubio ab ea aetate

A lex velaminis operabitur, à qua potuerunt filiae hominum concupiscentiam sui adducere, & nuptias pati. Ex illo enim virgo definit, ex quo potest non esse. Et <sup>89</sup> ideo penes Israhel illicitum est ad virum tradere, nisi post contestatam sanguine maturitatem: ita ante hunc indicem <sup>90</sup> acerba res est. Igitur si tam diu virgo, quam diu acerba est, definit virginem cum matura cognoscitur, & vt non virgo iam legi applicatur, sicut & nuptiis. Et <sup>91</sup> desponsatae quidem habent exemplum Rebeccae, qua cum ad sponsum ignotu adhuc ignota perdulceretur, simul ipsum cognovit esse, quem de longinquu perspexerat, non sustinuit dexteræ colluctationem, nec oculi congreßionem, nec salutationis cōmunicationem, sed confessa quod senierat, id est spiritu nuptiam, negauit virginem velata ibidem. O mulierem iam de Christi disciplina. <sup>92</sup> Ostendit enim etia nuptias de aspectu & animo fieri, quemadmodum stuprum: nisi quod etiam Rebeccam quidam adhuc velant: de ceteris vero, id est, quæ de sponsatae non sunt, viderit parentum procrastinatio ex <sup>93</sup> angustiis vel scrupulositatib de scendens, <sup>94</sup> viderit & ipsum continentia votum. Nihil pertinet ad ætatem fua spatiæ cur rentem, sive que debita maturitati lucentem. Alia in occulto mater, natura: & alijs in latenti pater, tempus, filiam suam legibus suis maritarunt. Aspice nuptiam iam illam tuam virginem, & animam expectatione, & carnem transfiguratione, <sup>95</sup> cui tu secundum paras maritum. <sup>96</sup> Iam & vox obsolefacta est, & membra completa sunt, & pudor ubique vestitur, & <sup>97</sup> mens tributa defendunt: ac tu mulierem negas quam muliebria pati dicis. Si congressio viri mulierem facit, non tegantur, nisi post ipsam nuptiarum passionem. <sup>98</sup> Atquin etiam apud ethnicos velata ad virum ducuntur. Si autem ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixta sunt, per osculum & dexteræ, per quæ primum resignarunt pudorem spiritu, per commune conscientiæ pignus, quo totam condixerunt cōfusione, quanto magis tempus illas velabit, sine <sup>99</sup> quo sponsari non possunt, & quo vrgente sine sponsalibus virgines desinunt esse? Tempus etiam ethnici obseruant, ut ex lege naturæ iuria sua statibus reddant. <sup>100</sup> Nam foeminas quidem à duodecim annis, masculum verò à duobus amplius ad negotia mitrunt, pubertatem in annis, non spousalibus aut nuptiis decementes. Materfamilia vocatur licet virgo, & paterfamilia licet inuestis. A nobis nec naturalia obseruantur, quasi alius sit Deus naturæ quam noster. [ <sup>101</sup> Agnosce & mulierem, agnosce & nuptiam de testimonio & corporis & spiritus, qua patitur & in conscientia & in carne. Ha sunt tabellæ <sup>102</sup> priores naturalium sponsalium & nuptiarum. Imponit velamen extrinsecus, habenti regumen intrinsecus. Tegantur etiam superiora, cuius inferiora nuda non sunt. Vis scire quæ sit ætatis auctoritas? Propone utramque, immatûre compressam in habitu mulieris, & quæ maturitate progressa in virginitate daret cum suo habitu, faciliter illa mulier negabitur, quam ista virgo credetur. Tanta est adeo fides etatis, vt nec habitu obstrui possit. Quid quod etiam ha nostra etiam habitu mutationem etatis confitentur, similiusque se mulieres intellexerunt, de <sup>103</sup> virginibus edificant, à capite quidem ipso deponentes quod fuerunt: vertunt capillum, & in acie lasciuio comam sibi inferunt, crinibus à fronte diuisis apertam professæ <sup>104</sup> mulieritatem. <sup>C</sup>lam & consilium formæ à speculo petunt, & faciem morosiorum lauacro macerant, forfitan & aliquo eam medicamine interpolant, <sup>105</sup> pallium extrinsecus iactant, <sup>106</sup> calcum stipant multiformem, plus instrumenti ad balneas deferunt. Quid singula persequar? Sollemne manifestæ paraturæ totam circumferunt mulieritatem. Sed <sup>107</sup> virginari volunt sola capitï nuditate, uno habitu negantes quod toto suggestu profitentur. [ <sup>108</sup> Si propter homines habitu abutuntur, impleant illum etiam in hoc, vt & apud ethnicos caput velent. Certè in Ecclesiæ virginitatem suam abscondant, quam extra Ecclesiam celant. Timent extraneos, reuereantur & fratres: aut constanter audiat & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Laudabo vigorem, si aliquid & apud ethnicos virginitatis nondinarint. Eadem natura foris quæ & intus, eadem institutio apud homines & apud Dominum eadem libertate constat. <sup>109</sup> Quo ergo foris quidem bonū suum abstrudit, in Ecclesia vero prouulgant? Exposco rationem. Vtrumne vt fratribus suis placeat, an vt ipsi Deo? Sicut ipsi Deo: tam idoneus est ad conspicienda quaque in occulto sit, quam iustus ad remuneranda quæ soli sibi fiunt. Deniq; præcipit, nihil <sup>110</sup> debuccinemus eorum <sup>111</sup> quæ a- <sup>112</sup> Matth. 6. pudillum mercedem merebuntur, nec ea ab hominibus cōpensemus. Quod si vnius Victoriati, vel quamcumque eleemosynæ operationem, sinistra conscia facere prohibemur, quantum tenebrarum circumfundere debemus, cum tātam oblationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cum illam ipsam naturam consecramus. Ergo

Iij

ULLIAN,  
in statu omnibus  
TELLE.

V.  
16

quod non potest videri propter Deum fieri, quia sic fieri Deus non vult, sequitur ut ho-  
 minum gratia fiat: utique primum illicitum, ut gloria libidinosum. Gloria enim illicitum est  
 eis, quorum probatio in omni humiliatione constat. Et <sup>113</sup> si à Deo confertur continetie vir-  
 tus; Quid gloriariis quasi non acceperis? Si vero non accepisti, quid habes quod datum tibi  
 non est? Hoc ipso autem constat à Deo data tibi non esse, quod illam non soli Deo prefas. Vi-  
 CA. XIII. deamus ergo quod humanū est, an firmum sit & verum. [114] Referunt aliquando dictum  
 à quodā, cum primum quæstio ista tentata est, & quomodo ceteras sollicitabimus ad hu-  
 iusmodi opus. Scilicet felices nos faciat, si plures erunt, & nō Dei gratia vel merita cuius-  
 que. Virgines Ecclesiam, an Ecclesia virgines ornari Deo, sive commendat? Confessus eligi-  
 tur gloriam esse in causa. Porro ubi gloria, illuc sollicitatio, ubi sollicitatio, illuc coactio, ubi  
 coactio, illuc necessitas, ubi necessitas, illuc infirmitas. Merito itaque dum caput nō regunt  
 ut sollicitentur gloria causa, ventres tegere coguntur infirmitatis ruina. Amulatio enim  
 illas, non religio producit; aliquando & ipse Deus venter earū, quia facile virgines frater-  
 nitatis suscipit. Nec tantum autē ruunt, sed & <sup>115</sup> funem longum delictorum sibi adtrahunt.  
 Prolata enim in mediū, & publicato bono suo elata, & fratribus omni honore & chari-  
 tatis operatione cumulata, dum nō latent ubi quid admissum est, tantum dedecoris cogniti  
 quantum honoris habuerunt. Si inectum caput virginitati ascribitur, si qua virgo ex-  
 derit de gratia virginitatis, ne prodatur, intereo permanet capite: & tūc iam alieno ambu-  
 lat habitu, id est quem sibi vendicat virginitas: permanet nihilominus in habitu, vel cum  
 saltē, alieno, ne scilicet mutatione prodatur. Consciæ mulierib[us], iā indubitate audem  
 Matth. 10. nudo capite ad Deū adire. Sed amulator Deus & Dominus, qui dixit, Nihil <sup>116</sup> occulit  
 quod non reuelabitur, plerasque etiam in conspectum deducit. Non enim confitebuntur,  
 nisi ipsorum infantū suorum vagitibus prodit[ur]. Quantū autem plures, nō etiam de pluri-  
 bus sceleribus suspectas habebis? Dicā licet nōlīm, difficilē mulier semel sit, quæ timeri-  
 fi: quæque iam facta potest virginē mentiri sub Deo, quanta item circa vterū suum audi-  
 bit, ne etiam mater detegatur? Scit Deus quot iam infantes & perfici & perduci ad partu  
 integros duxerit, debellatos aliquandiu à matribus. Facillimē semper concipiunt, & facil-  
 cisimē pariunt huiusmodi virgines, & quidem simillimos patribus. Hac admittit flagi-  
 coacta & inuita virginitas. Ipsa concupiscentia non latendi non est pudica: patitur aliquid  
 quod virginis non sit, studium placandi utique & viris. Quantum velis bona mente con-  
 sidera: neceſſe est publicatione sui periclitetur, dum percurrit oculis incertis & multis, dum  
 digitis demonstrantium titillatur, dum nimis amatur, dum inter <sup>117</sup> amplexus & oscula  
 fidua concalescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic soluitur, sic discitur aliter iam ple-  
 metipsam: etiā feminarum oculos pati non vult, alias ipsa oculos habet: cōfugit ad vele-  
 men capitū quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat aduersus <sup>118</sup>  
 tentationum, aduersus iacula scandalorum, aduersus suspicione, & susuros, & amulato-  
 nem, <sup>119</sup> ipsum quoque liuorem. <sup>120</sup> Nam est aliquid etiā apud ethnicos metuendū, quod  
 fascinum vocat, infeliciorem laudis & gloriae enigmioris eucentum. Hoc nos interdiu  
 diabolo interpretamur. ipsius est enim, boni odium, Interdum Deo depudamus, illius et  
 enim, superbiae iudicium, extollentes humiles, & depremptos elatos. Timebit itaque vng-  
 censorium lumen: & gaudebit, sibi soli & Deo nota. Sed & si cui innotuerit, sapit si <sup>121</sup> in-  
 rationibus gradum obtraxerit. Quis enim audebit oculis suis premere faciem clausam fa-  
 ciem non sentientem faciem (vt dixerim) tristem? Quicunque malus cogitatus ipsa feueri-  
 frangetur. Iā se etiam mulierem negat, quæ virginem cœlat. [122] In his consistit defensio  
 nostræ opinionis secundum scripturam, secundum naturam, <sup>123</sup> secundum disciplinam. Scriptura  
 legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinione pro-  
 dest, vel qui diuersæ sententiae color est? Dei est scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina.  
 quicquid contrarium est ipsis, Dei non est. Si scriptura incerta est, natura manifesta est.  
 Et de eius testimonio scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina  
 quid <sup>124</sup> magis Deo ratu sit ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius mode-  
 stia, nihil perosius gloria, & studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi & scriptura, &  
 natura, & disciplina, quod ratum Deo inuenieris, sicut iuberis omnia examinare, & medie-  
 ra quæque sectari. Superest etiam vt ad ipsas conuertamur, quod libentius ita suscipiant.  
 Oro te sive mater, sive soror, sive filia, virgo, <sup>125</sup> secundum annorum nomina dixerim, reha-

A caput: si mater, propter filios: si soror, propter fratres: si filia, propter patres: omnes in tex-  
tares periclitantur, in due armaturā pudoris, circuinduc vallum verecundiarū, murum sexui  
tuo strue, qui nec tuos emittat oculos, nec admittat alienos. Adimple habitum mulieris.  
Ut statum virginis serues, mentire aliquid ex his quae intus sunt, ut soli Deo exhibeas veri-  
tatem, quanquam non mentiris nuptam.<sup>126</sup> Nupsisti enim Christo: illi tradidisti carnem  
tuam, illi sponsasti maturitatem tuā. Incede secundum spōsi tui voluntatē. Christus est qui  
& alienas spōnas & maritatas velari iubet, tisque multo magis suas. [127] Sed & vos ad-  
monemus alterius pudicitia mulieres, quae in nuptias incidistis, ne sic à disciplina velamini-  
nis exolefcatis, ne quidem in momento hora, ut quia reiscere illam non potestis, alio mo-  
do destruatis, neque rectæ, neque nuda incidentes.<sup>128</sup> Mitrīs enim & lanis quādam non  
velant caput, sed conligant, à fronte quidē protectæ: qua propriæ autē caput est, nudæ. Alię  
modicē linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures v̄que demissis cerebrotenus ope-  
riuntur. Misereor si tam infirmo auditu sunt, ut per tegmen audire non possint. Sciat quia  
totum caput mulier est. Limites & fines eius eousque porruguntur, vnde incipit vestis.  
Quantum resoluti crines occupare possunt, tanta est velaminis regio, ut cœrueas quoque  
ambiantur. Ipse enim sunt quas subiectas esse oportet; propter quas potestas supra caput 1. Cor. 11.  
haberi debet, velamen iugum illarum est. Iudicabunt vos<sup>129</sup> Arabiæ fœminæ ethniciæ,  
qua non caput, sed faciem quōque ita totam tegunt, vt uno oculo liberato, contentæ sint  
dimidiā frui lucem, quām<sup>130</sup> totam faciem prostituere. Mault fœmina videre quām  
videri.<sup>131</sup> Quas propterea infœcissimæ ait Romana quādā regina, quōd adamare magis  
quām adamari possint, cū sint vel ex alterius infœcilitatis, & quidem frequentioris, im-  
munitate fœlices, quia facilis adamari quām adamare fœminæ possint. Et ethnicæ qui-  
dem disciplinæ<sup>132</sup> mercior, & (vt ita dixerim) barbarior modestia. Nobis Dominus etiā  
reuelationibus<sup>133</sup> velaminis spatiæ metatus est. Nam cuncta sorori nostræ angelus in som-  
nis cœrueas quasi applauderet verberans, Elegantes, inquit, cœrueas, & merito nudæ, bo-  
num est v̄que ad lumbos à capite veleris, ne & tibi ista cœruecum libertas non proficit. Et  
vique quod vni dixeris, omnibus dixeris. Quantam autem castigationem merebuntur  
etiam illæ,<sup>134</sup> quæ inter Psalmos, vel in<sup>135</sup> quacunque Dei mentione retectæ perseue-  
rant. Meritonē etiam in Oratione ipsa facillimè<sup>136</sup> simbriam, aut villum, aut quodli-  
ber filum cerebro superponunt, & tectas se opinantur? Tanti caput suū metiuntur.<sup>138</sup> Aliæ  
quibus planè maior est palma omni simbria & filo, non minus capite suo abutuntur, vt  
<sup>139</sup> belitia quādam magis quām auis, licet pennata, breui capite, protracta cœrueice, cetera  
altegradia. Hanc aiunt, cum delitescendum habet, caput solum planè totum in condensum  
abstrudere, reliquam se in aperto relinquere. Ita dum in capite secura est, nuda quā  
maior est, capitū tota cum capite. Tales erunt & ista minus quām vtile est tectæ. Opor-  
ter ergo omni tempore & omni loco memores legis incedere, paratas & instruetas ad  
omnem Dei mentionē: qui si fuerit in pectore, cognoscetur & in capite fœminarum. Hæc  
cum bona pace legentibus, utilitatē consuetudini præponentibus, pax & gratia à Domino  
nostro Iesu redundet, cum<sup>140</sup> Septimio Tertulliano, cuius hoc opusculum est.

### ADNOTATIONES IACOBI PAMELI IN LIBRVM DE VELANDIS VIRGINIBVS.

I. DE VIRGINIBVS VELANDIS.] Si vſ-  
quam alibi certe hic adfirmare possum, quod quum multa  
dias Rhenanus probat tractat Terrulliani loci, in nonnullis  
lo vñs est pars saeuent, ne dicam inuita, Delia venari.  
Quippe qui sub finem Argumenti, Autorem omnino a-  
liter interpretetur quām ipſe scripsit, in hac verba: Porro  
(inquit) obseruandum eas virgines, quæ velatae in Eccle-  
siam ventirabant, virgines Dei hic dici; illas veri que-  
sori quidem, hoc est in vicis, propter ethnicos velabantur,  
uterum in ipso caeo Christianorum sive Ecclesia nudato-  
fabant capite, virgines hominum appellari, iuxta illud  
Genesios filij Dei, & filia hominum. Neque enim virgi-  
nes hominum, quas vocat Autbor, in Ecclesiis dumta-  
xat, sed & in vicis & ubique recte capite incedebant,

donec iam desporsate nuptiis essent proxima. Arque hinc  
dicuntur c. 3, non regi, sed profitui, & nuda planè  
fronte temerariè audacitatem excitat, tamquam quæ  
aliquid à viris peterent, ambiere aduersus virgines  
Dei, eo quod aliter incederent, nempe velate. Deinde  
eisdem increpat, quod, quum reliquo habitu mulie-  
ritatem profitetur, sola capitis nuditate virginari,  
id est: pro virginibus haberi vellent. At econtra virginis  
Dei increpat, quod quum foris velari soleant, in  
Ecclesia ostentationis gratia caput nudent. Sic c. 9, vt in  
Ecclesiâ notabilis & insignis introcat, vt honore  
sanctitatis in libertate capitis offendat. & cap. 13.  
Certe (inquit) in Ecclesiâ virginitatē suam abcon-  
dant, quæ extra Ecclesiâ cœlant. Timet extraneos,

ii. iii

ULLIAN,  
in stationibus  
PAMEL.

V  
16

## Adnotat. in lib.

374

reverentur & fratres. Aut constanter audeant & in vicis virgines videri, sicut audent in Ecclesiis. Verum de hoc hactenus.

Alius est error Rhenani manifestior, qui ex ipso contextu Lectoris concurrit, quod dubitet an virgines Dei, de quibus supra, consecratae fuerint, aut professionem fecerint, addens nullam prorsus eius rei licet mentionem fieri. Cuius tamen contrarium mecum indicabit aquos Lector, qui sequentes Tertulliani phrasēs penitus inficeret. Primum cap. 3. dicuntur tanto magis liberae, quanto Christi solius ancillæ. item: virgines sancte. Quod ut queat alio retorqueri, certe illud non potest: O factilega manus, qua dicatum Deo habitur (en consecrationem etiam ipsius Velaminis virginum Dei, de quo tamen etiam Rhenanus negat licet agi) detrahere potuerunt. Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum (en voluntariam electionem) cognouisset? Cui similiter cap. 9. Siqua (inquit) virgo est, & carnem suam sanctificare proponit. Iam ergo ad professionem numquid illud pertinet cap. 11. Viderit & ipsum continentie votum? Apertius est illud cap. 13. Cum tantam oblationem Deo offerimus, ipsius corporis & ipsius spiritus nostri, cum illam ipsam naturali consecramus. Denique & illud cap. 16. Nupsiisti enim Christo; illi tradidisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Bene quidem habet, quod melius Erasmo sentiens, ibidem subiungit. Posterior atque, nemp̄ D. Ambroſi, sacratas virgines habuit, & velatas ab Episcopo. Hinc illud apud eum Autorem lib. 3. de Virginibus: Dicite quantas Alexandrina, totiusque Orientis & Africana Ecclesia quotannis sacrare conseruerint. Pauiores hūi homines produnt, quam illuc virgines consecrantur. Item max: Auctum etiam plerique matuoriis etatis virgines esse velandas. Neque ego abnuo, Sacerdotalis esse cautionis debere, ut non temere pueri veletur. Et infra: Nec minore in adolescentia professionem. At etiam media illa etate, immo & ab Apostolorum temporibus, continentia in viris supra ostendimus lib. de Cultu fœmin. cap. 9. num. 51. & in fœminis, Virginitatem voti antiquitatem, Adnotat. nostris in dictam lib. B. Cyprian. de Habit. virgin. num. 18. & in epift. 62. ad Pompon. de Virgin. num. 9. Loci autem ibi ex Tertull. preterea citati sunt isti. Alter lib. 1. ad Virg.: Quae (inquit) nulla formæ vel etatis occasione prelata maritis sanctitatem anteponunt. Malunt enim Deo nubere; Deo speciole, Deo sunt puellæ; cum illo viuunt, cum illo sermocinantur, illum diebus ac noctibus tractant; orationes suas velut doles illi adsignant; ab eodem dignationem velut munera maritalia, quotiescumque desiderant, consequuntur. Et quod ad professionem propriam pertinet (nam de viduis eandem rationem esse ibidem diximus:) Nihil (inquit) viduati apud Deum subsignata necessarium est quām persecutare. Alter vero sub finem lib. Exhort. ad castit. Quantæ igitur (inquit) & quæ in Ecclesiis ordinari in Ecclesiis solent, quæ Deo nubere maluerunt, quæ carnis sua honorem instituerunt, quæque se iam illius pudoris filias dedicauerunt. Eode pertinet & illud lib. de Relig. carn. Tom. sequ. Virginitas quoque & viduitas Deo aduentur: & quod apertius est lib. de Monogamia, ubi tractans locum Apostoli 1. Tim. 4. Habentes (inquit) iudicium quod primam fidem rescederunt, illam

videlicet, à qua in viduitate inuenient & professe eam, non perleuant. De recentioribus taceat, quandoquidem Rhen. citra Ambrosij atatem, Virginum velatum professionem agnoscit. Addam diam atax eis Astores veteres, apud quos quoniam de Virginitate ex prefib scripterint, non dubium quoniam dogma nec catholicum confirmatum repperire sit. Sunt autem prater Tertullianum, & B. Cyprianum BB. Xystus Papa II. Athanasius, & filius Nicanorius, Chrysostomus, Item Ambrosij lib. De Virg. 3. Exhort. ad Virg. Ad virg. deuter. Ad confit. lapsum, De institutione Virg. D. Hieronymus de Virg. ad Eusebium & ad Demetriudem, Augustini lib. de Virginitate, & epift. ad Armentarium ac Paulinan. Præterea libri eiusdem argumenti Italiani Tolentani, Felicij, Antii Viennensis, Leandri Hispanensis. Quoniam adeo Bernardi seu Cluniacensis seu alterius libris traxi signes de Virginitate, quos penes me non habeo.

Errant denique crassissimi Magdenburgenses, dum inter neuos Tertulliani collocant: Quod hic libri Virgines voluerit velagi sicut maritatae. Verum quoniam nulli rationibus errorem id esse comprobent, & contumaciter Autor ipsum Apostolum non semel allegit, posse esse superius canem in hac de respondere. Neque enim video quid ad illud Apostoli respondere queat, t.c. 11. Omnia mulier orans aut prophetans non velut ipsa deturpat caput suum. Vnum enim est ac si debeat. Nam si non velatur mulier, condicatur. Si vero tempore est mulieri condiri aut decalvare, velut caput suum. Ideo debet mulier potestatem habere super caput proprie angelos; ubi potestatem accipi pro velamine inservientis suo loco dicimus. Elic sufficiat addicendum illud etoris infra cap. 8. Omnis (inquit) mulier. Quidam omnis: nisi omnis generis, omnis ordinis, omni conditionis, omnis dignitatis, omnis etatis. Se quidem omne, rotum est, & integrum, & nulla sui parte defectum. Pars autem mulieris & virgo est, &c. que compendij gratia omitimus.

CAP. I.

2. Proprium iam negotium paſſus meo opinionis, &c.] Caput hoc inscriptissimum. Quod contumaciter veritati contraria non praæribat. Similiter item loci sunt apud B. Cyprianum epift. 63. ad Caeciliam. Neque enim hominis consuetudinem sequitur, sed Dei veritatem. item epift. 73. ad Iacobianum: Prædicta quidem, quæ ratione vincuntur, consuetudinem nobis opponunt, quæsi confutatio maior sit veritate, ant non id sit in spiritualibus secundum, quod in mortalibus fuerit à Spiritu sancto ordinatum. Et ad Pompeianum. 74. Consuetudo fini veritate veritas erit. Quos locos ea de causa citauimus, quid in iis ad eos feret. Eustorem in hoc capite immituit. Neque interna faciunt contra consuetudinem, cui veritas sufficit, quia B. Augustinus docet nihil debere firmaretur; de qua latius Adnot. nostris in dicta epift. ad Iacobianum. n. 50. Pro quo facit illud Apostoli infra citatum: Nostri consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei, ex quo proinde à contrario sensu confitit Ecclesia consuetudinem obseruandam esse. Item illud Adnot. cap. 2. Habent Ecclesia Apostolica consuetudinem auctoritatem, & Nō possimus refutare consuetudinem, quam damnae non possimus. Donec quod supra lib. de Coron. milit. c. 4. obi etiam hoc ipsum argumentum tractat: His (inquit) exemplis remittat, posse etiam non scripta traditione obseruatione defendi, confirmata consuendit, idem

idonea teste probata tunc traditionis ex perseuerantia obseruationis. Consuetudo autem etiam in cibibus rebus pro lege suscipitur, cum deficit lex. Vbi vnde Adnot. nrobras n-27.41.42. & 46.

3. Latinè quoque ostendam. Ex hoc loco recte colligit Rhenanus librum huius argumenti Graec quoque scriptis. Autrem, id est enim quod vult supradictis obscuris illis verbis, negotium passus meæ opinionis. Verum de hoc latius infra Tom. 5. inter fragmenta librorum Terraliani qui desiderantur.

4. Hæresis non tam nouitas quam veritas recessit. Quam ubique fere contrarium incoleat Author, nempe vnam ex precipiis esse contra hereticos Praesuppositus, quod nouitate reuincentur, sicuti late duximus lib. de Prescript. adu. heret. num. 1. & 182, ac integris 29. 30. & 31. capitibus; videtur istud pertinere ad initium sui erroris. Nam & max. num. 6. disertis verbis meminit Paracleti (quo nomine handubie Montanus intelligit) à Domino misi.

5. Regula quidè fidei vna omnibus est, sola immobilia, &c. Sic cum excusis, MS. 1. Vatic. alij: inuolabilis, perinde est. Similiter autem dixit libro 1. adu. Mar. Sabat (inquit) fides semper in creatore & in Christo eius, sed cœteratio & disciplina nutabat: Nam alijs Idolothyo edendo, alijs de mulierum velamento, &c. difceptabant, de Deo nemo. Ex quo lacrymat variam etiam suisse de mulierum velamento disquid sententiam. Atqui Regulam (seu Symbolū) fidei, idem pene verbis, immo repetit libris de Prescript. adu. heret. & adu. Præcacia infra Tom. sequ. quo legimus remittimus. Ad librum priore adnotasse conseruit, quodex hoc loco ille suppleri debeant: omnipotentem. & sub Pontio Pilato, & hic ex l. ad Præcam: mortuum & sepultum. Hic autem omisit fortassis ex proportionamento Spiritus sancti, quod iam inciperet Montanum seu libro illo priori, quem adhuc carbolicus conservat. Atqui quod Deus sit omnipotens, late tractat Regulus in Symbolo inter opera B. Cypriani, qui etiam legit illa sub Pontio Pilato. Cū 3. Vatic. denique legimus: termis, & quod sic erit habeat lib. de Prescript. adu. heret.

6. Cum propterea Paracletum inferiri dominus, &c. pertinet hoc & sequentia ad fine huius capituli usque ad hæresim Terrallianæ & Montanistarum, qui Montanum Paracletum faciebant, contra quam latius in infra Prolegomenis. Hoc hic dixisse sufficiat, quod in epistola de Spiritu sancto predicit Christus, ipse suis Paracletos adtribuit.

7. & superuenientia renuntiabit vobis. ] Ad verbum ex Graeco (vnt ante me ad marginem adnotauit Beatus) οὐ τὰ ἐπιχρήστας εἰπεῖν οὐδὲν. De reliquo hanc scripturam vide infra initium lib. de Montog. Vbi ad idem institutum ea sinistra interpretatur.

8. Sed & supra de hoc eius opere pronuntiavit. ] Adiudicat ad illa verba eiusdem capituli precedentia: si non alijs, Paracletus non veniet ad vos, &c.

9. Tempus (inquit) omni rei. ] Ad verbum etiam hoc ex Graeco 70. edit. καὶ πάσης τοῦ πατρὸς γράμματος, eruditur in manu eruditum saporis. Ita dicit (inquit Rhenan.) eruditiri in fructum, in flore, in libo Carne Christi: Quia per florem (inquit) & ex flore omnis fructus eruditur in fructum.

10. sed que mandantur à Christo. ] Hic videtur aliud exemplar habuisse, sicuti ferre in scripturis noui Testamenti & Psalmis, nihil enim tale hodie legitur, sed ad verbum ex Graeco: quæcumque audierit, loquetur.

12. Hic solus antecessor. ] Alter hic videtur accipi Antecessor quam paulopost, ubi agnoscat in Ecclesiis Græcia temporā & antecessores; quia ibi videtur propriè accipere pro iis qui tempore antecesserunt, hic vero pro eo qui honore antecessit & autoritate aliqui enim sibi videtur contradicere. Posteriorē hanc acceptiōē Iureconsultis etiam admittit Iustinius, quod alius quia Ius non dicere, honore antecedat: qua significatio etiam Lector Apostolorum Antecessores vocavit (uti etiam ante me adnotauit Turnebus) de Paulo Apostolo loquens lib. adu. Marc. 1. & 5. his verbis: cū Apostolis antecessoribus conferebat, & quia dexteras ei darent antecessores. Quo fit ut etiam capite sequenti Apostolos intelligi existimari, nisi hic vereum hac exceptione: Hic solus Antecessor. Atque etiam noua phrasis est: vñque non olim, pro: non ita pridem, quod initio cap. 3. dixit: ad ultime proxime.

## C. P. III.

13. Sed nolo interim hunc morem, &c.] Titulus hinc capiti dedimus: Quid in Ecclesiis per Græciam Apostolicis hæc contuerudo velandorum virginitatem fuerit. De quibus Ecclesiis ut ne hæc sim prolixior, latius lib. de Prescript. adu. heret. Tom. sequ. & lib. 4. adu. Marc. illius etiam differentes Rhenani bonam hac de re Adnotationem.

14. & quadam Barbatias. ] Quid hic (inquit Rhenanus) audiens? etiam Barbatæ sunt in Græcia? Barbaria pro regione Barbarorum etiā alibi vñtur, ut adu. Marc. 1. 1. iam & bestiis illius Barbaræ importunor Marcion. Loquitur autem de Ponto.

15. Est & sub hoc celo institutum istud alicubi. ] Europa ecolū intelligit, in qua alicubi indicat Virgines velari solitis.

16. ius pacis & nomen fraternitatis, &c.] Etiā de hoc vide librum de Prescript. adu. heret. eadem loco.

17. Iauacri sacramenta. ] Quamquam nescio an quis unquam habitarit, an Baptismus (quem Iauacri nomine intelligit) sacramentum sit, de eo tamen etiam ibi, & latius lib. de Baptismo. Alludit autem ad illud Apostoli Ephef. 4. Vnum corpus, & unus spiritus, sicut vocata est. in una sp̄e vocationis vestra. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptismus, vnum Deus.

18. Semel dixerim, vna Ecclesia sumus. ] Libro de Unitate Ecclesiæ B. Cypr. dictam etiam scripturam adferit ad eandem comprobandum, & alias preterea multas; ad quem librum Lectorem remittimus, & nostraras in eundem Adnotationes. Vtque autem illud. vnu corpus, vnam Ecclesiam interpretatur.

19. quæ magis ex duabus, &c.] Que (inquit Rhenan.) pro vira; qui etiam recte interpretatur illud: quæ virgines includit, velamine nempe, id est velat. Atqui imprimis pudica est sententia: quod in omnibus varie institutis & dubitis, & incertis adhibenda sit examinatione, que magis ex tam diuersis consuetudinibus discipline concusat. Sive autem paulopost legat: aliquæ tales cum exc. aut: aliqui cum 3. MS. perinde est.

20. subfundit. ] Hoc verbo (inquit Rhenan.) etiam alicubi vñtur lib. de Exhort. casit. Imò subfusio pigriti simil ad continentiam Deo exhibendam.

## C. P. IV.

21. Sed nec inter consuetudines dispicere, &c.] Inscriptiōē hanc huic capiti facimus: Quod utraque consuetudo Carthagini libera fuerit, tegi vel nō, licet & nubere. Atqui obscūrū illud: aduersarius bonorum multoq; institutorū, videtur sic interpretan-

Ii. iiiij

ULLIAN,  
in notacionibus  
VELLE.

16

## Adnotat. in lib.

376

dum: aduersariis bonorum, muliere magis bonorum institutorum, ut multo que accipiat pro multo magis.

22. Scandalum (nisi fallor) non bona rei, sed male exemplum est; edificans ad delictum. *[Pulchra scandalis definitio, ex qua proinde recte concludit: Quid enim si & incontinentes dicant, se à continentibus scandalizari, continentia reuocanda est? ac si dicat, minime. Nequid de virorum continentia vide lib. preced. de Culiu saenior. c. 9. de Virgin. initio huius lib. cap. 1. Legunt autem 3. MS. cod. mundinatitia capita, pro eo quod est: nundinatitia, & similiter infra c. 13. si aliquid & apud ethnicos virginitatis mundinarent, pro: mundinarent, sed neutrum placet. Siue autem cum iudicem. MS. legas: arcessit quasi ad stutrum, sine accersite cum excus. perinde est. Quomodo etiam indifferens est lectio: non minus enim & hoc pati nolunt, quod excus, aut volunt, quod habent MS.*

23. monagamia recusanda. *[Etiam hoc ad heresim Tertullianum pertinet, de qua latius tum in eius libri argumento, tum lib. 2. ad Vatic., & Exhort. ad casit. ac in Prolegomenis inter errores eius.*

24. Ofacilegæ manus, quæ dicatum Deo habituunt letrahere potuerunt, &c. *[Quod prius dixit: sublato velamine, hic: dicatum Deo habitum vocat; ut hinc appareat iam ab ea arte quafdam Virgines Dei velamine vti solitas; quod ipsum in Epist. 62. B. Cyprian. num. 9. comprobamus. Idq. etio: ex electione, iuxta id quod sequitur: Quid peius aliquis persecutor fecisset, si hoc à virgine electum cognouisset: de quo & similibus infra locis supra latius nu. 1. Et Vatic. vero MS. 3. cod. paulopost restitutius vocem Tertulliano usitatiss. expungitur, pro eo quod erat: expugnatur.*

CAP. IIII.

25. Quatenus autem & de scripturis, &c. *[Insigniuimus hoc caput hac inscriptione: Quod apostolus velamen praeficiens, mulieris nomine etiam virginis intelligat.*

26. quomodo illic (inquit) vbi, &c. *[Recte adnotauit Rhenanus: inquit, accipi sciunt & alibi frequenter, pro: inquit. Addidimus vero particulam negantem, vbi legimus: immo ex hoc non velari quæ non iubentur. Item ex MS. 3. Vatic. legimus: Qui enim sciebat aliás, pro: in aliis.*

27. Diuina est mulier & virgo. *[Ad verbū expressum quod Grecē est 1. Cor. 7. μεμέσαται γυναικί παρθένοι. Pro quo noster interpres: diuinus est. Et mulier innupta & virgo plane diverso sensu. B. autē Cypr. l. de Habit. virg. & 3. Testim. ad Quirin. omisso illo: & diuinus est. sive: & diuina est, non aliud quam: Sic & mulier. Et virgo innupta. Explicat autem nos suam lectionem, dicens: Quoniam innupta, id est, virgo, cogitat, &c. nupta verò, id est, non virgo, &c. que ipsa alii verbis veritatem suprad lib. 1. ad Vixore cap. 3. in eandem tam sententiam. Veruntamen legisse Autorem alicubi cum nostro interprete Latino: Et diuina est: videtur indicare B. Hieronym. lib. 1. adu. Iustin. vbi dicit: Certe & Tertullianus cum adhuc esset adolescentis, lustri in hac materia, defendens disertis verbis, in Latine codicibus tunc lectum fuisse, quemadmodum hodie in Grecis, sed eam lectionem non esse apostolicae veritatis, & apostolum legisse: & diuinus est, ac deinde: Mulier innupta & virgo.*

28. inalterauit. *[Vixorpat hoc Autōr. pro: non alterauit, sciunt alibi incriminati, pro: non criminari. Legi autē paulopost ex MS. 2. mulieris & virginis, pro:*

muliebri. De voce autē: singillatim, vide Adnot. notulas in B. Cypr. lib. de Orat. Dominica, num. 18.

29. Naturalis vocabuli generale mulier. *[Etū apud Iureconsolēs Mulierem generale vocabulum esse patet ex Vlpiano, l. Queritur. D. de Edilit. editi, vbi mulier dicitur etiam ea, que virum non agnoscit.*

30. subiectuum antecessiuo. *[Quandoque ha- duo tamquam relativa commemoret, portet ut subiectum accipiat, pro eo quod subiectus seu succedit. De portionali autem infra latius Tom. 5. lib. de leuit. Legimus vero cum MS. 3. Vatic. in ipso intelligitur, prae- medietur, quia subditur: & in ipso significatur.*

31. & omnis census elementorum. *[Similiter li- cit Apolog. cap. 7. Celsus istius discipline à Tibetō est. Accipit autem census, pro recensione.*

C A P. V.

32. Sed quoniam ita mulieris nomen, &c. *[Bi- ius capituli titulus constituitur: Quod ex scriptura Ce- nefeos comprobetur generale esse mulieris vocabulum. In quo & Autorem imitatur B. August. de illa contra Manich. cap. 22, adducens illud Gen. 2. Formam in mulierem.*

33. adhuc digna paradiso, adhuc virgo. *[Hab- at similiter paulopost: Quoniam ex viro tuo lumpo est, & ipso adhuc virgine. In quibus locis Tertullianus imitatur B. Hieronym. dum disertis verbis alius dicit: Quamdiu in paradiſo fuerit Adam & Eva, fugi- gines. Item & B. August. lib. 14. de Cuit. Deut. 16. Sine autem legas cum excus. quoniam & adiecit, je- cum MS. adicit, perinde est.*

34. & conglutinabitur mulieri sua. *[Ad omni- etiam ex Graco transfluit illud: καὶ τρεποδηλούστη τὸ παντὸν αὐτῷ, voce composta à κόπα, quid glo- ten significat.*

35. & erunt duo in carnem vnam. *[Hanc esse lectionem, pro eo quod erat: in carne una, confi- ex eo quod paulopost sequitur: vbi enim duo in eam vnam efficiuntur, tum quod similiter legit. Autem de Anima, tum denique quod non modo Gen. 2. folij Matth. 19. 1. Cor. 6. & Ephes. 5. legitur Graec. se- σάρχη μάς.*

36. Propheticō modo. *[Nam Prophetā (magis Rhēnā) solent de futuris seu de presentib⁹ loqui. Se- sum eundem habet quod sequitur: Ad Prophetiam rationem. item: ad Prophetiam interpretetur. de- ludit autem ad illa verba sequentia: Hoc os ex celis es, &c. que prophetasse dicitur ab Autore van- lib. de Anima.*

37. & caro ex carne mea vocabutū mul- *Hic pretermisit voculam Grecā: εὐρή, & pro- ficitur distinctionē cōmūnū duo committit, quum aliis vīt & Lārinē legitur. Hac vocabutū.*

38. Nam & Græci, qui magis vocabulo mul- *ris in vxore vtuntur, &c. Vixorpi vīt intellēgit, quanquā locis prædictis, & ubicumque verit. Autem mulier, accipiat generaliter pro muliere sciunt etiam vīt τὴν ἄνθρακα οὐραῖς, mulierebri sexui simili, frequentem pro vxore vītūpatur.*

39. alia habent propria vocabula vxoris: *πεπλατα imprimis quod vxor dicitur Platoni vīt. πεπλατη, quemadmodum Xenophonti in Oeconomico. Deinde haec sunt eiusdem synonyma: οὐραῖς, λόγοι, ἀνθράκη, παραγόντις.*

40. Propter hoc relinquer homo patre & me- *tre. Etsi refragātibus exclaribus etiam MS. ita legitur*

censo, eo quod supra legit Auctor: Propterea, &c. lib. de Anima: Propter hoc, nam propter hanc, quod legebatur, nullo modo significare potest phrasis Graeca, εγενετος, que est Gen. 2. & Matth. 19. n. 1, et etiam illa: αντιτετρα, que est Ephes. 5, quibus etiam responder Latinum interpres, transferens aut: Quamobrem, aut: Propter hoc.

41. matrice generis foemini. Similiter dixit Auctor l. adu. Marc., matricem religiosam, &c. Cypri. Romanam Ecclesiam Ecclesie catholice matricem dicit epiph. 45.

42. quoniam ex viro suo sumpta est. ] Quem non mulier hac ratio nominis non videatur competere, alludere censet Auctorem ad Platonem, cui alibi γυναίκα dicitur, quasi γυνη, id est feme seu propagatio, viro ex viro sumpta. Addit ante suo, qui Graecè additur iuxta 70. c. 21. quod Hebreos non legit.

43. Sed dicimus & de viri nomine suo loco. ] Infra tempore c. 8. ubi de eo latius.

44. vbi Eua cognominatur, &c. ] Viderunt Auctori apud 70. legitiss. Gen. 3. scutis & ex Hebreo interpres & Hieronymus: εγενετο η Εβραιον Αδει τον ονομα την γυναίκα η Εύα, pro eo quod hodielegitur: Σον. nam Euaden sonat quid vita, maxime quem subiungat: Si enim Eua mater viuentium est.

CAP. VI.

45. Videamus nunc si & Apostolus, &c. ] Similiter ei precedenti hisius capituli titulus: Quod codem mulieris generali vocabulo Maria virgo appellatur. Ad quod quid adferat dumtaxat duas locos, alterum I. ad Gal. 4. licet illis addere illud Ioan. 2. Quid inde tecum est mulier? item eiusdem c. 19. Mulier, ecce filius tuus.

46. licet Hebeion refusat. ] De Hebeionis heres infra sub finem l. de Prescript. adu. heres.

47. Benedicta tu inter mulieres. ] Expressio est haec verso quam vulgata: in mulieribus, quam intermixta habet interpres B. Hieron. eodem c. in benedictione E. l. dicitur.

48. Desponsata enim quodammodo nupta. Tamen inter quodammodo, & verum, &c. ] Videretur huc pertinere ad errorem Tertulliani, quem habet l. de Momo, quod post partum Christi primum nupserit Virgo Maria, de quo inter Prolegomena latius.

CAP. VII.

49. Conuertamus ad ipsas iam rationes recentandas, &c. ] Inscrifitur hoc caput: Quod rationes quibus Apostolus docet foemina velari debere, etiam in virginis competitant. Legimus autem secundum 3. MS. cod. Vatic. Conuertamus absoluere, eo quod cap. 5. precedent, dixerit similiiter: conuertit iam, pro qua tamquam elegantius substitutum erat: conuertitur.

50. Proinde viderit seculum æmulum Dei, &c. ] Ämulum Dei seculum intelligit Christianum. Nam Ämulum, & Ämulari, sive in bonam partem accipitur ab Auctore, pro imitatore, & imitari. Sunt enim modis frequenter adnotati sub finem lib. de Patientia, quibus interim sive cum Dato suo usurpat. quare & hic mallem legere: æmulum Deo, nisi illud legerent cod. MS. Aquæ calsum capillum correspondet a quod dixit: tñderi, quemadmodum illud etiam lib. de Cult. foemini. barbam actius cadere; at quod hic radi, ibi dixit: interpellere, & primam quamque subducere lanuginem.

51. Si mulier potestatem habere super caput debet. ] Quod hic potestatis nomine intelligatur, infra explicat c. vlt. Ipsæ enim (inquit) sunt, quas subiectas esse oportet; propter quas potestas haberi supra caput debet. Velamen iugum illarum est. cui similis est locus adu. Marc. l. 5. Quod enim ex Greco ad verbum ἔξτατη εἶχε, vertit cum Tertull. Ambros. potestatem habens, eodem modo explicat, addens in Commentario: Per potestatem velamen significauit. Hinc fit, ut etiam paraphrasticus B. Hieronymus, verterit velamen, non modo in vulgarata versione, sed etiam in illud Marth. 18. Angelorum, &c. Quod ipsum interpretatur Synodus Gangr. c. 17. Comes quia Deus in memoriam subiecctionis mulieri dedit. Cui similiter B. Chrysost. in Comment. potestatem interpretatur velum subiecctionis insigne. Et horum sententiam vel inde confirmari scripsit Ioan. Quintinus, quod radere caput in seruis signum fuerit Manumissionis, ut patet ex Plautino Soja in Ampliacione.

52. propter angelos, quos legimus, &c. excidisse, ob concupiscentiam, &c. ] Kursum hoc ad errorem Tertull. pertinet, cuius meminit supra libris de Habit. mulier. & de Cultu feminin. de quo inter Prolegomena latius. B. Ambrosius vero Angelos Episcopos interpretatur, iuxta Apocalypsin B. Ioannis Apostoli. Legimus autem mox: tales angelos, pro: quales.

53. quodam flos etiam humanam libidinem excussat. ] Ita prorsus legendum, pro eo quod erat corruptiss. (contra quam hominem Christianum loqui decebat) excusat, ne dicam etiam contraria quād. In reconsultum consenserit, quoniam non ignoraret Virginum deflorationem legibus ciuilibus interdictam.

54. Hic enim nomen mulierum Graecum, vxores sapit. ] Quum Genes. 6. habeatur vox γυναικες, que & mulieribus, & vxoribus communis est, ut supra diximus num. 38. c. 5. precedens, videretur potius alludere ad phrasim θρακαν, ἡλασθεω τοις γυναικες, que haud dubio non aliud etiam Thucydihi significat, quam: accipere sibi vxores.

55. ceteris quoque angelis erubescat. ] Hic vide-

tur quisi secundam interpretationem dare illius: propter angelos, hoc est ob resercentiam angelorum bonorum; iuxta quod loca supracitata B. Hieron. interpretatur, qui & uniuersae anime ab ortu nativitatis (uri ille inquit) in custodia delegatis sunt, & diuinis officiis (ad quae videretur alludere Auctor, quem dicit: Deo assitens) adficiuntur, utri aliud latius.

56. vt concumulata in verticem, &c. ] Alludit

ad morem etiamnum in Germania obseruatam, & per

quasdam Belgij provincias, quo non alio ornato utuntur

virgines, quam capillorum fiorum in verticem concumu-

latione.

CAP. VIII.

57. Horum certè omnium contraria efficiunt, &c. ] Huic capiti inscriptionem dedimus: Quod voca-

bulo generali Omnis, vir & foemina omnis intel-

ligatur.

58. qua & puerum vt in viro deputandum. ] sic legimus ex 3. MS. Vat. cod. Simili autem phrasis dixit pli-

nus natur. bish. l. 1. c. 17. Virorum cadavera sapina flu-

care, feminarum prona. id enim etiam de pueris verum

esse experientia docet; alioquin magis propriæ pueri ma-

res dicuntur.

59. Sic vir Adam ante nuptiarum congressum. ]

Alludit ad propriam viri significationem, quæ sexum re-

ULLIAN,  
in statu obitibus  
VELLE.

V.  
16

spuit aut etatem, non autem nuptiarum congressum.

60. masculi inuestis.] Inuestis (inquit Rhen.) im-puberem significat, sicut Vesticeps iam puberem. Est autem recepturn inuestis vocabulum apud Auctores pro imberbi, à vestiendo. Etymologiam explicat paulopōst: Et pu-dor (inquit) vbiique veltitur. Simpliciter tamen Auctor accepit hanc vocem lib. de Pall. c. 3. quam de Adam: nu-dus (inquit) & inuestis.

61. qui inter viros virgo est.] Addimus: est ex 3. MS. cod. Vatic. Similiter dixit infra c. 10. Viri autem tot virgines, tot spadones voluntarij, phrasē magis Ec-cleiaſtīcā quām prafanis ſcriptoribus vifitata. Eodem per-tinet illud etiam quod mox ſubiungit: Eiusdem virgi-nitatis equa sit venia.

62. nec detractamus.] similiter dixit initio lib. 2. ad Vxorem, cap. 2. ſuprā. Detractata & exerta ſen-tentia eft, nouo r̄ſa huic verbi ( ut vti adnotat Rhenan.) quo accipit compoſtrum pro ſimpli. Quare non placet varia leto. 1. edition. in margin. nec retracta-mus.

63. Hodie denique virgines suas Corinthij ve-lant.] Explicat hic quām Ecclesiā ſuprā intellexerit c. 2. quām dixit: per Graciam & quādām Barbatias eius plures Ecclesiā virgines suas abſcōidunt. Nam & Apostolicā eſſe Corinthiorū Ecclesiā patet ex Apoſtoli duabus ad eos Ep̄ſtolis, ē quibus etiam hac ſcriptura de Velandis mulieribus defumpta. Et que hoc eft quod ſubiungit: Quid docuerint Apoſtoli, qui diicerunt, adprobant.

#### C A P . I X .

64. Videamus nunc, an ſicut naturā & cauſe, &c.] Titulum huic capiti dedimus: Quod preſcripta disciplina Eccleiaſtīcā de muliere etiam in virgi-nem ſpectent. Ita enim legimus ex 3. LMS. Vat. pro eo quod erat: ſpectant.

65. Non permittitur mulieri in Ecclesiā loqui.] Senſum potius tranſultus hic. Auctor quām verba Apoſtoli 1. Cor. 14. priora & posteriora coniungens; deinde il-lud: ſed nec docere. & Iad Tim. 2. c. Quae predicatione mulieribus interdicatur (vel Rhenano reſte).

66. nec tingere.] Sic Ms. 3. pro: tingere. De quo ſuprā lib. de Patient. n. 14. Et quod mulieribus tinti-onem, id eft baptiſtūm non permittit Auctor, ſanē in-telligendum: in Ecclesiā nempe, ut illud ad omnia hæc re-fertur, nam in neceſſitate id illi permittitur. De quo in-terim latius lib. de Preſcript. adn. baref. & lib. de Baptiſt. ſequ. Tomo.

67. nec offerre.] Offerre, ſi vſquam aliibi, hic accipi pro ſacrificare ( vti loquitur Rhenan.) Mifum celebrare mulieri non permittitur; aliibi igitur vbi permittit vidas offerre annuis diebus dormitionis ſu mariti, aut debet accipi pro: oblationes offerre in ſacrificio, aut certè quemadmodum loquitur l. de Exhort. ad caſt. offer-re & commemorare per facerdotem. Loci adnotatu digni ad confirmationem ſacrificij Mifus, quemadmodum l. prae etiam adnotauimus, et l. de Orat. n. 1. ac aliis quo-que locis ibidem citatis latius.

68. nec vilius, &c. ſacerdotalis officij forteſi vendicare.] Clericorum officium ita circumſcribit. nam καὶ ἅρπαζόμενοι forte nupciatur, ut diximus ex B. Hieron. ad ep̄ſt. 6. B. Cypr. n. 1. Vſqueadē autem hoc verum eft, vt non mulieribus modo, ſed & virginibus ſacratis fit interdictum ſacra vasa, vel pallas contingere, aut incēpere circum altare deferre, per B. Soterm Papam Ep̄ſtol. 2. iam ante Tertulliani etatem, quare videtur ad illam al-

ludere, ut vel hinc comprobetur eius Ep̄ſt. Decretalij au-Eloritas.

69. Idcīcō velaminis venia fit illi.] Reſe hinc in-terpretatur Rhenanus, ac ſe dicat, gratia fit illi ne ve-ſamen geſter, ſe illud remittitur ei, quemadmodum dicit Tacitus lib. 10. Exily veniam. De voce autem notabilis, ſine notabiliter, vide Adn. noſtras in B. Cypr. de Diſput. & hab. virg. n. 37.

70. in viduatu.] Viduatum (inquit Rhen.) accipit pro ordine viduarum, que poſt annum 60. ab Ep̄ſtora in cum numerum aſſebantr.

71. Cui ſiquid refrigerij.] Refrigerium accipit pro ſubſidio ſeu ſubminſtratione, vni veritatis incep-tu apud Apoſtolum. Similiter dixit ſuprā lib. ad ſcapulan. Indigentibus refrigeramus, id eft, refrigerium al-lo-mus. Sic abſolute lib. ad Praxean: apud Abraham lib. queruſ refrigererauerit.

72. Ep̄ſcopus.] De Ep̄ſcopo & diuina dona Eccleſiaſtīcā videtur Lector in frā Adnot. noſtras in lib. de Preſcript. adn. b. Ep̄ſt. ad illud: Itaque alius hodie Ep̄ſcopus, alius cras, Paulopōst 3. MS. cod. habent illuc le-det coniecta; ſed in iſtituto magis conuenit Rhenan. lib. 10: in tecta, ex Gor. Zens cod. Eſt autem monſtriſſuſ inter verulas iam canas ſedere puellam virginem incho capite.

73. Ad quam ſedem, &c. eligantur.] Quod lib. ſedem eligi, ſuprā l. 1. ad Vxorem dixit: in ordinatio-nem adlegi, de quo ibi latins. Adiudicat autem ad ſedem 1. Tim. 5. de Viduis.

#### C A P . X .

74. Sic nec de aliquibus inſignibus, &c.] Hoc capitis titulus à nobis ponitur: Quid non magis in-mina quām viri notam virginitatis ſue prede-beant.

75. Viri autem tot virgines, tot ſpadones.] Vi-de hoc de re librum precedentem de Calt. ſemin. Eadem per-tinet quod paulopōst dicitur de iſdem: tanto con-tinentia maioris ardoris laborior. & Virginis-tas gratia conſtar, continentia vero virtus, &c.

76. exco bono ſuo, &c.] Cœcum (inquit Rhen.) vocat, quod non videtur. Ita ſcapulos in manu latente, in-te cœcos vocant. Sic in Valentiniā: Alcē habet (inquit) in cara detrudatur.

77. Aliqua ſibi inſignia defendere.] Defendere ſibi, pro arrogate, Ita (inquit Rhenan.) ſep̄e laqueo verbum defendo, ut paulo ſuperius: ſecundum ge-mordij formam, virgini, & ita vniuerso millo-rum generi defendam.

78. aut pennas Garamantum.] Inter ſemifirme-quit idem) illos Liby & populos ſau & Garamant. Virgilis:

-aut Rhodope, aut extremi Garamante. Plinius tradit eos matrimoniorum exortes, paſſim confe-minis degere.

79. aut crobyleos Barbarorum.] Prima editione Rhen. legebat Scrobulos, & ſcholios ad manu inven-tabatur, longum ſcrobuli, vace diminutus a ſu foramina effent aurum, per quæ Barbari traienter ge-mas & annulos. Deinde in altera Scrobulos, adiu-ta Adnot. iſta: Scrobulus Gracie pineam nucleus ſuggerit, geſtamē ex auro Barbarorum quorundam. Adnot. Adriani Iunius Animadu. lib. 2. cap. 1. & lib. de Co-ma. c. 1. censuit legendum crobyleos, cui etiam ad forent Ioan. Harrisius. Χρόβουλος enim eft (inquit illi etiam

plexum in acumen definens, iuxta interpretem Thucydidis l.1. Lucianum in Naugio, et Plutarchum. Eodem pertinet etiam illud Theophilacti epistola quadam: κραβύλω τεττηρά ο γοργιας σεμινεται, id est, crobylo & cicada superbi Gorgias. Erant autem crobyli, seu cicade, virorum, quod κραβύλω, mulierum.

80. aut Cicadas Atheniensium. ] Athenies (inquit Rhenan.) in capillis cicadas ferebant, hoc argumento offendere volentes se esse indigenas, quemadmodum sunt cicadas. Ditti sunt hinc τεττηράφοροι, quasi dicas Cicadiferos. Nam Cicadas Graeci vocant τεττηράς. Huius rei meminit & Aristophanei Comicus. Quibus addi predictis Auctores Graeci, qui scripsi κραβύλως τεττηράς coniungunt, & praeceps Thucydidem, qui distinxit verbi initia his. Atheniensium mentionem facit. Philostatus item l.2. Helladicorum, & Asinus Poeta Samius & in Cirri Virgilium, quorum verba videre est apud Iunum, ne prolixiores sumus. Hic unicum sufficiat Gregorius Rhenanus carmen:

Cecropidae indigenæ natam tellure cicadam

Innodant cirris.

81. aut circa Germanorum. ] Cirri (inquit Rhenan.) apili capitum sunt, sic dicti, quod quasi in circum toru. Germanorum autem fuit obliquare crinem, & in nodum subfringere. Hinc illud Martialis:

Ciribus in nodum tortu venere Sicambri,  
Quibus addi illud Naxian Zeni, & interpretis Thucydidi  
qui circa transfinis, quod Graecē erat: κραβύλων.  
Dicuntur autem & circatae pueræ Ammiano, iuxta  
quod adnotauit Turneb. Adul. 2.8. c. 26. vbi & hunc lo-  
comit.

82. aut stigmata Britonum. ] Britanni (inquit Rhenan.) Super Ligerim, boffites in Gallia, cuius maritimum partem ex adversa vetera Britannia, que nunc Anglia est, aduelti quondam occupavere, sollemniter certis in apud suos inurebantur. Horum meminere posteriores scriptores, Asiniius, Sidonius Apol. Atque & Romanus pœnae visitatum fuisse, ut in manibus eorum, qui in multas scriberebantur, stigmata notarentur, testes sunt Atius & Veget. de re milit. l.1. & 2. Item de seruorum stigmatibus infra, lib. de Resurr. carnis. Legimus autem paup. ex 3. MS. Vat. cod. etiam ipsius continentia nomine.

83. Non enim & continentia virginitati antistar, &c.] Imprimis Non pro: Nōnne, accipitur, viri superbiae præcedentibus. Deinde, virginitati antistar, reinterpretabatur Rhenan. ac si dicat: excellit virginitatem. Nam hoc verbo etiam alibi vixi est. Quamquam interim non alia ratione id verum sit, quam ab difficultate, utpote quum (viri subiungit) non concupiscendi, cui concupiscendo inoleverit, grande certamen sit, & qui concupiscendi fructum ignorauerit, facilis non concupisceret. Cui prorsus similia habent ali-  
cubi BB. Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, difficulto-  
rem facientes statim vidualem virginitatem, quamquam tenet in se virginitas sit excellenter per se ipsa considerata. Vide similem locum supra l.1. ad Vxor. c. 8.

84. sive qui ex consenuſ contumeliam communiam recusaverunt. ] Pertinet illud: contumeliam communem, ad errores, seu potius neños Tertulliani, qui tanta flagrabit virginitatis & continentiae amore, ut ita legitimum viri & uxoris congressum appelleret: cō-  
tumeliam communem, hoc loco, & infra c. II. uti ad-  
notauit Rhenan sub finem Argumenti, confusionem,

Verum de hoc latius inter Prolegomena nostra. Pro Ante-  
doto autem hic seruire poterit, quod l. de Pudicitia vocet:  
benedictionis concubitum. De continentia autem cō-  
ingum ex mutuo consensu alibi latius: nam etiam non se-  
mel eius facit mentionem Auctor.

CAP. XI.

85. Sed quod suprà intermisimus, &c.] Huic capiti inscriptionem dedimus: Quod velari debeat virgo, ex quo se intelligere coepit, & sensum naturæ tuae.

86. Vbi enim gradum fiximus. ] De Proverbiali formula Gradum figere, inter Prolegomena Latius.

87. & de virginis exire, &c.] subaudi (inquit Rhenan.) sensu. Intelligit autem idem in eo quod sequitur: pati nouum illud, mensum purgationem. Unde mox: nisi post contestatam (inquit) languine maturitatem. Item: iam & vox obsolefacta est, & membra completa sunt, & pudor ubique vestitur, & menses tri-  
buta defendant.

88. de arbo agnitionis.] Simplius dixit, quod scriptura agnitionis boni & malii, idque ab euentu, qui postea subsequetur est. Legimus autem more Tertullianico ex 3. MS. Itaque si uiri quique sexus, pro: quisque; nam & cap. 13. infra legitur: quæque in occulto hunc, pro: quæcumque.

89. Et idem penes Israel illicitum est ad virum tradere, &c.] Hancen reperire non posui quo loco istud scriptum sit; necio an adludat ad c. 22. Deuter. de signis virginitatis.

90. acerba res est. ] Acerba propriè accipitur, pro: immatura, translatione ab immaturis fructibus, quod vel his verbis subsequentibus indicat: Igitur si tam diu virgo, quamdiu acerba est, definit virginem. Quod postrem recte adnotauit Rhenanus figuram esse Gra-  
cam.

91. Eadē sponsatae quidem habent exemplum Rebecca, &c.] Similiter supra l. de Coron. milit. Si Rebeccā conspecto procul sponso, velamen inuasi, priuatus pudor legem facere non potuit, aut cau-  
la sua fecerit. Tegantur virgines sola, & hoc nup-  
tium venientes, nec antequam cognoverint spō-  
los. Accipitur autem hie simul, pro: simulac, quemadmodum etiam initio libri 4. adu. Marc. ibi: simul crediderunt. Habent verò MS. salutationis communionē, sed vulgatum est Auctori: communicationem.

92. Ostendit enim etiam nuptias de adipicatu & animo fieri. ] Hoc pertinet illud Apofoli 1. Cor. 7. Ut sit sancta corpore & spiritu. Quod ipsum de stupro adsumitur à Christo, illis verbis: Qui vident mulierem ad cō-  
cupiscentiam eam, macchatus est eam in corde suo.

93. ex angustiis. ] Hoc est (inquit Rhenan.) ex tenui-  
tate facultatum sive fortunarum. Nam ut est apud Saty-  
rographum:

Non facile emergunt, quorum virtutibus obstat  
Res angusta domi-

Huiusmodi pueræ pauperiores difficilius etiam maritum inueniunt, qui etiam recte interpretatur illud: vel ex scrupuloseitate, hoc est ex morositate parentum, quibus nullus gener placet.

94. viderit & ipsum continentiae votum. ] Nullus est apud veteres locus apertior de voto continentiae. Verum de hoc latius cum l. preced. de Ciel. fæm. tu initio huic n. i. rum denique Adnotat. nostris in B. Cypr. locis ibidem citatis.

ULLIANUS  
in stationib[us]  
VELLE.

V  
16

95. cui tu secundum paras maritum. ] *Sensus est*  
(inquit Rhen.) *Virgo tua*, quam tu adhuc virginem exi-  
stimas properataem desit esse virgo, non quidem à viro  
corrupta, sed ab etate. Proinde manus quem ei tradet,  
secundus erit.

96. Iam & vox obsolefacta est. ] *Intelligit* (eo-  
dem adnotante) robustiorē factam. Nam, auctore Plini-  
o, vox roboratur à decimo tertio anno. Eadem in senecta  
exitior.

97. & menses tributis defendunt. ] *Innuit* (in-  
quid idem) *menstruū*; illos mulierum cursus; sic enim Plini-  
us vocat. *Infrā habes lib. 3. ad Marc.* Nam & mulieri-  
cula nonnumquam prægnantes sibi videntur, aut  
sanguinis tributo, aut aliqua valeridine inflatae.

98. Atqui etiam apud Ethnicos velate ad virum  
ducuntur. ] *Vsq[uod]aeō verum hoc est*, ut inde à nubendo  
sive velando impia dicantur. Hinc illud Varro lib. 4.  
de ling. Lat. *Neptunus*, quod mare terras obnubat, ut nu-  
bes calum, à nuptu, id est oportere, ut antiqui à quo  
nuptu nuptiae dicta. hinc illud Poeta:

*Lutea demissos velanis flammœa vultus,*

99. sine quo sponsari non possunt. ] *Sponsari*  
(inquit Rhen.) pro: despōnsari, ut infra: illi sponsasti  
maturitatem tuam. Legimus autem more Tertullianico:  
quo virginē, pro: vrgente, e. 3. MS. Vat. cod.

100. Nam feminas quidem à xii. annis, &c. ] *De*  
*hoc loco eleganter in hac verba Iureconsultus*, longe eru-  
ditiss. Antonius Contius Subsecularum Lectionum lib. 2.  
cap. 12. *Verum est* (inquit) olim feminas anno XII. tute-  
la liberari solita, & biennio quidem citius quam maſcu-  
los. Quamvis, ut ait Cicero pro Cæsare & Murena, maior  
est in eis sexus & consilij imbecillitas. Id Macrobius ait  
fieri, propter votorum festinationem, scisti & octauo die  
nomen illis impani, masculis nono. Plutarclus autem id  
fieri putat, quod citius in feminis naturalis virgo proficiat:  
(ad quod videtur mihi Auctor noster omnino refi-  
cere illis verbis: ut ex lege naturæ iura sua statibus  
reddant.) Et quidem (adit Contius) pupilla, à negotiorib[us]  
quidem tutela liberabantur, nondum tamen ab autorita-  
tis tutela quid eleganter Tertull. verborum iuris experitiss  
expressit, dicens: ad negotia mittunt. Nam etsi propria  
negotia agere poterant feminæ pupillæ tutela liberata,  
tamen quia adhuc sub mulierei tutela erant, testari non  
poterat nisi tutore auctore, iuxta Vlpiani frag. tit. de test.  
& t. vlt. Item nec manus mittere, nec agere, nec se obligare,  
nec civile negatum gerere poterant. hæc tamen ille.

### CAP. XII.

101. Agnosce & mulierem, &c. ] *Inscriptimus* hoc  
caput: *Quod* tola capitū nuditas ostentetur ab illis  
virginibus, quæ reliquo habitu mulieritatem pro-  
dunt.

102. tabella naturalium sponsalium & nuptiarum. ] *Iherasis Iureconsultorum*, qua alludit ad Tabellas  
cum sponsalium, tum nuptiarum, inter eos qui coniugio iunguntur: quæ naturalia dum vocat, persistit in Me-  
taphoræ c. p[ro]ced. natura, &c. & tempus, filiam suam  
legibus suis maritarunt. Different autem sponsalia à  
nuptiis, quod sp[ec]ie debatur (uti loquitur Varro de ling.  
Lat. l. 5.) filia nuptiarum causa, quam depondisse dice-  
batur, quod de sponte eius, id est voluntate, exierat, &c.  
ne sim prelixior.

103. de virginibus educantur. ] *Vsurpat* (inquit  
Rhenan.) educare pro: educere. *Sensus est*: De numero  
virginum educuntur, eximunturque. Nam, ni fallor, du-

catorum suprà dixit, ductorem, siue ducem significans. Si-  
militer autem dixit suprà lib. de Pall. cap. 2. Chaldæum  
femen in Ægyptum educatur. illud autem: depon-  
tes quod fuerunt, interpretatur idem Rhenan, p[ro]p[ter]a  
virguncularum redimicula, & faciem motu sorem  
intelligit ineleganter, & que difficultus nesciat.

104. mulieritatem. Ita noua voce vocat, quam di-  
& ipse Auctor infra cap. 14. mulieritatem, no-  
mo dicit, sed & paulopost, dicens: totam circumferunt  
mulieritatem.

105. pallium extrinsecus faciunt. ] *Quale fuit*  
Pallium muliebre, videre est Adnotat. no[n]r[ati]o lib. de  
Pallio, num. 5.

106. calceum stipant multiformem. ] *Quae fuit*  
(inquit Rhenan.) admodum puelle, uniforme genere al-  
cerorum utuntur. Grandiores multiformi, pro diversis  
loci, temporis, & res. Dixit autem: stipant, ne vidi-  
lent sollicit calcus, ut utar verbo Hieronymi &  
Iob.

107. Sed virginari volunt. ] *Recte* adnotat idem  
bendum: virginai, ut sit verbum Deponentiale, vñ  
virgines agere. Alludit autem ad vecem Graecu[m]  
bezrevay.

### CAP. XIII.

108. Si propter homines habitu abutim,  
&c. ] *Titulum capiti huic dedimus*: Quod non habi-  
foris, sed & in Ecclesia virgines velari debet. Ali-  
qui quid Fratrum nomine Christiani intelligentia p[ro]f[ici]t  
dimis. T[er]cios nostris ad Apol. c. 39. n. 105.

109. Quod ergo. ] *Id est*, ad quid, ut etiam abu-  
tis Rhenan. *Sic lib. de Ref[er]ent. car. Tom. sequitur*. Quo  
ergo legimus? & l. 5. adu. Marc. Quod iam mitih[er]os  
deos. Legimus autem 2. MS. peruvulgant, sed magis lu-  
cet: prouulgant.

110. debuccinemus. ] *Hunc locum* (inquit Rhenan)  
imitatus D. Hieron. in epist. ad Eustochium lux: Quo  
manum agenti porrexiserint, buccinant. *Adu. uen*  
ad illud Matth. 6. Noli tuba canere ante te, &c. *Per*  
verit[er] B. Cypr. buccinare. *Test. l. 3. ad Qurn. t. 4. ad*  
verbum, ex Greco oꝝ. *Ap[osto]l. 105.*

111. quæ apud illum mercede mercede[m]  
De mercede apud Deum vides Lector. *Aliud uen*  
nostras in lib. ad Martyras cap. 3. num. 43. & l. 5. ad  
Patient. cap. 11. num. 73. De meritis autem enigmatis  
cap. 13. num. 82.

112. Quod item si vnius Victoriati. ] *Plinii* (inquit  
Rhenan.) lib. 33. cap. 3. *Qui nunc* (inquit) *Victoriati*  
appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim Her-  
mos ex Illyrio adactus meritis loco habebat. *E[st] quoniam*  
signatus Victoria, & inde nomen. Porro gloriæ  
nominis recte interpretatur Rhenan, quod sit per oblationem  
& cupiditatem gloriae.

113. Et si à Deo confertur continente virtus  
Aliud ad illud Sapientis 8. p[ro]p[ter]a s[ecundu]m, quoniam non  
sem esse continens, nisi Deus det.

### CAP. XIV.

114. Referunt aliquando dictum à quodlibet  
Quod non curandum an in Ecclesia mulier, sed  
veræ sint virgines. Est autem notandum locum contra de-  
sum querandam parentum, qui etiam subinde compluat  
ad huiusmodi opus, id est (interpretetur etiam Rhenan)  
ad virginitatem. Quia confederatio habita, non muta-  
est quod subiungit Auctor. Vbi ollicitatio, illuc co-  
tice; vbi coactio, illuc necessitas; vbi necessitas, illuc

infirmitas. De tali enim necessitate, & tali coacta & iniusta virginitate, loqui se, disertis verbis indicat, non autem ea necessitate, que quum ex voto voluntario sit, scilicet quia ad bonum compellit; & proinde talibus Deus dat gratiam, sicuti auctor e contrario iam dicit, item is, quem cum autore loquar) Deus venter est, id est, quod solum ventris gratia religionem adeunt.

115. funem longum delictorum sibi adtrahunt.] De hoc Proverbio, funem longum adtrahere, vide inter ceteras Proverbiales formulae in nostris Prolegomenis. Sicut autem paulo post legas cum excusis: quem libi vendicat virginitas, sicut cum MS. Vatic. 2. vindicat, perinde est.

116. Nihil occultum quod non reuelabitur.] Greci exemplaria imitatur, qua legunt: Λέπτος οὐ φθίσεται, sed nihilominus etiam Latina exemplaria MS. editio vulgata, qua si legunt: reueletur. At qui non multo post, ubi legunt excusis: non est pudica, MS. 3. Vatic. habent: compudica.

117. inter amplexus & oscula.] Hoc autem (inquit Rhen.) faciebat fraternitas. Nam oscu se quondam salutibus Christiani. Et ante dixi: facile virgines fratrem suscipit, et autem suscepimus per amplexum.

## C. XV.

118. Sed enim vera & tota & pura virginitas, &c.] tractatum huius capituli insignium hoc titulo: Quantum boni velamen adferat veris virginibus. Tota autem acceptius pro integras: quare & retinuimus canendum cum 3. MS. Vat.

119. ipsum quoque liuorem.] Liuorem accipit auctor, ut ex sequi, patet, pro odio, & max illudum, prouiduo, similius & B. Cypri, qui librum scriptis de deo & liuore, & B. Hieronymo, eundem librum citans in epistola Apololi ad Galat. 5.

120. Nam est aliquid etiam apud ethnicos metendum, quod falcinum vocant.] Inuidia quam Auctor vti diximus liuorem nuncupat, magnam vim diuendit, antiqui pietabant, cum eam sola voluntate, & ipsi adstaret ac contagione maleficam & venenatam, & hominibus, quibus male vellet, obesse grauerit censit. Hinc illud Horatij:

Non isthic oblico oculo mea commoda quicquam

Liman, non odio obscuro morsuque venenat. Item illud Maronis, quod ad institutionem magis pertinet: Nescio quis teneros oculis mihi falcinum agnos. Hanc ergo ab ethnico falcinum dictam recte dicit Auctor, & id aliud diaboli refert, atque adeo ad instar illorum, qui varia contra falcinum, praesertim in pueris, adhibebant remedia, velamen capitis virginibus prouidit.

121. fitationibus gradum obtinxerit.] Est et hec Proverbialis formula, de qua late in nostris Prolegomenis.

## C. XVI.

122. In his constituit defensio nostra opinionis, &c.] Epilogus est hoc caput omnium precedentium, quod ad virgines velandas adtinet. Quo reperit paucis conformem esse suam opinionem scriptura, nature, & discipline.

123. secundum disciplinam.] Quod disciplinam Christianam intelligat, patet ex Epithesis eius, quibus ordinat ab Auctore. Appellatur enim mos, & supra c. 2. Disciplina Dei, c. 9. disciplina Ecclesiastica; c. vero II. Christi disciplina. Item lib. de Patienti supra cap. I. Do-

minica disciplina, & alibi: disciplina salutaris; & l. de Cult. femin. disciplina seruorum Dei. Quare & alibi, ubi simpliciter disciplina ab Auctore vocatur, similiter accipienda, quemadmodum & paulopōb; bī; & diū lib. de Patienti, cap. 4. & 12. ac Tom. sequens: lib. de Prescripte, adu. heres, & de Reforr. carn. denique & initio lib. aduersor Valentinianos. Vbi etiam propriam eius significacionem indicat, quam dicit: & disciplina non terretur. Accipi enim pro senectute castigatrice, ostendimus initio lib. B. Cyp. de Disc. & hab. virginum, nisi

124. quid magis Deo ratum sit.] Harrisius patet legendum & hic, & paulopōb; gratum. Verum placet prius lectio, ut ratum accipiat pro firmo seu certo. Nam videtur oppone hoc illi, quod in fine c. 13. supra dixerat: Videamus ergo quod humanum est, an fieri sit. Atqui legimus cum Rhenano: nihil perofus, ut accipiat pro excusis, et si res aganibus exemplaribus MS. quis operofus legunt, sed non restet, quoniam opponant perobus illi quod precedit: nihil accepius.

125. secundum anporum nomina dixerint.] Subindicat olim faminas Christianas sorores non cupari a fratribus, hoc est Christianis, qui in nulla erant dignitate; filias vero a Patribus, hoc est Episcopis & Presbyteris. Hinc patet noua nomina non esse in Ecclesia & Patrium, & Fratrum, item Filiarum, & Sororum.

126. Nupististi enim Christo, &c.] vt alia, de quibus supra, phrasis altera fortassis detinqueri possent, certe hic locus non potest aliter intelligi quam de virginibus, que Christo suo Ispenso continentiam suam confecrarent, & professae sunt. Verum de hoc latius supra initio huius libri num. 1.

## C. XVII.

127. Sed & vos admonemus alterius pudicitia mulieres, &c.] Hic veluti coronidis vice addit Auctor etiam aliud caput: Quod non modò virginibus (de quibus haec enim est) sed & nuptis mulieribus concuenit velaminis disciplina.

128. Mitriss enim & lanis, &c.] Similiter Plinius l. 35. c. 9. Capita mulierum mitris & versicoloribus operavit. & Cicer. de Arusp. respons. A mitra, a mulieribus solis, purpureisque fasciolas. Erat enim mitra, corona muliebris, atque adeo vti Auctor: non velabar, sed congregabat caput, ex qua pendebant fasciolas, quae phylla dicebantur.

129. Arabiae foeminae, &c.] De Arabia vide Adnot. nostras infra l. 3. adu. Marc.

130. quam totam faciem prostituere.] Quam (vti & ante me Rhen.) accipitur pro: potius quam, similis est locutio supra l. ad Martyr. c. 2. Exisse vos è carcere, quam in carcere introisse intelligemus. Item in Valentiniiano: Vbi superindui potuit, quam de spoliari. Illic ex aliis Auctoribus complura exempla adduximus.

131. Quas propterea infelicissimas ait Romana quedam Regina, &c.] Locus obscuriss. & nescio an corruptus, nisi forte intelligas illud: magis adamare quam adamari; id est, maiori feruore: illud verò facilius adamari quam adamare; id est, citius in earum amorem alios viros ruere, quam feminas in virorum.

132. meracior & (vt ita dixerim) barbarior.] Quia comparatiui nostri sunt, addis: vt ita dixerim. Atqui meracior, purior intelligitur, Metaphora à vino meraco sumpta.

133. Velaminis spatia metatus est.] Meratus est

ULLIAN,  
in statu obib;  
TELE.

16

(Inquit Rhenan.) hoc est prescript, definit. Metaphora sumpta a c. istorum locazione, quae metari proprie dicuntur. Hoc verbo quoque usus est supra, lib. de Pall. Tom. I. Nostra certe metatio. Et infra Tom. 3. lib. adu. Marc. Tempore arbitrio & metatore initij & finis. Demique lib. adu. Valent. Metatur medietatem. Vide autem et nosfras Adnotat. in B. Cypr. epist. 22. n. 1. ubi habas quicquid adnotauit alibi Rhenanus.

134. quæ inter Psalmos, &c.] Recte adnotat Rhenanus Psalmos omnes legi, vel potius cani solitos in Ecclesia. Quod ipsum latius tractavimus c. 39. Apolog. n. 520.

135. vel in quamcumque mentione Dei.] Vide (inquit idem) quanta pricerum reverentia fuerit, vel erga Dei, vel Domini nomen?

136. in Oratione ipsa.] Logitur (codem adnotante) de Oratione que scribas in Ecclesia. Oramus (inquit in Apologetico, c. 39.) etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Tiqui Orationis nomine sacrificium Ecclesie ab Auctore solere intelligendimus, l. de Oratione n. 1. Quod confirmatur vel ex eo, quod loco eius quod modo dictum est: Oramus pro Imperatoribus, &c. lib. ad Scapulam cap. 2. supra Tom. 1. dicat: sacrificamus pro salute Imperatoris, &c. ubi etiam aliquid diximus haec de ren. 11.

137. fimbriam, aut villum, aut quodlibet filum.] Trii sunt reginae capitii muliebris, aliis Auctoribus ignota prater filum, quod agnoscit etiam Ammobius l. 6. cum dicit: filii capitii proficiunt Cythereia in simulacra traducere. Ex istimo idipsum, quod ex filo factum reticulum vocant: fortassis autem villum nuncupat, quod Nonnus Marcellus capitium, et fimbriam: quod et ipse, et Auctor lib. de Pallio c. 4. calendarum, aut quod crepitum-

lum ibidem vocatur.

138. alia quibus plane maior est palma.] Quoniam constanter legant: palma cod. omnes tam exc. quam illi, magis placet adnotatio marginalis Rhenani, aut altera, ut palma accipiatur pro velo palmaro, quam ut legitur, palla, quod in Tancor suis ille contendat.

139. vi bestia quædam, &c.] Struthiocamelum (inquit Rhenan.) intelligit, cuius in initio 10. Amemnon Rhenanus. Eius verba quoniam ad hunc locum faciunt libet ut scribere. Tuum (inquit) grandissimi & pert bellorum generis, Struthiocamelus Aphric vel Ethiopia, alaudina equis insidientis equo excedunt, celeritatem (sicin nos: in cestigationibus nostris legendum monimus) carent; ad hoc demum datis penitus ut currentem adueniunt. Ceterò non sunt volucres, nec à terra tolluntur. Populi ceruinis similes, quibus dimicant, bisulca, comprehendendi lapidibus utiles, quos in fuga contra frequentes ingensibus. Conquerenti sine defectu deuora, mirentur sed non minus soliditas, in tanta reliqui corporis dimidie, quoniam colla frustice occulte aserint, latere sese exanimatum. Premia ex his ova, propter amplitudinem pretiosam habita vasis, conosque bellum, & galeras admettes penne. Haec Plinio. Ceterum Tertullianus Struthiocamelum eleganter bestiam alogradiam appellat, quod in aliis incedat longis predita cruribus, quales sunt & una & grues. Adnotat idem ibi esse figuram Graecam: alogradia. Cui similis est & ista phrasis: quoniam habet delitescendum, hoc est, ut deliteat.

140. cum Septimo Tertulliano.] De nomine Septimi, & cognomine Tertulliani, videat Lehrer sive Auctor. Illud familia est, hoc Gentis. Hinc sive nomen istum est (ut etiam in Argumento adnotatum) brum esse nostri Auctoris.

FINIS TOMI SECUNDI OPERVM Q. SEPTIMII  
FLORENTIS TERTULLIANI CARTHAGINENSIS Presbyteri.